TVTAMEN PAVPERVM,

SIVE

TRACTATVS ABSOLVTISSIMVS DE DILATIONE QVINQVENNALI

Quæ ex Iustitia dicitur.

MORATORIA PRINCIPIS, REMISSIONE DEBITORVM, ET CESSIONE BONORVM.

CVM COMMENTARIIS AD PRAGMATICAM IX. Cap. II. De Officio Iudicum.

In quibus dilucidè tractatur materia Suspit. Official.

LVCAE MATTHAEI DE APICELLA I.C.
Nobilium Picentinorum Ciuitatis Regindæ Minoris.

OPVS IVDICIBVS, CAVSARVM PATRONIS, ET OMNIBVS IN FORO tàm Ecclesiastico, quàm Seculari versantibus, iuraq; Pauperum tuentibus vtile, ac pernecessarium.

DECISIONIBVS SAC. REG. CONS. NEAPOL.
Super eisdem materijs emanatis, Summarijs, Indiceq; rerum locupletissimis Illustratum.

ACCESSERE VERE AVREÆ ADDITIONES CVM AD VNVMQVEMQVE Titulum Tutaminis Pauperum, tum etiam ad Commentaria de Suspit. Official. & elegantissimæ Allegationes Casuum Practicabilium Iuris Pontificij, atq; Cæsarei.

MAVRITII DE APICELLA I.C.
Authoris filij non immeriti.



SVPERIORVM PERMISSV,



ET PRIVILEGIO REGIO.

NEAPOLI, Ex Typographia Hæredum Tarquinij Longhi. MDCXXI.
Sumptibus Io. Dominici Boue excussus.

ILLVSTRISSIMO DOMINO

FVLVIO CONSTANTIO
MARCHIONI CORLETI,
ET COLLATERALIS CONSILII REGENTI DIGNISSIMO.

MAVRITIVS DE APICELLA I. C. P.F.



VIT hoc in more positum,institutoq́; maiorum, FVLVI Heros humanisſ. virtutum omnium lumen,&columen,idq; quotidiano,longoq́; vſu adhæc vſq; tempora propagatum,vt qui aliquod,Duce Minerua, elaboratum opus commendare typis, ideſt æternitati conſecrare concupiſceret,Non prius illud pateretur patrium egredi limen, quàm alicui viro doctiſſimo, grauiſſimoq́; in tutelam traddere,& patrocinium,cuius viri authoritate protectum,veluti ſub NVME CLYPEO tutius,auſpicatiusq́; ab liuidorum, inuidorumq́; morſibus deſcenderet in Arenam, id ipſum etiam pluribus de cauſis alij, alijs temporibus factitarunt.Qui cum ſeſe aliquo ab aliquibus beneficio animaduerterent honeſtatos, quo ingrati animi vitij ſuſpicionem ſubterfugerent, Domini ſui gratiam quantũlocunq́; munuſculo in perpetuum retinuere.Inde fortaſſe illud Solonis vulgatiſs.manauit edictum, vt quibus in prælijs glorioſos ſeſe,victoresq́; exercitus præſtitiſſent,Ii gratiſſimas quoq́; Dijs immortalibus,largisq́; hoſtias immolaſſent,haud aliter(referente Plutarcho) apud Gręcos legimus obſeruatum,quando,poſt Marathoniam pugnam tantum argenti Epheſinæ Deę dono dediſſe prędicantur,quantum in tota Gręcia non ſit creditum remanſiſſe. Prætereo SYLLAM Romanorum optimum Conſſ. qui Mithridate potentiſs. Rege deuicto cum pœniteret quicquid ex eo retulerat prębio Marti obtuliſſe Gradiuo,ſui etiam ipſius ſangui-

nis ampullam ob tantam victoriam consecrauit. Hæc eadem interea animo anxio voluntati cupientiq; mihi prælo committere exagitantiq; cuius nam intutamen de Quinquennali dilatione, deq; Principum moratoria, remissione debitorum, bonorum cessione, atq; Iudicum suspicione á Patre meo in vtroq; iure versatis. mortuoq; iampridem lucubratum opus esset demandandum, parum interim moræ temporisq; consunctum est, inter tot viros nobilissimos optimatesq; Neap. illico venit in mẽtem is, qui & á FVLGORE FVLVIVS & à CONSTANTIA, CONSTANTIVS dicitur, Tu inquam HEROS nobilissime occurristi, cuius nutu ductuq; tanquam ab altero, Mecęnate tot literarum proteguntur amatores: Quando tua ope, ac opera toto in Terrarũ Orbe omnigenæ propagantur virtutes: Ad quem confugiunt tanquam ad Asylum, omnes aduersa fortuna deiecti. Quid commemorem, quãto pietatis studio quo Religionis amore ardeas? prætereo tacitas eleemosinas, quas vt innumeras ingentesq; ita frustra conaris, vt omnes omnibus opertæ sint, non apertæ. Prætereo, quod non ad laudes metẽdas, sed diuino quodã ductus instinctu beneficia feras: Quid repetam belli, domiq; quantum profueris Patriæ Reip. tuæ Italorũ Regno Romanorum Imperio Orbi deniq; vniuerso. Hæc ipsa testata relinquunt in æuum omne permãsuri, honores maximi, dignitates amplissimæ, gradus eminentissimi, quorum ad Apicem tuis ipsius meritis ab Inuictiss. augustissimoq; REGE PHILIPPO cognitis es subuectus? vnde, cum genuinam gloriam agnoscas, cognoscasq; animi fortitudinem virtutũ præsidijs vndecunq; vallatam, fultam, comminata: Et si fractus corruat Orbis, non consternaris, non labefactaris, non frangeris, nõ submergeris, sed mersus emergis, pulchrior surgis, formosior resides, altior, crescis feracior, sistis lætior, exsistis vberior. omitto equestris ord.[nis] altitud.[m] Marchionatus præeminentiam, Iuris Cæsarij, ac Pontificij profunditam ignotam, cæteris notã tibi, futuramq; Orbi

mani-

manifestam,cum eam è prælo sint emissuri omnium cũ expectatione , & admiratione illustrationes ex marte tuo deprompti ad locos difficillimos demandandos, hæ igitur quantis vigilijs in vnũ collectæ quantis laboribus sudoribus fuerint exantlatæ , siue vt aiunt ad Cleantis lucernam lucubratæ aliorum facie sit Iudicium : Quid missum faciam omnibus numeris absolutissimum filiũ tuum, qui adhuc adolescens in tàm illustri , frequentiq; Senatu examina librat,causas ponderat,lites componit, iudicia ęquat : Astreę vices,ac munera sustinet, eius vt in dies magis augẽtur honores,ita pariter cresunt ornamenta,concresunt lumina refulgent insignia : Anreticiam, Ill.Genitorem tuum Nicolaum olim Regijs Præfectum Consilijs virum omnino singularem , ac penè diuinum,cuius verus es filius vera propago,de quo verissimè dicere possumus

Maior in Oenotria non erit alter Eques.

Tu enim cum tot officia , & beneficia fortiter subieris, optime substinueris , prudentissimè administraueris , nunc demum ad eminentissimam apicem elatus,factus Regens,immò Collegij tam eminentissimi meritissime Decanus,non tàm ornaris á toga,quã togam ipsam exornas: Quin vt oculatiss. pijssimusq; sic etiam pauperum tutor,miserorumq; es subleuator. Linquo familiæ tuæ immensas laudes,dignitates eximias,insignia singularia gloriam, Decum, amplitudinem, ornamenta humanos penè Excellentia terminos, quæ omnia vt antiquissima, ita etiam omni generositate præstantissima

Per tot ducta viros antiqua ab origine gentis.

At quid frustra laborem cum mearum virium non sit tantum subire onus : Deficiat prius dies quàm tantarũ laudum simplex humilisq: narratio.Qua propter,vnde duxit exordium eo reuertatur Oratio . præsertim cum non sit hic tractandi locus,nec possit Generis tui Oceanus pagellæ huius tam paruo vase concludi , fortasse alias (si dabitur ocium) ad animi mei propensionem signifi-

gnificandam, non ad demonſtrandam Orbi, ſunt enim per ſe omnia nota omnibus, tuarum ſtemmatum volumina abſoluta: Suſcipe igitur Almi Senatus ſublimis Antiſtes, libellum haud inutilẽ, tibi enim redditur quod tuum eſt, & quidem, cui nam alteri dicandum erat pijſſimum opus, quàm tibi pijſſimo viro, Aut á quo, nã melius pauperum tutela debebat, quàm à pauperum tutore defendi? Et Iudicum refellere ſuſpiciones, quàm tu Iudicum omnium Princeps, principium, velut ſpeculũ maximum ad omnium lumen poſitum omni ſuſpicione carens, cum immobilis ſis tanquam lapis angularis: Accipe igitur, & eò libentius accipe, cũ in hoc tibi dicando Patris mei adhuc viuentis, mortuiq. iam pridem diù, multumq. fuiſſet in votis ſuum hũc animi partum tuo tutamini conſecrare. Vnde ne verus poſſeſſor ſuo iure fraudetur, neuè legum, teſtatorisq. ſuprema frangatur voluntas quantulumcumq. ſit munuſculum ne contemnas, neq. verò dubitarim quin hæc, licet celſitudini tuę nimis imparia ipſa deſpicias; Cum illud Regis neſcio cuius (ni fallor crediderim Artaxerſis) in mentem venit, aquę hauſtum á villico manibus, vel fędiſſimis offerente, non dedignantis, Aiebat .n. non donum ipſum, at animum donantis aſpicere. Ad Genitoris igitur mei voluntatem conſeruandam, nec non ad animi mei pietatem erga te amore ſuccenſam, pectorisq. ſinceritatem deuotionemq. ſignificandam tuere, & Patris labores, ſudoresq. filij nexos, quando his acceſſere lucubrationes ex marte meo elaboratas, exantlatasq., ſuſcipe onus, quod tuum eſt, tueri opus, quòd tibi conſecro, nominiq. tuo dedico, ac tanquam debitum munus perſoluo: Id enim ſi ab Amplitudine tua lęta fronte ſuſceptum videro, & ingenuum illum tuum in me amorem agnoſcam, & tuam in me propagatam gratiam ſentiam, meq. in dies magis, magisq; ad maiora incitabis; Vale Decus noſtrum. Neap kalend. Auguſti 1620.

AD EVNDEM ILLVSTRISSIMVM D. MARCHIONEM.

Idem Mauritius.

O Fului à Fuluo (Constans pretiosior auro,
Ex Ape florilega sacchara mella cape.
Nam tectis viola calathis, Narcissus anetho,
Elysijsq; patent lilia mista rosis.
Scilicet arcani sensus, clariq; repulsi,
Spesq; animi affectus; iurgia iusque secans.
Fuluos Fulua decent; Cyrus, Cyrrhæus Apollo
Dicti ideo & flaua his sunt quoq; mella fauis.
Sacchareus, mel, odor, sapor, aurum, gloria cum sis
O Fului totus Gratia, totus Amor.
Gloria, fama, decus duce te de sanguine claro
Surgat Api; exigua hæc vir pretiosa facis.

Ad V. I. D. Dominum Lucam Matthæum de Apicella.

D.Dominici Scarpæ Archipresbyteri Sorbitani. Epigramma.

SI illucet LVCÆ fato prudentia maior;
Quod operi lumen numen abesse potest?
Impiger ex modico geminantia fœnora carpsit,
Fœnora magnanimo de capite orta suo.
Gloria, quid maius, quæ Aeui subclauditur vmbra;
Altiloquo est paruo nata labore viro.
Hæcq; eadem rutilat Genitoris gloria nato;
Et Patre MAVRITIVS, MAVRITIOQ; Pater.

Ad V.I.D. Dominum Mauritium Authoris filium.

D.Iosephi Titimallei à Sorbo. Epigramma.

RVmpe Patris gemino nocturna silentia bombo,
Rhinoceros poterit lædere nullus, Apis.
Illeq;, quos glomerans pluuios in nubila rores
Collegit, nullo turbine pulsat hyems.
Iam splendent radijs vmbræ, fulgore tenebræ,
Et cinis igne tulit nobiliore focos.
Reginæ Regina comam nunc fronde Minoris
Cingat, odoratum Palladis ornet opus.
Gaudeat, atq; viros celebres de sanguine ducens,
Qui ingenium nolunt nobilitate premi.

MAV-

MAVRITIVS DE APICELLA I. C.

Ad Genitoris sui Pauperum Tutamen, & commentaria.

AD LECTORES.



IN Additionum opus ad Genitoris mei Pauperum Tutamen, & Commentaria (Candidissimi Lectores,) perquàm vtile, quod varijs Doctorum authoritatibus, & legibus refertum magnis vigilijs collegit ipse, & ego publicæ quidem studens vtilitati. Et quamuis extra ordinem, qua debeat ornari suauitatem non habeat, ex insperato repentè huius magnanimi, doctissimique Principis vallatum vobis videbitur odoribus. Principis inquam, qui in peregrinum modum, tempora licèt frigore concussa, purpureis replet rosis. Tam omnium obtutibus viribus expolitum, sed valde multum in voluntatis officio se se officiosum effert. Qua in re, quantum laboris sustulerim, vel mediocriter etiam in legum disciplina versati iudicio relinquam. Verum cum Pictura tum aspectu gratissima, atque iucundissima videatur, cum varijs, & distinctis, non asperis, sed dulcibus est obducta coloribus; Ego Operi huic certè, vt potui, varias cum distinctionibus suis disputandas, & decidendas obtuli materias; & si quæ inciderint verbis vsitatis explicanda proposui. Oratorum quidem est præclara verba perquirere, ne omnia in oratione pereant, cum pompam, & elegantiam talia non requirant; re has orbi fecit claras, & pulchras elocutiones tam magni Principis gloria, & lumen æqui igitur consulite, & maiora Deo duce expectantes valete.

Domino Lucæ Matthæo de Apicella Minorensi I. C. ingeniosissimo.

Scipio Cumbalus Archidiaconus Cathedralis Ecclesiæ Minorensis.



EMERITATIS fortasse nomine, Apicella doctissime vis animi mei damnabitur generosa, cum eximias dotes, virtutesq; animi tui describendas susceperim? Nam quid ego aduerte. Lingua quamuis suauitate vacua, eloquio frigida, & stilo inops, tamen in amoris officio officiosa, voluntate feruens, & subiecto diues est. Enimuerò, & maiorem certè silentio, quam tuarum laudum oratione demonstrat sapientiam. Verum vt breuiter hoc, à puero ingeniosus Apis nullam sine linea præteriisti diem quin sque opera perficisses, in quibus sana, amantissimaq; consilia prudentum responsa discordia concors, proscisse lites animorum mutua consensio, & iusta non perspicerentur iniustitia. His omnibus pax vtiq; et finis proximus constituta est. At verò ea quid dulcius? Quotquot enim dulcedinem, quæ natura non absimilis est damnant, improbi, atque eorum deprauatus est gustus, et neque gustent, olfaciant, & audiant rerum suauitatem. Tam tuis laboribus, quibus viuendi dulcedo insita est gloria voluptatis ostendisti eum famam illam, ad quam animorum principia, & fines diriguntur assecutus sis; pulchrè quidem laborum pretio æternitatem cœmendo et te ab hominum obliuione, & temporis interitu vindicares. Non ne tractatus quos edidisti, thesauri gloria sunt? Haud certè hæc tibi milites munera dant Regia, quò ocili etiam pulcher esset honos; sed pacis institutio, & virtutis merita. Bonorum copiam, bonam dicent; ego virtutum possessionem meliorem; addo etiam doctissimorum filiorum paternitatem perquam certè fœliciorem, quis neget? Non ne vera posita est in virtute fœlicitas? vt mallent homines à te consuli, quam mensurari. At quæ inter homines est floreseit, & desloreseit, & ad exitum hodie, aut postea præceps perducitur, fatale quidem decretum non euitabile. Ecce ego vtrum omni erga te officio, omniq; erga Mauritium filium obseruantia in scribendo satisfaciam nescio; amor impulit, sed paucis. Et certè efficient, vt ipse de [illegible] in me opinione, ego verò de meo in eum fide timeamus. Tu donum despicies, & me met mea pœnitebit liberalitatis, cum rebus cunctis satis superq; silentio satisfacere potuissem. Iam tandem ni concinna, & fœstiua, sed potius spinosa, & arida fuit oratio, illud scito Apicella amantissime, quod si Lycurgus filium in leges peccantem Iudicibus castigandum tradidit oculis vtique puniendum; hic ego meum tibi trado animum, in generosam illius audaciam animaduertas; si consentaneum est vt Iudices inspicito, nam licita, vel libita exequatur vlcio, vtrumque victa, & inuiolatâ vocabitur iustitia. Fœlices Deo valete cineres.

ELENCHVS
ALPHABETICVS
Tractatus Quinquennalis Dilationis, Remissionis Debitorum, Cessionis Bonorum, & Suspitionis Officialium.



A



† 2 Cessio

Cola.us

INDEX.

satisf

Episcopus

G

H

Hære-

L

M

Mora-

N

O

P

Pro-

T

FINIS.



PAVPERVM TVTAMEN.

LVCAE MATTHAEI DE APICELLA I. C.

Picentinorum Nobilium Origine Ciuitatis Regindæ Minoris.



De Quinquennali Dilatione, ex Iustitia.

TITVLVS PRIMVS.

SVMMARIVM.

1 Dilatio quinquennalis an à quocunq; Iudice concedi possit.

2 In concursu creditorum, quenam sententia præualeat, an cessionis, vel quinq. dila.

3 Et an qualitatis personarum ratio habenda sit, vt in testibus.

4 Maior pars quod facit, quando omnes fecisse videtur in dando vocem in aliectione edslis, vel Capituli.

5 Pluralitas quando habetur pro singularitate, & è conuerso.

Et quando maiorem facere dicatur partem si plures Creditores vnam actionem habeant, vel vnica est actio contra plures debitores.

6 Maius Ius an dicatur habere repræsentatus, quam repræsentans

7 Quæ singula non prosunt, quando vnita iuuant. Et si dicatur maior in summa in vnica actione, & debito ex vna scriptura, contra alium minorem, sed in diuersis scripturis. Et si pro capitali, & tertijs, & interesse.

8 Concorruatio Summarum quando datur in funerabilibus vel odiosis.

9 Creditores an debeant iurare eorum credita esse vera. Et si est de substantialibus, vt iuramentum de calumnia.

10 Et si illud potest ommitti, & quando. Et si consuetudo in contrarium valet, & in qua parte iudicij petendum. Et si ommissio vitiat sententiam.

11 Simulatum quando constat esse creditum, corruit respectu illius dilatio, vt non valeat, & non concurrens dicitur.

12 Et ex quibus arguitur simulatio, tam in præsenti, quam in præterito Creditore quam futuro. Et si confitetur in decem, & apparet in quinque.

13 Credita per quot genus probationum verificantur. Et an pro credito chyrografario concurrant. Et apodixa quando probat. Et quid in remissione. si idem est, vt in quinquennali

14 Apocha quando dicitur verificata ad obtinendum in iudicio.

15 Et si proceditur in contumaciam quando verificata dicatur.

16 Et an per appellationem impediatur eius executio. Et si

potest tanquam erronea allegata reuocari.

17 *Et an detur mora purgatio elapso termino in decreto præfixo, & contraria admittatur probatio.*

18 *Dilatio quinquen. causa miserationis dicitur inducta, & quæ probari solent. Et si paupertas debeat constare & quã illa præsumitur, & qui dicitur pauper. Et si constat de iniquitate concurrentium.*

19 *Et si eius culpa in illam deuenit debitor. Et si esset Respublica Creditrix. Et si sciens non esse soluendo debita contraxit. Et si idem in Moratoria Principis. Et si delictum commiserit in contrahendo.*

20 *Et ad quot tempus per Iudicem concedi possit. Et si ipse, & quis concedere dicatur Et si Iudæi gaudeant hoc præsidio quinq. & quibus Iudei potiuntur Et si est Hæreticus, vel Scismaticus.*

21 *Et si clericus est debitor coram quo Iudice concedenda sit.*

22 *Et verificatis debitis an saluaguardiæ concedi possint lite pendente tàm respectu personæ quàm bonorum, Et si impeditur accusatio obligationum. Et an etiam in secũda instantia procedant,*

Et quid in reclamatione sententiæ S.C Et si illa statim habet executionem, & quando operetur talis sententia quinq. dilat.

23 *Et an rescriptum contra executionem illius impetratum valeat, & quando.*

24 *Et an per clausulam in eo adiectam audiatur, & ei iustitia ministretur inducatur illius derogatio.*

Et si non reperitur exequendum in bonis; an possit in persona exequi & quinquennalis dilationis sententia transacta in rem iudicatam, vel Sac. Consil. qua operetur.

25 *Tempus præfixum in tali sententia à quo die, & tẽpore currat, an à die confirmationis illius, si fuerit appellatum.*

26 *Barones an lata sententia possint aggratiare, & si est appellatum & quando.*

27 *Debitor non gaudet beneficio cessionis pro debitis infra annum contractis ex causa. & an idem sit in quinqu. cum praxi currenti Sac. Consi & aliorum inferiorum. sic, & in aliis rebus gestis contemplatione alicuius beneficij concedendi, & seq. & an idem respectu creditorum contractorum infra annum si renitentes cogi possint, nume 28.*

28 *Vendens iuramentum carius incontinenti sciens pragm. edendam pro minori pretio vendendo ad quid tenetur. & idem in vsurario*

29 *Decisio S.C facit ius in Regno.*

30 *Et si est creditor in præsenti, sed in diem pro dilatione concessa ad soluendam, an denominetur à die contractus, vel euentus diei solutioni præfixi.*

Et si quod debet Caio promictis de eius voluntate soluere Seio Creditori Creditoris, an respectu adiecti dicatur nouum debitum infra annum, ver. exposuimus.

31 *Contractus censualis an valeat non præsenti pecunia factus, si dependet à veteri causa.*

32 *Creditores si duo sunt in mille, an vnus tantum possit denominari in 500. vel etiam in tota summa, vt maiorẽ faciat partẽ in concurrendo, vbi quando debitores correi insolidum conueniri possint.*

33 *Et si sunt debitores ex facto alicuius institoris, vel exercitoris vel ex facto individuo.*

Et an habeatur ratio prælationis in tempore, in concurrentia, & qualitate actionum.

Et si in vnum conuenire debeant tempore concessionis illius, ver. ucd. (?) autem.

34 *Creditor Correus an pro eius rata agere possit contra debitorem condemnato alio correo in eius medietate ad concurrendum, & quando. Et quando habet actionem expetendi pro rata contra Creditorem pro exacto debitore communi, in eo illo effectu, n. 35. ver. & ad prædicta.*

35 *Debitor correus soluens debitum commune Creditori an possit agere contra correum debendi, absq; cessione creditoris.*

36 *Fideiussor debitoris an teneatur creditori concedẽti quinquenn. debitori, si elapso tempore effectus non soluendo reperitur, & quando. Et an teneatur etiam pro accessionibus, & vsuris officio Iudicis mercennario venientibus.*

37 *Quinq. dil. an pareat exceptionem præscriptionis in exequendo, actiuè & passiuè finita dilatione.*

38 *Infamia an irrogetur ex quinq dila. & cessione, sic quando famosi libelli fiunt.*

39 *Quinquenn. dilatio an vltra quinquennium concedi valeat. Et si fiat an in totum corruat. vt in Episcopo respectu indulgentiæ, & concessionis vltrà tertiam generationem. Et si potest minui nu 40.*

40 *In electione debitoris est cedere bonis, vel quinquennalẽ obtinere cessionem Et si ille hoc non declarat an Creditores de per se agere possint nn. 43.*

41 *Iudici an liceat diminuere illam quinquenn. in tempore.*

42 *Maior pars Creditorum an in omni negotio cogere possit minorem partem creditorum ad concurrendum cum eorum voluntate*

43 *Et an idem sit quando debitor non declarat quid agere intendit.*

44 *Quinquennalis dilatio an concedenda sit debitori qui renunciauit aduersus illã nullum opponere exceptionem.*

45 *Et si omnes haberent talia iuramenta debitoris E si inter pariter priuilegiatos, illa conquassentur.*

Donatio inter virum, & vxorem si iuramento confirmatur Et si requiritur traditio, & quæ. Et quando morte confirmatur, Et an specificè sit iurandum, vers & hoc erat.

46 *Assistentia an possit præstari ex clausula, extendatur ad consilium sapientis.*

47 *Exceptio rei iudicatæ an obstet aduersus noviter concurrentes in conueniendo alium correum pro summa eius crediti, si enim Correus fuit absolutus ab impetitione cõcurrendi in alio iudicio.*

Et si idem sit respectu correorum debendi, vbi quando sententia lata ad fauorem vnius rei debendi, alteri prosit, & quando illud procedit, ver & quæ dicta sunt

Et si pecunia ad vnam tantum peruenit. Et si hoc non constat ad quem tota peruenit, ver. diximus modo. Et si contraxit cum muliere, quæ declarauit medietatem ad se peruenisse, ver. & sæpè, vbi quando mulier pro dote, & antefato intercedit & pia causa.

Et si vnus ex correis quibus erat dilatio concessa non opposita illa exceptione bona fide soluit creditori an possit præmissa cessione agere contra correum & agendo si ei obstaret exceptio illa dilationis concessæ, ver. & quæ dicta sunt,

48 *Adiectus solutioni an possit illam quinq. concedere pro summa adiecta, & quo facere possit*

49 *Creditor in diem, vel sub conditione an dicatur purus in concurrendo voluntariè prælatiuè Et an ad conditionalia extendatur quietatio, & legatum. Et an idem sit necessitatiuè ad instantiam concurrentium purè creditorum, ad beneficium debitoris conditionalis ver. an autem creditores, & à qua die curret dilatio illa, vers. & curret,*

50 *Et an possit debitor conditionale debitum facere purum in præiudicium non concurrentium vers. non enim poterit.*

Et fraus ex quibus agnitur.

51 *Legatarius conditionalis purificata conditione an possit auocare alienata pro hæredem, & quando, num. 50. Et si conditio trahitur ad tempus mortis num. 49. in fine.*

De-

Debitor an possit agnoscere apocham productam, sed non sollemnizatam ad beneficium concurrentis, vt faciat maiorem cumulum, quando eius confessio afficiat non concurrentes, ver sicut non potest.

52 Confessioni non verisimili standum non est.

Debitor non potest aeque praeiudicare non concurrentibus patiendo se condemnari per sententiam omittens opponere aliquam exceptionem, vt concurrat deinde, versi. sic etiam.

Sententia lata per collusionem, que exceptione elidi poterat semper rescindi pōt ver. & Bal. ibi. Et si non constaret de collusione, an probet contra creditores non auditos in illo iudicio facto p' debitorē, quorum secundariò interesse tractatur, & quādo, ver. & si aliter nō constaret.

53 Confessio vt afficiat confitentem, quo habere debeat, Et quando non audiendus non verisimilia allegans.

54 Creditores ex naturali obligatione an faciant cumulū concurrendo cum alijs hypotecarijs.

Obligatio quotaplex sit ver. Hinc not DD Et que dicitur naturalis obligatio ibidem, Et quos effectus producat ibi. ver. & effectus. Et qua dicitur pacto nudo contracta ver. pacto .n.nudo & quid operetur ibid.

55 Testator mandans satisfieri omnibus eius Creditoribus de quibus intelligitur.

Excep. maced. vel velleian. sint odiosa, vel fauorabiles, vt solutum tanquam indebitum repetere faciat, ver. & in except.

Filius nouans instrumentum sine consensu patris cum reseruatione antiquarum cautelarum, si conuentus opponit exceptionem maced. an audiendus sit, si in primo adfuit consensus patris, & an ille consensus sit praestandus praesente filio.

Et quando nouatio inducitur hoc casu, vt iura antiqua sint elisa exceptione, ver. & illam.

56 Et si nascitur actio & obligatio ex secunda obligatione: & quando producit nouationem.

57 Obligatio ciuilis quotaplex sit, & quos effectus operetur in materia concurrentie.

58 Exceptio non num. pecun. in quibus personis operetur eius effectum.

59 Creditores ex causa lucratiua concurrentes an faciant cumulum contra venientes ex causa onerosa, & qui illi dicantur.

60 Quinquenn. dilatio an concedenda sit aduersus venientes in eadem egestate positos, vt debitor obtinens illam, Et an idem in beneficio, ne teneatur vltra quam facere possit, ver & Paul. & beneficio cessionis bonorum, versi. prout dicimus. Et an in moratoria idem dicatur in fin. ver que non dum.

61 Quinquennalis dilatio concessa debitori an prosit tertio possessori habenti causam ob eo aduersus Creditorem venientem, & condēnatū ad concurrendū. & quando.

Et quando de euictione agi potest, vel ne per emptorem. ver. quod procedere.

Et exceptio illa quinquen. an dicatur peremptoria & quo tempore sit opponenda, vt excludat agentem. Et si soluens repetere possit. Et si scienter, vel ignoranter procedat. & cui competit opponenda. versi, ista enim exceptio.

62 Et an venditor ex se ipso possit opponere illam exceptionē agenti Creditori.

Denunciatio euictionis an necessaria sit ad finem repetendi, vel comparendi ad impediendam executionem, ibid.

63 Dotalis causa an comprehendatur sub hac l. fin. vt Creditor ex illa cogi possit ad concurrendum. Et quid in Moratoria Principis cum seqq. & nu 67.

Et an tale priuilegium transeat ad eius heredes, versi. quid respectu.

Et an ad cessionarium, ver. & q̄ dictum, etiam respectu constitutionis, vel restitutionis dotium. vers. & ego.

64 Et an idem sit in dote promissa, si sposa habet priuilegia illa.

65 Et an idem facta restitutione dotis sit dicendum, ver. & quod dictum est. Et quando procedit si teneatur semel dotans eandem dotem secundo loco praestare. Et si mulier ammisit si de nouo ad aliam teneatur. ver quid si dotem, Et si auctum est patrimonium, si illa augenda sit. versi. & si auctum est.

66 Et an procedat in augumento dotis, & etiam respectu viri pro interesse dotis non solute: Et an in bonis parapheranalibus, ver. licet secus.

Et quid in antefato, ver sic etiam.

67 Et an idem in dote confessata.

Et si est mulier Haeretica, vel Iudaea, versi. quo priuilegio.

Et an in matrimonio putatiuo, ver & nedum.

68 Mulier an possit facere deteriorem conditionem dotis in tempore petendo.

69 Mulier constante matrimonio an possit concedere quinquennalem dilationem inuito, vel inscio eius viro. Et si vergat ille ad inopiam Et si eo casu vendicando dicatur dominium, vel hypotecam vendicare.

70 Mulier an possit illam concedere debitori promissori dotis illius dissoluto matrimonio, illa adhuc non soluta.

Et quid respectu parapheranalium, vel illorum, quorum liberum habet dominium, ver. & si bona.

80 Mulier an teneatur stare quinquennali dilationi concessa per eius virum constante matrimonio si eo mortuo illud nomen debitoris datum in dotem sibi restituendū venit.

Et an idem in locatione.

Proprietarius an teneatur stare quinquenn. concessa per vsufructuarium finito vsufructu, versi. sicut diximus.

Vniuersalis heres concedentis an teneatur illa stare, vers. in vniuersali, sic etiā in locatione. Et quid in singularē successore, ver. quod nedum.

Exceptio, que obstat cedenti, an obstet cessionario ibidem.

81 Quinquenn dilatio an extendatur ad fideiussores si concessa est debitore, vbi an idem in Moratoria Principis.

Exceptiones in contractibus sunt plures consideratis diuersis finibus, ver. Hinc notandum, & ibi, quo prosint fideiussoribus.

Fideiussor si pendente illa soluit Creditori an repetat ea pendente à debitore, vers. & in casu praedicto.

82 Et an inuito eius debitore possit opponere exceptionem exclusiuam iuris agentis, & quando.

Et si reus illam opponere non possit, versicul. & in tantum.

Except. non num. pec. opposita per fideiussorem, an tollatur facta reali numeratione reo, à creditore. & quando. ver sed si opposita. Et si fideiussor talem fieri prohibeat numerationem, vers sed si ipse. Vel si inficietur, vt ab eo exigeret ibid ver. in petitione.

83 Fideiussor an possit de nouo opponere exceptionem, à qua fuit reus exclusus, etiam ex persona sua.

Fideiussor an possit opponere exceptionem pactionis non praestito in locatione, cui conductor debitor principalis renunciauerat, ver & semel.

Quinquennalis dilatio concessa fideiussori an extendatur ad principalem, ver. verum.

Exceptiones competentes fideiussori quando prosint debitori, & è conuerso.

Et quae sint illae ibid & num. 84.

84 Debitor an possit illas competentes fideiussori eo inuito opponere, & quando.

85 Fideiussor pendente quinquennali concessa debitori an

possit contra illum agere vt eximat in lemaum, & illas sum a h&-insistme in casibus in quibus potest, & qui sit de casus, Et quando solueus creditori decit e male soluisse. Et si ei est denuncianda quinquiilla concessa.

86 Quinq. dilatio concessa vni ex hæredibus an extendatur ad consideiussores. Et quando omnes insolidum, vel pro rata teneantur. Et quando potest obijci exceptio cedendarum contra creditorem illa pendente.

Exceptio cedendarum quando obstat creditori. & quando potest opponi. Et si sine cessione consideiussor agere possit contra coasectum. Et quo tempore cessio fieri potest. ver si ita dilatio.

Et an idem sit in mandatoribus, & constitutoribus. versi. & quæ dicta sunt.

87 Quinq. dilatio pro sorte principali an extendatur ad interesse decursum. Et quale si de eo non est expressum.

Creditor an dicatur in interesse deductum si apparet ita ex ipsis facie, vt pro eo etiam connumerari possit, versi. pour modo, n. 89 in fin.

88 Et si non probatur, & liquidatur an stetur assertioni factæ à principio in instrumento.

Et an idem sit in tutore cum reliquorum restitutione, e apparente solutione ei facta, sed non liquidato computu, ver. sic etiam dicimus.

Et quid in instrumento societatis, versi. similiter.

89 Debitum an dicatur liquidum facta certa promissione in instrumento cum clausula plus, & minus prout ex libro rationum.

90 Debitor an possit ipse declarare interesse in præiudicium non concurrentium.

Appellatio an detur à sententia infra summam dicator. 150. Et si interesse excederet summam illam, an possit per creditorem renunciari liquidationi faciendæ ad finē exequendi. versi. vbi licet.

91 Interesse quod debetur officio Iudicis an habeat eadem iura, vt conuentum, & in quo differant, & quale dicitur debitum iure actionis, ver. & iure act. Et quando debitum officio Iudicis non dicatur remissum, vers. idemque vbi in muliere, & viro, & ibi si actio pro dote promissa dicatur ius vniuersale, vt fructus dotis augeant dotem.

92 Venditor vendens rem pro pretio cum termino soluendi pretium per annum, à quo ille annus incipiat.

Locator locans ad nouēnium cum continuatione, quando secundum incipit, vers. sic in locatione.

Mulier quando possit petere interesse decursum, ver. quādo tamen.

Et an fructus, ver. quid in fructibus nu. 93.

93 Interesse quantum sit taxatum à consuetudine Neapolitana, Et si maius passa est damnum, an petere possit.

Fructus quando peti possunt, Et si Iudex condemnare omisit, ver. quid in fructibus. Et an in causa appellationis, ver. verum. Et an Iudex ex officio ad illos condēnare possit, ver. an autem.

94 Creditor recipiendo partem crediti quando videtur reliquum remissum.

95 Creditor an possit interesse remissum deducere in sortem de voluntate debitoris, vt pro eo concurrere possit, & maiorem facere cumulum concurrendo.

96 Ecclesia actiuè, & passiuè an concurrere teneatur, & possit. Et si Rectores concedendo illam valeant, & successores stare teneantur.

Lex ciuilis quando obligat personas Ecclesiasticas. ibid.

Ecclesia an possit cedere bonis vers. eam & ipsa.

Prælati, Rectores, & alij habentes administrationem, vt tutores, & vsufructuarij concedentes illam, vel locantes si successores stare teneantur, ver. taliter.

Vniuersitas scholarium fabrorum, & similium an illam concedere valeant, ver. prout Vniuersitas.

97 Ecclesia, vel clericus coram quo Iudice conueniendi sit in concurrentia ipsa.

98 Creditor etiam minor concurrere tenetur actiuè, & passiuè. Et etiam remittere, & quando ver. & notum.

99 Tutor an possit illam quinq. concedere, & quando, vbi an idem in remissione.

100 Contutor an possit contutori pupilli solus concedere dilationem illam. Et quando, num. 102 ver. quid tamen. Et qui præualent in administrando.

101 Tutorum vnus an possit inuito alio illam concedere debitori.

102 Adiectus solutioni an possit paciscisci, & ei solui.

Tutores à voluntate testatoris recedere possunt ob eorum voluntate. ver & ù prædicta.

103 Tutores plures constituti à testatore si vnus ex eis moriatur an alter solus administrando illam concedere possit.

Pupillus affectus maior pendente quinquennio an illi stare teneatur ver nor pupillus.

Officialis Electus à Tutore alicuius Principis illum manutenere teneatur successor, ver. Carol. & ille primo electus præfertur.

104 Tutor locando quando obligat pupillum, & quando dicitur ad modicum, vel longum tempus, vt decretum requiratur. Et si potest obligare illud in casu alienationis faciendæ. Et quando singularis successor stare teneatur.

Rector Ecclesiæ quando obligando bona illius requiratur decretum, ver. vbi Rector.

105 Tutor an teneatur de suo si debitor sit non soluendo pendente quinq. & quando.

106 Procurator quando potest quinq. concedere, & quæ facere potest.

107 Dominus an illi stare teneatur, & quando.

108 Et si duo sint Procuratores constituti à domino, an vnus illorum illam concedere possit, & quando

109 Et si vnus ex eis sit debitor an illi possit concedi per aliū Procuratorem.

110 Et si vnus concurrat alter renitet, & contradicit, cui nō potius standum sit.

Et si plures sint, cui standum.

111 Et si nulliter est facta, an dominus possit ratificare, & quando.

112 Procurator fisci an illam concedere possit, & passiuè etiā num. 114 & quando præsentia Aduocati Fiscalis requiratur num. 119. & ibi quando cogi potest ad concurrendum.

113 Et si est creditor etiam proprio nomine, & concurrendo non declarauit quo nomine concurrit, an etiam pro omnibus concurrisse dicatur.

115 Vniuersitas an actiuè concurrere possit, & quomodo citabitur Vniuersitas, versi. quomodo enim. Et alia facere possit, vt donare, & remunerare ad antidora, n. 116.

116 Paupertatis causa multa licent fieri prohibita à lege, etiam respectu personarum, vt in muliere, & Vniuersitate, & alijs, & pauper dicitur persona miserabilis.

Cessio simulata non præsumitur quando fit pauperi, ibid.

117 Sindicus cui æquiparetur. Et si concurrere possit actiuè, & passiuè. Et quæ alia facere.

118 Vniuersitas potest obligari per eius Syndicum accipiendo pecuniam ad interesse, & quando tractur. Et si gaudet hoc beneficio quinquennalis dilationis. Et an cessionis beneficio, versi. & hac ratione; Et an idem in Vniuersitate scolarium, fabrorum, & aliorum, versi. licet secus.

Et quando non est soluendo possunt ciues collectari, vers. quo. Et si in communi, & quomodo.

Executio contra Vniuersit. quomodo sit facienda, ver. vbi prohibet.

Fiscum, qua persona habere dicantur, ver. & qua.

120 Quinq. dil. an concedēda sit contra mercatores pro rebus venditis, & pro quibus rebus, & an etiam pro equis.

Et

121 Et an extendatur etiam in causa depositi, & quando.
Et an pro pensionibus domorum, vecturis, & mercedibus, & si illa possint sequestrari, vers. idemq.
Et an in commodato; vers. & nedum.

122 Quinquennalis dilatio dicitur beneficium legis. Et an pro vna vice tantum contra renitentes valeat concedi.
Concessio, vel dispositio legis, vel hominis, quando pro vna vice censetur. ibid.

123 Creditor an possit bis obligationem incusare contra debitorem, & duplex pœna debeatur.

124 Filius familias an possit illam concedere, & quando, & quæ pecul. habere dicatur, vt patri obesse non possit, sic. & locare. Et an passiuè etiam procedat nu. 125. vers. & quod dicitur.
Pater vsufructuarius in bonis filij an solus possit illã cõcedere inuito filio, Et eo mortuo intra quinquennium stare teneatur, sic, & in locatione, & in mutuo, ver. cum in eo.

125 Filius Notarius, Scriba, vel Actuarius, an dicatur habere peculium quasi Castrense.

126 Filius famil. si est creditor patris an possit illam patri concedere. Et quando cum num. 127. satis declaratur
Exceptio non opposita per partem, quæ si foret excluderetur actor, an faciat cessare iudicium. Et quando Iudex supplere potest ex officio. ver. nec obstat.
Tertius quando potest opponere exceptionem exclusiuam iuris agentis, ver. & nedum.

127 Pater quando in fraudem videtur omittere allegationem exceptionis sibi competentis contra filium agentem.
Filius quando in vita patris contra eum agere potest pro debito soluto per eum numer. 126. & 127. declaratur, Et etiam quando cum patre contraxit, & donatio arguatur.

128 Quinquennalis dilatio obtenta etiam pro fideiussoribus an illa eis proficiat, si debitor post obtentam de nouo agnoscit debitum, Et sic tacitè renunciat, Et quando eis nocere potest. Et qualis debet esse agnitio illa, ver. & aduerte.

129 Filius si mutuo accepit à Titio centum cum fideiussore, sine patris consensu, si pater ratificet consentiendo, an conualidatur etiam contra fideiussorem.

130 Quinquennalis dilatio an extendatur ad fideiussorem si fuit in petitione dictum, sed Iudex in sententia ommisit.

131 Fideiussor quando gaudet omnibus beneficijs à iure concessis reo principali. Et quando tenetur etiam stante statuto prohibitiue annullando omnes actus per eum principalem faciendos.

132 Fideiussor an liberetur ex prorogatione facta eius principali pro quo ad tempus fideiussit.
Prorogatio, quæ propriè dicitur, versic. & propriè prorogatio.

133 Fideiussor an teneatur si finita tempore prorogationis ille debitor efficitur non soluendo, & quando.

134 Quinquenn. dilatio concessa vni ex reis debendi, pro quibus Titius fideiussit, si prodest fideiussori respectu illius, cui est concessa, an etiam prosit vti fideiussori alterius cui concessa non fuit, vt pro eo conueniri possit. Et ibi quã non constat pecuniam, in cuius posse peruenit, ad quem peruenisse præsumatur.

135 Et si est pater cum filio contrahens.

136 Quinq. dilatio concessa defuncto, an transeat ad hæredem si illa pendente moriatur.

137 Et si hæres adijt cum beneficio legis, & inuentarij.

138 Hæres cum beneficio legis fructus quos percipit tenetur restituere creditoribus.

139 Debitor si post obtentam illam quinqu. efficiatur Monachus, an adhuc creditores expectare debeant quinquennium.

140 Et coram quo conueniendus sit ille debitor post debitum contractum.
Clericus effectus post debita, vel delicta coram quo conueniendus ibidem. Et si erat clericus eo tempore, & postea sit laicus, ver. quid enim.
Et si laico succedet clericus, ver. de clerico verò.

141 Hæres concedentis quinq. dilat. an teneatur illã seruare mortuo defuncto.

142 Singularis successor non tenetur stare colono, & è conuerso.

143 Fideicommissarius an teneatur stare illi quinq. concessæ per hæredem durante tempore vsusfructus. Et quando vbi plura, quæ obligent fideicommissarium. Et si sententia lata contra hæredem ei noceat, versic. & sententia. Et si tenetur stare colono hæredis, ver. in tantum.

144 Et an teneatur stare alienationi facta per hæredem.
Hæres si alias actiones quæsiuit post mortẽ defuncti, si cessarit omnes actiones non veniunt quæsita per eum si non dicuntur. ibid.

145 Filius an teneatur stare quinq. dilat. concessæ per patrem in bonis suis vti legitimum administratorem. Et quando etiam respectu alienationis vti hæres stare tenetur, ver in tantum.
Et si habebat vsumfructum, & erat legitimus administrator, & filius non est hæres, vel cum beneficio legis an stare teneatur, ver. dubium stat.

146 Et si potest locare bona illa, & filius stare teneatur, vt tutores, & similes, & quando. Et si solutio pensionis totius affictus facta sit patri si ei stare tenetur. ver & an eo casu.

147 Filius potest conueniri à creditore mutuante patri si versum fuit illud in alimoniam illius, si pater pro illo debito gauderet beneficio quinq. vel alio, ver. Hinc notari, nec gauderet filius beneficio Pragm. per Excellentem.

148 Cessionarius an teneatur stare quinq. concessæ per cedentem, vbi quando potest præiudicari cessionario.

149 Solutio facta cedenti post cessionem quando liberat debitorem. Et si sola scientia sufficit. Et si denunciatum fuit patri debitoris, & deindè hæres eius soluit cedenti, in fine ibid.

150 Quinqu. dilat. an afficiat nouos creditores contractos post illam.

151 Creditores noui, vel veteres nõ concurrentes si carcerato debitore faciunt eius bona vendere, an super pretio possint comparere concurrentes non obstante quinq. per eos concessa.

152 Frustra est expectare tempus, cuius exitus nil operatur.

153 Creditor potior in tempore concurrens præfertur nouis quæsitis, etiam respectu bonorum nouiter quæsitorum, fallit in fisco, & muliere. & quando.

154 Creditor nouus quæsitus post quinq. si pecunia est satisfactus à debitore quinq. pendente non potest inquietari à concurrente anteriori pro reuocatione illius, nec debitor vetari ab illis, vt secundo ne soluat, & quando.

155 Quinq. dilat. an etiam operetur si pendente illa debitor factus est soluendo omnibus; Tempus appellationis quãdo incipere currit, ver. vnde si statutum.

156 Immunitas concessa causa paupertatis, an cesset ob superuenientes diuitias.
Cessante causa, quando cessat effectus ibid.

157 Quinq. dilat. an concedi possit per maiorem partẽ debitori existenti soluendo tempore concessionis, vt alij inuiti minores concurrere teneantur.

158 Quinq. dilat. an adhuc operetur si post illam debitor sit Bannitus. & sic passiuè.

159 Bannitus nostri temporis, quo ammictere dicatur. n. 160 ver aduertendum tamen.

160 Bannitus creditor an actiuè concurrere possit ad illã cõcedendam. & cogere minores ad concurrendum.
Et si cesserit alteri eius actionem, an illa exceptio obstet cessionario ver sed an cessa.

liberorum, an cesset mortuo aliquo ex filijs, & quando. & qui filij proficiant. Et an Nepotes, & à quibus muneribus. Et an fœmine prosiat, & qua.

Immunitatis priuilegio ob numerũ liberorum gaudet etiã mater, non tantum pater ver. quo priuilegio.

Et si sunt diuites, & uniuersitas pauperrima. Et si filij in diuisim manent. Et an ad debita contracta ante immunitatem extendatur ibidem.

190 *Quinquen. dilatio an corruat si constiterit aliquem ex concurrentibus facientibus maiorem partem non esse verum creditorem.*

Decretum quando pro parte sublinetur, vel totum annullatur ibid.

191 *Confessio Creditoris concurrentis se fuisse satisfactum an afficiat debitorem ad corruendam quinq. concessam. Et si noceat confitenti, & quando.*

Sententia licet transacta in rem iudicatam an rescindatur ex confessione partis dicentis fuisse iniquam, ver. & facit.

Debitor an repetere possit solutum quinqu. dilatione pendente ver. nec quod.

192 *Quinq. dilatio an concedi possit respectu personæ tantum, non autem bonorum.*

193 *Quinq. dilatio an valida sit si ad finem illam habendi promisit debitor vni ex concurrentibus respectu sui illa non uti, & quomodo illa fraus, & simulatio probetur.*

194 *Census maturati non exacti per haeredem an vadant ad beneficium fideicommissarij.*

195 *Dilatio concessa debitori ad tempus, si ea pendente cogitur concurrere ille creditor, illa computatur sub quinquennio.*

Et an idem in Principis moratoria, ver. sic in dilat.

Concernatio temporum quando detur in indulto, delictis, & alijs ibid.

196 *Quinq. dilatio an currat à die lata sententia, vel scientia debitoris.*

Beneficium Principis quando currit à die scientia ibid. Et quando scientia arguitur ibid.

197 *Quinq. dilatio an operetur etiam contra creditorem creditoris concurrentis agentem contra debitorem tanquã nomen obligatum sibi. Et quando potest debitor facere actum præiudicialem creditori Et si idem est in remissione. Et si est creditor in actione personali.*

198 *Exceptio non numerata pecunia, vel rei non traditæ an opponi possit, contra concurrentes per renitentes ad finẽ illam impediendi. & quando opponi possit.*

Et an idem de fraude opponere possint, ver. & nedum, & quomodo illa arguatur.

199 *Exceptio rei non traditæ an possit opponi ex persona sua in instrumento mutui incontinenti facto post instrumentum venditionis in quo de receptione pretij venditor fatetur.*

Contractus sequens quando dicitur correspectiuus ad præcedentem ibid.

Renunciatio, & quietatio facta à sorore fratri non operatur si dotem promissam habere non possit, versic. & per illam.

200 *Oblatio an detur renitenti concurrere vni ex concurrẽtibus ad impediendam quinq. Et si recusat creditor accipere, an amittat ius suum, & quando.*

Extraneus offerens creditori ius suũ, an ab eo inuito possit petere cessionem, ver. verum. Et si esset creditor sed sine hypoteca, & quando fallit.

Caducitas, an possit euitari per oblationem ab alio factam vers. ad quod.

201 *Sententia obtenta à creditore concurrente lata cum debitore an possit allegari simulata per renitentes ad illam impediendam, & quã. Et si nocet tertio non citato.*

202 *Debitor an virtute eius debiti confessati possit conueniri ab illis, si quinquennalis dilatio non habuit effectum.*

Et si possit allegare simulationem confessionis, vel actoris. & quando.

203 *Saluus conductus, seu dilatio concedi potest ad certum actum, & tempus. Et an extendatur ad actum etiã redditionis. Et an pro vna vice tantum.*

204 *Concurrentia an admittatur etiam pro fideiussore, & fideiussor venit appellatione debitoris.*

205 *Fideiussor dicitur creditor debitoris principalis, pro quo soluit an cessio requiratur, Et si sufficiat confessio Creditoris de recepto ad fidem agendi, Et quando solutum repetere non potest à debitore ibid.*

Emptor quando agere possit contra venditorem pro euictione passa. ver. sicut diximus.

Fideiussor pro summa soluta concurrere potest, etiam ad fauorem confideiussoris & quando, ver. & nedum.

206 *Quinquenn. dilatio an possit opponi contra alium creditorem delegatum, cui soluere promisit ipse debitor, & quando. Et si pignora dedit. Et si vnum agnouit debitũ ea pendente an afficiat quoad alios.*

207 *Quinq. dilatio an afficiat creditorem non concurrentem, qui obtinuit exequutionem ante illius concessionem, vt exequationis impediatur venditio, & quando. Et si parè fuerint adiudicata.*

Et quid si pignus dedit conuentionale an ipso condemnato ad concurrendum, illud restituere teneatur. ver. quid si.

208 *Creditores ex causa debiti confessati in vltimis quando veri dicitur, vt concurrens pro eo faciat numerum maiorem.*

Confessio in vltimis, se esse debitorem, quando afficit, & transit in obligationem, ver. & fuit.

209 *Creditum an probetur non tantum scripturis, sed etiam testibus, & quãdo per testes admittitur probatio. Et si est scriptura priuata, testibus suffulta.*

Et si est obligatio pœnes acta, & eius effectus in allegatione satisfactionis, ver sicut diximus.

210 *Quinq. dilatio an extendatur contra creditorem delegatum si post delegationem fuit delegatus cõdemnatus ad concurrendum, tanquam creditor delegati, & quando. Et si potest afficere delegato.*

Nouatio quando inducitur ex obligatione facta, creditori delegato ibid.

Cessionarius an agere possit recta via contra debitorem, cui designata fuit solutio illi facienda ver quando autem.

Nomen debitoris promissum verum, & non exactum, quale esse debet. Et quid in muliere, versi. & si ceditur.

211 *Mandatum ad exigendum tacitè dicitur reuocatum ob decoctionem mandatarij. Et si mutatio status est in mãdante.*

Mutatio status in debitore operatur, vt contra eũ agi possit ante diem debitam. ibi. Et si remisit debitori in fraudem extorquentis, an repetere possit.

212 *Res inter alios acta quando tertio nocet, & debitor ex assertione concurrentium asserentium alios esse creditores, de quibus non constat nisi ex assertione, si debitorem afficiat.*

Assertio in instrumento pluris, vel minoris quando afficiat, ver. item illa.

213 *Feria an obstent in quinq. concedenda. & in quibus aliæ.*

214 *Alimenta à debitore carcerato quando à Creditore ei præstanda sint.*

Debitor an possit cogi ad locandam operas Creditori. vers. sed nunquid.

QVIN.



VINQVENNALIS Dilationis materia, quàm sit frequens, & necessaria, docet quotidiana experientia, præcipuè in Magna Curia, vbi in dies causæ huiusmodi ventilantur, materiam adhuc ex professo à, nemine tractatam in vnum colligere duxi, vt quærentibus facilior pateat aditus: Quia dupliciter solet hæc quinquennalis dilatio concedi, scilicet à creditoribus maiori ipsorū numero concurrente, modo declarando; quæ aliàs moratoria, seu saluus conductus nuncupatur, & ista fundatur in iustitia, de qua in l.fin.C.qui bonis cedere possunt, & à quocunque Iudice concedi potest, dummodò sit Iudex competens, secundum
1 Angel.Paul.de Castr. & Alex. in l. & suum §.hoA die, ff.de pact. & Carauit.in ritu 287.in princ. (A) Alia est, quæ fundatur in gratia, de qua in l. quoties, C. de prec. imper. offer. Modò tractare nobis visum est prius de dilatione, quæ in iustitia consistit, & in creditorum maiorum numero versatur iudicium, qui intendentes debitori huiusmodi concedere dilationem, in iudicio comparēt concedentes pro eorum creditis dilationem hanc quinquennalem petentes alios recusantes cōcurrere in minori tamen quantitate, similiter decreto Iudicis compelli cum eis ad concurrendum: Et ea fuit ratio introducendi hanc quinquennalem indulgentiam apud Imperatorem, postquā debitor esset tot creditorum fasce detentus, & ad paupertatem redactus non valens ipsis satisfacere latitabat, adeò quod facultas non dabatur creditoribus ipsum conueniendi, nec eius bona habendi, & redire recusabat; vndè paratus erat cedere bonis, nisi creditores hanc quinquennalem dilationem sibi concederent: statuta fuit proindè d.lex fi.C. qui bonis cedere poss. vt si in hoc omnes conuenirent standum eorum pactioni; sin autem, maiori ipsorum parti stari, reiecta recusatione minoris partis; quia intererat creditorum nè bonis cederet debitor, sed reuerteretur, vt haberent, quem conuenirent, Afflict.decisio.288. & Strach.in tract.de decoct.in 6.par.num.5. ver.secunda, & tertia; & æquitatis ratio hoc suadebat, vt potius dilationem concederent, quàm cessionē admitterent. Verum quia dubitari contigebat inter creditores in modo concedendi, vndè in eadem lege statuit Imperator, quod si quidam ex creditoribus voluerint quinquennales dare in-
2 ducias, alij autem cessionem accipere velint ex cumulo debiti, vel ex numero creditorum causa iudicatur, vt si quidem vnus creditor alijs omnibus grauior in summa debiti inueniatur computatis eorum debitis omnibus ipse eos antecellat, ipsiusque sententia obtineat, siuè indulgere tempus quinquennale, siuè cessionem bonorum accipere: Si autem plures sint creditores ex diuersis quantitatibus, tunc amplior debiti cumulus minori summæ præfertur, siuè par, siuè discrepans numerus sit creditorum, cum ex quantitate debiti causa trutinetur, pari verò quantitate debiti data, dispari tamen creditorum numero, tūc amplior pars creditorum obtineat, ita quod pluribus placet, statuatur. Vndique verò si æqualitas emergeat tàm debiti, quàm numeri creditorum eos tunc anteponi, qui ad humaniorem declinant sententiam, non cessionem exigentes, sed inducias d. l.final.C. qui bonis cedere possunt: Et si cedere non desiderat debitor, sed admictere dilationem concessam, sed disparitas inter creditores sit, vtique præcedens forma seruanda est in prælatione d.l.fin.Host.in rub.de cessione bonorum, versic. quid si plures, Capyc.decisio.36.num.3. in ipsa æqualitate creditorum habenda est etiam ratio
3 dignitatis, sicut dicimus de testibus l. testium vbi Bar.ff.de testibus, vbi infert ad electionem factā duorum quis nam præferendus eorum, qui à dignioribus data paritate eligentium; vnica nam nobilis, & vilis dicatur, ibi Alex. & probatur in lege maiorem ff.de pact.ibi (authoritatem eius sequitur Prætor.) Data similiter in hoc æqualitate attinentium, tunc similiter debitoris haberi debet ratio, quàm extraneorum d.l.maiorem, & l.1.ff. de priuileg.cred.cum glos.ibi in versi. cum bona:
4 Quod non in omnibus seruandum est, vndè si omnes de collegio vellent facere quod vnus, qui non est de collegio det vocem in collegio, non sufficeret maior pars, seù quod omnes conueniāt præter vnum, nam quoties tractatur de admictēdo authorizabilem eius, qui non est de collegio, tunc vnius solius contradictio annullat voluntatem aliorum omnium, Compost.& Ioannes Andr.in cap.rescriptum de elect.Rom.in leg.de pupillo in princip.ff.de nou.oper. nunc. & text. in §.final.in auth.de defens.Ciuit. Vnde si omnes de Vniuersitate, seù nobilitate vellent aggregare aliquem ignobilem ad Sedile Nobilium, qui hac electione tantum veniret nobilitandus, non admitteretur aliquo Nobilium discrepante, secundum Alexand.in l.quod maior, ff. ad municip. in addi. Bart. verum in Sacro Consilio Neapol. contrarium fuit decisum, vt testatur de Franch. decis.2.

5 In hac tamen personarum denominatione, ac pluralitate considerandum est, quod pluralitas aliquando habetur pro singularitate, ex regula text. in l. si plures ff. de pact. vt si plures sint rei credendi, qui vnam, eandemque habeant actionem, & non plures, quæ competit cuilibet ipsorū insolidum: vel plures sint obligationes, iuxta leg. 3.§.final. ff. de duobus reis, sed pro tanto dicitur vna, quia sufficit vnica solutio, vnius loco hæc numerabuntur, quia vnicum debitum est, & sic non inspicitur pluralitas personarum, ex quo nō prætendunt, nisi vnicum debitum: nec pluralitas debitorū, ex quo plures habet actiones, quando vnica est persona, cui debetur; vndè si plures sunt tutores vnius pupilli creditoris, vnius loco connumerabuntur, quia pro vnico pupilli debito concurrunt, sic & vnus tutor plurium pupillorum, licet repræsentet plures non habetur pro pluribus, si illi plures repræsentati habentur pro vno, quia vnicum tantum debitum prætendunt, sic & in pluribus procuratoribus vnius creditoris non enim haberi debet in plus repræsentans, quā repræsentatus, ita Bald. & Paul.de Castr. in dicta
6 l. si plures num. quarto. Et sic idem iuris est de repræsentante, quod est de repræsentato, difficile enim est, vt vnus homo duorum vicem sustineat leg.fin.in princip.C.de assess.& l.quiquis, C.de postul.

postel. Strach.in tract.de Mercat.in titu.de deco-
cto.' in sexta parte, num.nono, nec is creditor, qui
plures habet actiones, & eius cumulata quantitas
non excedit debitum alterius non concurrentis
creditoris, vnicam tantum habentis actionem ad
illud, vel si quis minutas summas simul coniun-
ctas, ex diuersis tamen causis ad summam ducca-
torum centum ascendētes, alij verò vnicam sum-
mam ducatorum quinquanginta consequi de-
bentes ex vnica tamen causa debitam, summas
sic coaceruatas spectabimus, & sic quæ singula
non prosunt, vnita iuuant l. si idem, §. fin. ff. de iu-
7 risdict. omnium iudicum. vndè creditor in quin-
quaginta ex vnica causa renitens cum alio con-
currente pro centum ex diuersis causis debitis
concurrere tenetur d. l. si plures versi. cumulum;
etiam si dicta centum pro sorte, & interesse de-
berentur, siuè ex pacto, siuè officio Iudicis mer-
cenoario debeantur d. leg. si plures in fine cum
glos. Strach. cita. loco, quæ summarum coacerua-
8 tio fit in fauorabilibus, non autem in odiosis, vt si
bannitus in centum posset offendi stante statuto,
& is bannitus est in centum ex pluribus, tunc non
dicitur in centum bannitus, secundum glos. in l. si
fideiussor, & ibi Bartol. & Castr. ff. de fideiussor.
Bart. Bald. & alij in l. 2. §. primo, ff. de cond. instit.
Bart. in l. si vnus §. si cum mihi decem, ff. de pact.
Canonist. in cap. pen. de donat. & latè Ias. in d. l. si
B idem. (B)
Iurant enim hi creditores concurrentes eorum
9 credita, pro quibus concurrunt instantibus cre-
ditoribus recusantibus concurrere esse vera, &
nō exacta, ad instar iuramenti de calumnia, quod
est de substantialibus iudicij, secundum Host. in
summa in titu. de sententia §. qualiter, nec dispo-
sitio Pragmaticæ incip. Dispendia litium, proui-
10 det, quin præstetur, secundum Bart. loquentem
in consimili statuto in constit. ad reprimend. in
versi. & figura num. 11. & si videmus in Regno
nō seruari istud, est, quia partes ommittunt, quod
possunt cap. primo, de iur. calumn. in sexto; aliàs
si peteretur, Iudex concedere deberet non obstā-
te quacunque consuetudine, quæ in contrarium
allegaretur cap. cæterum extra de iuram. calumo.
aliàs processus esset nullus, vt dicit Roman. sing.
425. quod in quacumque parte iudicij peti po-
test, etiam in causa appellationis, cap. 2. de iuram.
calumn. in sexto, & Carau. in ritu 288. num. 24. in
Ciuitate Cauæ procuratores omnes in curia in
causis ferè omnibus in principio causarum petūt
hoc iuramentum, vndè fuit magna controuersia
coram me tunc Iudice causarum ciuilium in di-
scussione nullitatis oppositæ aduersus sentētiam
ex causa petiti huius iuramenti calumniæ, & non
præstiti non fuit decisum, ex quo partes deuene-
runt ad concordiam; & hoc, vt timore pœnæ non
periurent, iuxta leg. si creditor, C. de fals. & l. fina.
C. ad leg. Iul. repetund. versi. (& neminem Diui-
ni numinis contendendo ius iurandum arbitra-
mur immemorem, vt saluti propriæ, vllum com-
modum anteponas, tamen vt ad salutis timorem
etiam necessitas periculi subiungatur) & l. iniu-
riarum §. 1. ff. de iure iurand. cum sæpè fiant obli-
gationes ex falsa causa ad finem obtinendi hanc
dilationem, ita quod si creditores, qui dilationi
assentire recusant creditum vnius, vel plurium
11 creditorum concurrentium fictitium, & non
verum, sed in fraudem esse dicat audiendus est, &
si docuerit debitum simulatè conceptum, & in
fraudem contractum, is in maiori creditorum
numero non connumerabitur, Angel. in consilio
213. Strach. in tracta. de merc. in titu. de decocto.
C in 6. par. in num. 10. (C) nemini enim debet do-
lus, & fraus patrocinari Veronens. in tracta. de
simul. contract. in princi. nu. quinto; vndè Esaias
Propheta cap. 32. fraudulenti vasa pessima sunt;
arguuntur enim dolus, & fraus ex perspicuis co-
niecturis, secundum glos. in c. fin. in versi. conie-
cturas de renunc. in sexto, l. dolum, ff. de dolo, &
12 Barto. in l. fin. C. de prob. dummodò dicit sint
coniecturæ indubitatæ, ita quod animum Iudicis
reddant certum, ex actuum enim cæleritate, & ni
mia liberalitate fraus præsumitur, Bald. in lege
eam quam, colum. 15. C. de fideicommiss. Sic ex
temporis vicinitate, not. in l. post contractum, ff.
de donat. & add. in d. cap. fin. de renunc. in fine;
vel si constet de damno, & non aliter l. si tutor, C.
de interd. matrimon. inter tut. & pupill. vbi Bal.
similiter præsumitur ex nimijs cautelis, idē Bald.
in lege etiam, 3. column. C. de exequut. rei iudic.
item præsumitur ex qualitate personæ, secundū
Bald. in l. cum allegas 3. opp. C. de vsur. notat. idē
Bald. in leg. ait prætor §. 1. ff. quæ in fraudem cre-
ditor. procedere tàm respectu præteritorum cre-
ditorum, quàm futurorum; Sed si nihil apparet
in dubio non est præsumendus dolus, nec fraus,
vndè rectè tunc procedet iudicium; alias enim
species simulationis nota pœnes Bald. in l. ab ana-
stasio in fine C. mand. de eo qui confessus est re-
cepisse, si postmodum quinquaginta apparent
soluta, de quo per Alexand. in consil. 148. volum.
5. Hyppol. de Marsil. in sing. 474. & Vrsill. decisi.
402. in fine. & alia infert Papiens. in sua practic.
sub titul. de form, opponendi contra instrum. in
vers. quod negatur, & Alexan. in l. prædia, ff. de
D acqu. poss. & Aret. in §. actio. inst. de actio. (D)
Solent demum hi concurrentes creditores in
termino probatorio eorum credita, pro quibus
concurrunt producere, ad quæ verificanda, ne dū
instrumenta publica, & in publicam formam re-
13 dacta præsentare, quæ inducunt hypotecam; ve-
rum etiam, & apodixas, cū per omne genus pro-
bationis à iure tamen non reprobatum verificari
possint credita ipsa l. in exercendis, C. de fide in-
strumentor. cum pro credito adhuc in actione
personali chyrographario concurrere possint d.
l. fin. C. qui bonis cedere possunt, Scaglion. in ritu
283. dummodò apocæ ipsæ sint sollemnizatæ iu-
xta dispositionem l. scripturas, C. qui potio. in
pign. habeant. cum in his de facili committi pos-
sit fraus, secundum Socc. in consi. 240. 2. volum.
& Negusant. in tracta. de pignor. in 5. p. 2. memb.
num. 48. & 49. & quod testes debeant superui-
uere de subscriptis ad eam verificandam, glos. &
Docto. in cap. 2. de fide instrument. Soccin. in re-
E gu. 399. prima fall. Veronen. caut. 89. (E) ipsasque
productio, & verificatio fieri debet per eos in ter-
mino prædicto, secundum Afflict. in decisio. 272.
num. 2. ipsosque chyrografarios, sic concurren-
tes præiudicare in hac concurrentia alijs nolen-
tibus

tibus concurrere in minori summa hypotecarijs quia modicum est præiudicium,secundum Bart. in l.rescriptum,ff.de pact.& Host.in dicta rub.de cession.bonorum,versi.sed si plures,& Scaglio.in dict.ritu 283.ex dispositione text.d.leg.fin. quod secus in remissione,in qua datur tunc differentia inter hypotecarios,& personales, vt suo loco dicam,ex mente Doct. in d.l.rescriptum, & ratio est, quia tunc tractatur de præiudicio intrinseco in parte debiti faciendo, hic solum de extrinseco in dilatione ad soluendum consistente. qua transacta si non fuerit eis solutum ad pristinum statū rediguntur,& suis hypotecis vti possunt, vt dict. leg.fin.in fine ibi (nullo præiudicio),& Salyc.ibi. num.primo, vers.nota quod in casu isto: ipsaque
14 apocha quando habet subscriptionem partium, & testium insimul, & est à testibus approbata, iuxta l.scripturas,C.qui pot.vtiq; sollemniter verificata dicitur; aliquando habet subscriptionem testium, vel præsentiam testium,qui viderunt eā scribere,tunc sufficit approbatio testium, absque comparatione literarum, auth. at si contractus, C.de fide instrument.Bart. in l.nuda, colum.2.ff. de donatio.Anto.de Butr.in cap.2.de fide instru, & sic sufficit testes deponere fuisse præsentes, & vidisse partes propria manu scribere, vel subscribere apocham,vel vidisse,& audiuisse partes mādare tertio,qui illam scriberet, qui scripsit partibus,& testibus præsentibus recognoscentes eam, cum deponant per sensum appropriatum tali actui, absque alio adminiculo comparationis literarum plenè probent,iuxta textum in §.si verò aliquid in auth.de instrumen. caut.& fide,iuncto text.in princip. auth. Ioannes de Imol. in dicta l.nuda,2.colum. & ibi Ludou.Roman. in vltim. colum.& in cap.2.quarta colum.de fide instrum. Ioannes Andr.& Hostien.in d.cap.2.Affl ict.in decisio.131.num.8. licet illi tertio attestanti se scripsisse apocham de voluntate partium non sit credendum,si alij testes non testificentur, secundum Hyppol.in singul. 471. & sufficit eorum testimonium quando subscripti sunt eorum esse manu subscriptiones,vel fuisse præsentes,licet nō deponant de contentis in apocha,nam si deponerent de veritate rei virum fuerit verum, quod in apocha est deductum, quod tunc sufficerent in hoc casu duo testes,l.vbi numerus,ff.de testibus, etiam si tres essent subscripti prout requiruntur, Barto.in d.leg.scripturas,num.4. & Abb.in dicto cap.2.num.2. & Afflict.in decisio.181. dummodò cum causa sit apocha confecta,aliàs non induceret probationem,iuxta leg.2. §.circa, ff.de dol. mal.& met. exceptione, & Barto.in dict.leg.scripturas n.6. quod qualiter procedat, vide add. ad Bart.in l.cum de indeb.ff.de prob.& melius Phanuc.de Phan.in tract.de inuen.in 5.par.num.106. fol.137.& nedum modo prædicto inducitur probatio per has testificationes, sed etiam si testificentur subscriptiones esse eorum manu, verum dicunt non fuisse præsentes tempore confectionis apocæ,sed quod debitor in præsentia creditoris rogauit eos pro eorum subscriptione,quam ipsi debitor, & creditor dicebant, fuisse confectā per debitorem ipsum,quia parem vim habet confessio debitoris dicentis, se subscripsisse in præsentia testium, sicut si testes vidissent eum scribere, ideò plenam inducere probationem testatur Afflict.in decisio. 103. Datur, & alius modus inducendi probationem apocæ, quoties ille contra quem producitur confitetur eam sua manu scriptam,l.publia in fine ff.depos. & sic eam confitetur,sed negat ad id se teneri, tunc eidem neganti dari debet terminus ad probandam negatiuam, qua non probata condemnabitur, Afflict.in constitut.Regni incip.in causa depositi num.quinto, & Caualca.in decisio.27. num. 59. in 2. part. per tex. & ibi glos.in l.si veritas versi.non potes.C.de fideicommiss.& per ea,quæ not. Paul.de Castr.in l.in contractibus nume.8. C.de non num. pecun. Sed si expressè non fatetur, sed fictè, vt quia bina præcedunt Iudicis decreta, prout tot præcedere debent,iuxta oot.per glos.in §.si quis autem versic.admonitus in auth.de hæred.& falc.& Capyc. decisio.205.vel vnicum cum contumacia,secundum Curt.Iun.in l.2.num.26.C.de edend. dummodò fuit facta cum comminatione ad finem
15 habendi declarationem, si est scripta propria eius manu,vel de eius ordine, aliàs habeatur pro recognita, prout deterius iuxta ritum Magnæ Curiæ incip.item seruat,quòd si ter citatus, & in foro ita seruatur; & illa vltima citatio vltimi præcepti debet fieri personaliter,& non sufficit si facta esset domi; nam quando statutum habet contumacem pro confesso,debet intelligi de vero contumace,secundum Angel.in consi.95. quē refert,& sequitur Alex.in l.3.ff.de negot.gest. sed ille,qui non apprahenditur in vltima citatione personaliter,licet in primis sic non dicitur verus contumax,vt probat Barto.in l.fin.in fine, ff.de restitu.in integrum,tenet Fely.in cap. quod consultationem 4.colum.de re iudi. vbi verum contumacem dicit esse, qui personaliter citatus non comparet, & fictus, qui ad domum, idem firmat Barto.in l.properandum §. sin autem reus, & ibi etiam per Alios C.de iudi. sequitur Cauens. in Pragm.Regni incip.quinta die num.37. versi. ex quibus infertur, dummodò legitima præcesserit citatio,& relatio,de qua per eundem super Pragmat.incip. quilibet agere num.36. & de Franchis
16 decisio.322. & sic obseruari in ciuitate Cauæ, Boer.decisio.295,num,19. A quo decreto prohibetur appellatio,quò ad effectum suspensiuum iuxta dispositionem dicti ritus,cum quo concordat text.in l.ex consensu §.fin.ff.de appell.Caual. in d.decisio.27.num.57.2.par. Nec tanquam erronea allegari,& reuocari potest, nec aliquid probari, Hyppol.in l.prima,§.fin.ff.de quæst.ex quo fictus contumax nihil loquitur, ideò non potest
F dici errasse; (F) Nec elapso termino in decreto
17 Iudicis contento potest debitor purgare moram, & talem facere declarationem, quia post binam, & geminatam moram,& declarationem per Iudicem in contumaciam factam non potest amplius purgari mora,etiam si essemus in pœnis legalibus,secundum Alex. & Alios in l.si insulam, ff.de verborum obligat. & Pedamont. in decisi. 5.& Caual.in dict.decisi.27.num.60. Et si neget tunc script. in eius manu,& demum conuincitur de mendacio non poterit postmodum probare solutionem,nec satisfactionem, secundum Caual can.

can. in dict. decisio. num. 58. & ibi, quando hæres
teneatur recognoscere scriptam defuncti, vel fa-
ctoris, & tutoris, & qui negat scripturam sua ma-
nu si conuincitur ammictit exceptionem non
numeratæ pecuniæ, Thess. dec. 50. vbi ponit pęnas
contra mendacem.

Nec terminus ad deliberandum tunc concedi-
tur si sua manu scripta est quando negotium
consistit in facto proprio, secus in alieno, secun-
dum Caualcan. ibi num. 56. & talis ficta confes-
sio non tenet si iudicium non subsistit, Bart. in l. si
filius, ff. de interrogat. act. quod secus est in ex-
pressa, & vera confessione, secundum Bart. in l. si
confessus, ff. de custod. reorum Hyppol. in l. 1. §.
diuus, ff. de quæstio. Nec talis ficta confessio no-
cet hæredibus ficti confessi, secundum Barto. in l.
eius qui delatorem, ff. de iure fisci: nec nocebit fi-
deiussoribus dotis per eorum principales secun-
dum Corne. in consi. 211. libr. 3. Imò Albericus
de Rosat. in l. cum procurator ff. de fideiussor. di-
xit in casu prædicto minimè sufficere veram cô-
fessionem principalis inquisiti, vt ex ea possit fa-
cilius condemnari Foller. In sua practic. crimin.
fragm. part. in rub. de fideiusso. num. 263. Verùm
hic modus inducendi probationem ex hac vera,
seù expressa, & ficta debitoris confessione, licet
afficiat principalem confitentem; contra alias ve-
rò personas non concurrentes, cum habeat spe-
ciem fraudis, cum de facili sic posset commicti
quod absurdum est secundum Barto. in d. l. scri-
pturas numer. quinto. si alio non nititur admi-
niculo probationis, & veritatis non afficiet, nec
effectum operabitur contra non concurren-
G tes. (G)

Miserationis enim gratia conceditur hæc dila-
18 tio per hos concurrentes creditores, vndè solent
probare infortunia debitoris, eiusque decoctio-
nem, & paupertatem, quæ causæ sunt huius di-
lationis, per ea quæ not. glos. & ibi Bal. in cap. quę
in ecclesiarum in versic. probabiliter de constit.
taliter quod constare debet de paupertate. & im-
potentia debitoris, secundum Staphil. in tract. de
liter. gratiæ, & iustitiæ fo. 156. ver. qñ quis petit ad-
mitti, cum sit fundamentum intentionis eorum,
& probatur in d. l. 6. C. qui bonis ced. poss. & qui
eam allegant probare tenentur glos. & Doct. in
l si vero, §. qui pro rei qualit. ff. qui satisdare co-
gant. nisi pro allegante aliqua præsumptio con-
curreret, & tunc per modum prædictum suffice-
ret probatio, & ita intelligetur glos. in l. cum de
lege, ff. de probatio. Iaso. in l. fin. §. licentia colum.
prima, C. de iure delibe. pauper enim ille dicitur,
qui necesse habet sibi victum quærere pro labo-
re suo, secundum glos. in l. paupertas, ff. de excu-
satio. tutor. vel similiter pauper dicitur, qui non
habet patrimonium quinquaginta aureorum
secundum glos. in l. vbi adhuc C. de iure dot. nos
autem dicimus secundum Portium in §. primo,
inst. quibus ex causis manumiss. non licet, quod
hoc residet in arbitrio Iudicis, qui ex qualitate
personæ, & ex quantitate patrimonij ex opinio-
ne vulgi quem aut diuitem, aut pauperem appel-
labit, aut iudicabit, vndè glos. in l. illicitas §. de te-
nuis ff. de officio præsid. dixit quod si isti pauper-
rimi perdunt porcum videntur perdere oculum,
cum oculus rustici dicetur, nihil enim habet infœ-
lix paupertas durius in se, quam quod facit ridi-
culos homines.

Et si minor pars creditorum recusantium
concurrere ostenderet illorum concurrentium
creditorum opinionem manifestam continere
iniquitatem, adhuc minimè concurrere tenere-
tur, argum. l. si pars, ff. de inoff. testamen. & Barto.
in l. fin. ff. de appell. recipiend. ; nec in casu prædi-
cto impedit, quod debitor ipse in fraudem credi-
torum eius bona alienauerit, illaque dissipauerit,
cum ad ea detur creditoribus regressus; vt toto
titu. ff. quæ in fraudem creditor. etiam si debita
contracta essent Reipublicæ, quæ in his concur-
rere tenetur, prout inferius, ipsaque per instru-
19 menta publica deberentur, & tempore ipsorum
contrectationis sciuisset debitor, se non esse sol-
uendo Add. ad Papiens. in eius praxi in titu. de
forma inquis. ver. hæc est quædam inquisitio nu-
mer. 26. in lit. A. etiam si delictum, vel culpam de-
bitor admiserit in decoctione, Strach. in tract. de
Mercat. sub titu. de decoct. in 6. part. num. 20. fol.
239. quod similiter habet locum in dilatione ex
gratia; dummodò in illa debitor delictum non
admiserit, & ob id ad inopiam redactus sit, vtique
non gaudebit dilatione à Principe concessa, secû-
dum Alex. in l. 1. n. 43. ff. si cert. pet. & Strach. in
H cit. loc. nu. 20. (H)

Diximus hanc dilationem quinquennalem
20 posse coram quocunque Iudice ordinario, &
competenti concedi, per tex. d. l. fin. Ang. & Cast.
in dict. leg. & suum § hodie ff. de pact. per illum
tex. in fine cum glos. in ver. partes. vel per se, vel
per Iudices suos, quia non est ipse, qui concedit,
cum concedere non posset etiam ad tempus, se-
cundum Castr. in l. prima, ff. quod quisque iuris,
sed sunt creditores, quorum sententiam sequen-
do Iudex compellit alios recusantes in minori
summa ad concurrendum; & nedum hominibus
Christianis decoctis hæc quinquennalis dilatio
concedi potest per hos creditores iure Romano
viuentibus, sed etiam Iudæis, quia Iudæus est de
eodem populo, & corpore ciuitatis cum Christia-
nis, Socc. in consi. 70. volum. 1. & Iudæi dicuntur
esse de populo Romano in locis, in quibus serua-
tur Ius Ciuile Romanorum, quantum ad hoc, vt
illis legibus viuant, Socc. consi. 62. volum. 1. & fa-
cit text. in l. iudæi communi Romano, C. de iu-
dæis vbi agendo, & defendendo, debent vti iure
Romano, & glos. in cap. ius quiritum dist. prima,
lege enim Imperiali Romana statutum est posse
his creditoribus concedi hanc quinquennalem
dilationem, sub qua statuti sunt iudæi d. leg. 1. C.
qui bonis cedere poss. Et sic in numero concur-
rentium respectu Christiani debitoris, posset esse
iudæus creditor, per d. l. iudæi: Quod secus est iu-
dicandum in hæretico Schismatico, cum priuatus
sit iuribus omnibus, & bonis, & est excommu-
nicatus, & alienus à conuersatione fidelium, vt in
c. excômunicamus de hæret. Abb. in c. cum non
I liceat n. 5. de præscr. (I)

Respectú Clerici decocti, coram quo Iudice
21 peti, & concedi possit hæc quinquennalis dilatio,
si re-

si recusantes concurrere sunt omnes Clerici co-
ram Iudice Ecclesiastico agitari debet iudicium
concurrentiæ, cum actor rei forum sequi tenea-
tur l. 2. C. de iurisdict. omn. iudicum; licet laici
sint omnes concurrentes cap. fin. de foro compe-
tent. si tamen concurrentes sint clerici, recusantes
verò sint laici, ex regula prædicta coram Iudice
laico agendum erit, & si recusantium concurrere
sint laici, & clerici, & iudicium est introductum
coram Iudice laico, an tunc clerici dimictēdi sint
ad ecclesiasticum Iudicem, & laicum detinemus,
clericum verò dimictimus, vel ratione connexi-
tatis omnes sint dimictendi ad ipsum Ecclesiasti-
cum Iudicem, & sic eorum gaudeant laici priui-
legio fori, iuxta not. per Iason. in l. si emancipati,
C. de coll. & Boer. decisio. 300. vel prosequendũ
est coram laico, ne iudicium diuidatur, declara-
bimus infra; In dilatione verò ex gratia princi-
pis secus dicendum, cum Princeps secularis nul-
lam habeat potestatem in Clericos, præter certos
casus notatos per Boer. in decisio. 69. vndè eius
est soluere, cuius est ligare, & nemo qui condem-
nare non potest, absoluere potest ex defectu iu-
risdictionis l. solent, ff. de officio proconsul. & ibi
Bal. dixit in 2. not. quòd, qui non potest condem-
nare condemnando, non potest absoluere absol-
uendo; Vndè Principis ecclesiastici est condem-
nare clericum, eiusdem erit absoluere, ex regula
nemo, qui condemnare, & ibi Dec. ff. de regulis
iuris, Et si hac non gauderet dilatione, vtique
beneficio cap. Odoardus de solut. non priuaretur
cui renunciare non potest, Caualcan. in tracta. de
tutor. & curat. fol. 16, nu. 322. taliter quod carce-
rari non posset, de quo suo loco enarrabimus infe-
L rius pro veritate. (L)

Verificatis denique debitis creditorum in ma-
iori summa concurrentium, alijsque prædictis
22 instructo processu condemnantur recusantes in
minori summa concurrere ad concurrendum
per quinquenniũ, licet facta publicatione, & con-
stito de debitis concurrentiũ sic in maiori quan-
titate in Sacro Consilio Neapolitano solebat con
cedi moratoria per menses, per tex. in §. sed neq;
in auth. de mand. Princ. & per ea, quæ not. Barto.
in l. illicitas, §. ne potent. num. 7. de officio præsid.
Imol. & Angel. in l. 3. ff de damno infecto, hodie
verò inolcuit Nouella Pragmatica num. quar-
to, incip. Don Petrus Gyron, qua statutum est, q;
pendente lite inter creditores concurrentes, & nõ
concurrentes non possint concedi saluæguardiæ,
seu saluiconductus, nec respectũ personæ, nec bo
norum prædictis debitoribus, nec impediuntur
accusationes obligationum, nec liquidationes in-
strumentorum, & hoc tàm in Magna Curia,
quàm in Sacro Consilio, & alijs Tribunali-
bus.

Et prædicta non tantum in prima instantia,
sed etiam in causa appellationis; ita quod pen-
dente causa appellationis in Sacro Consilio præ-
dicta saluæguardia concedi non potest per Iudi-
cem ad quem, etiam quod sententia à qua sit ap-
pellatum, fuerit prolata in beneficium, & fauoré
creditorum concurrentium, taliter quod credito
res non concurrentes non possint impediri in
exequutione, & exactione eorum crediti; & hoc
fieri prohibetur, donec lis non fuerit taliter de-
terminata, quæ mereatur exequutionem, dispo-
nitur ergò per eam non posse lite pendente,
tàm in prima instantia, quam secunda expediri
saluaguardia, & sic pendente appellatione nihil
esse innouandum: cuius dispositionem procede-
re dico quando tractatur de appellationibus à
sententijs Magnæ Curiæ, vel Inferiorum Tribu-
nalium, non autem quandò sententia esset Sacri
Consilij ad beneficium concurrentium credito-
rum prolata à qua esset reclamatum, cum ex ver
bis prædictæ pragmaticæ, ibi, (pendente causa
appellationis in Sacro Consilio) & sic loquitur de
sententijs aliorum Tribunalium à quibus est ap-
pellatum ad Sacrum Consilium, quę non trahunt
secum exequutionem, & per illa verba (taliter, qđ
mereatur exequutionem) sententia enim Sacri
Consilij statim trahit secum exequutionem non
obstante reclamatione, ex dispositione auth. quæ
supplicatio C. de prec. imperat. offerend. & Guid.
Pap. dec. 50. & in tantum habet exequutionem,
quod si victus obtineat rescriptum à Principe,
quod sententia non mandetur exequutioni, do-
nec de meritis causæ reuisionis fuerit cognitum
23 quod non valet, quia est contra iuris dispositio-
nem, scilicet dictæ auth. quæ supplicatio l. rescri-
pta C. de prec. imper. offer. quia præsumitur sub-
reptitium, nisi in eo de ipsis fiat mētio, cum clau-
sula non obstante, secundum Bald. in l. omnes 4.
quæstio. C. si contra ius, vel vtilita. publ. vel Prin-
ceps in rescripto vteretur plenitudine potestatis
Alexand. in consil. 2. column. quinta, volum. se-
cundo, versi. & non dubium, & Bald. in l. ita diuus
in prima quæst. ff. de adopt. & Guid. Pap. decisio.
M 420. (M)

Vndè si lata esset sententia, quæ transitum fe-
24 cisset in rem iudicatam, & supplicatum esset
Principi super reuisione talis sententiæ, qui in re-
scripto dicit, audiatur talis, & iustitiam ei faciat,
si censetur per hoc derogatum prædictæ senten-
tiæ? & Iaso. in l. iustitia num. nono, versi. supra-
dicta induco, ff. de iust. & iure infert contra Bald.
quod non ex rationibus per eum ibi adductis,
quia in dubio Principis voluntas præsumitur esse
talis, qualis esse de iure debet, licet difficile esset
secedere ab opinione Bald. ex præsumpta volun-
tate Principis, qui per commissionem præsumi-
tur derogasse sententiæ, vt reuideri possit non
obstante quod fecerit transitum in rem iudicatã,
quod nota, quia sæpè de factu solet euenire, tali-
ter quod si pro exequutione sententiæ Sacri Con
silij nõ reperiantur bona, super quibus possit fie-
ri exequutio pendente reclamatione poterit exe-
qui in persona Dec. in consil. 73. reprobata opi-
nione Castr. in l. 4. §. condemnatum in versi. præ-
dicta vera, ff. de re iudica. & sic auditur in causa
reclamationis tunc debitor carceratus secundum
Vrsi. decision. 231. & per illa verba Pragmaticæ,
pendente causa appellationis, cum à sententia Sa-
cri Consilij non detur appellatio, sed reclama-
tio, & supplicatio dict. auth. quæ supplicatio, & li-
cet supplicatio sit loco appellationis, per glo. in
l. prima, C. de sent. præfect. præt. & pari passu am-
bulent, tamen in multis differunt inter se, de qui-
bus per Afflict. in prælud. const. Regni quæst. 10.

num.6.cum sequent. Vndè sententia ipsa quin-
quennalis dilationis transacta in rem iudicatam,
vel per Sacrum Consilium prolata merebitur e-
xequutionem, vt pendente quinquennio non
possit molestari, & si ad aliquid contra eum tunc
procedetur, vt attentatum reuocari debet, Boer.
decisio.296. Hercul.in tractat. de attent. appell.
pend.cap.30.nu.128. & impediet liquidationem
instrumentorum pendente quinquennio Fran.de
Iudice in tracta.liquidat.instrumentor.3.conclus.
num.67

Data autem appellatione à sententia quinquē-
25 nalis dilationis prædictæ per recusantes concur-
rere si contigerit confirmari per Iudicem ad quē,
quæ vt vidistis ex dispositione dictæ Pragmaticæ
non potuit sortiri exequutionem; nisi à die con-
firmationis, sic tempus dilationis non à die pri-
mæ sententiæ cœpit currere, sed à die, quo sen-
tentia ipsa meretur exequutionem, tùm ex dispo-
sitione Pragmaticæ, tùm quia appellatio consi-
derato præsenti statu perimit pronunciatum,
per ea, quæ not. Papiens. in sua praxi in titu. de
forma sententiæ in causa appellationis vers. cau-
sis numer.octauo, vbi Iudex condemnauit Mæ-
uium ad soluendum Caio centum infra tres mē-
ses, & appellauit à tali sententia, & appellatio-
ne pendente venit tempus, Iudex secundarum
causarum confirmàuit sententiam, an incidat in
pœnam contentam in prima sententia ob lapsum
temporis, & solutionem non factam, quòd non,
per text.in cap. prætereà extra de appellat., facit
text.in leg.secunda, & 3. C.de vsur.rei iudic.quia
tunc agitur ex sententia appellationis confir-
mante, & non ex prima, secundum Barto.& alios
in leg.prima, ff.de re iudic.& Iason benè in l. si se
non obtulit §. si quis condemnatus num. quarto,
ff.de re iudicat. vbi tempus datum condemnatis
ad soluendum non currit, nisi à die latæ secundæ
N sententiæ, non primæ à qua fuerat appellatū, (N)
& sic appellatio ipsa actento præsenti statu extin-
guit pronunciatum, sed si in futurum contingat
quod appellatio deseratur, vel quod ei renuncie-
tur tacitè, vel expræssè censetur perindè, ac si ap-
pellatio numquam esset interposita, & sic respe-
ctū futuri temporis, quo potest reconualescere;
verum est quod dicitur stare in suspenso, Bald.&
Iaso.in l.tale pactum §.qui prouocauit, ff.de pact.

Ex hoc resultat quod dicitur in priuilegijs Ba
26 ronum vt possint componere, & aggratiare
antè sententiam, non tamen post, si lata est sen-
tentia per Baronem, quæ nulla est, vel illegitima
an tunc componere possit, quòd sic, nam senten-
tia illa dicitur, quæ legitimè, & iustè lata est, sin
autem illegitimè, non est sententia leg. quarta
§.condemnatum, ff.de re iudic. & ibi per Docto,
sed si iustè, & legitimè lata sit, & condemnatus
vasallus appellauit, appellatione ipsa pendente
poterit Baro componere, & aggratiare, nam dū
dicitur quod post sententiam non potest compo-
nere intelligitur de sententia, quæ fecit transitum
in rem iudicatam, quod intellige de Barone ha-
bente cognitionem primarum, & secundarum
causarum tunc pendente appellatione coram eo
dem, Barone in causa appellationis secundarum
causarum poterit componere, nam licet sit finita
eius iurisdictio in prima instantia, remanet instā-
tia altera in causa appellationis, in qua ipse habet
iurisdictionem, quæ oritur ex eodem priuilegio,
in quo erat ei data facultas indulgendi, præuia
tamen partis remissione, & sic quemadmodum
antè primam sententiam poterat indulgere, ita
& post eam latam, pendente tamen appellatione;
& ita fuit obseruatum in Ciuitate Potentiæ, vbi
nonnullos condemnaui ad remigandum, quia
Baro cupiebat indulgere postmodum fuit appel-
latum, & pendente appellatione coram Iudice se-
cundarum causarum indulsit? Secus autem, si
Baro non haberet secundas causas appellationis,
& appellatio esset deuoluta ad Regium Tribu-
nal, quia tunc minimè indulgere posset stante
huiusmodi appellatione ad Regem producta,
nisi in specie esset hoc concessum in priuilegio,
& est de mente Iul.Clar.in sua praxi crim. §.fin.
q.51.vers.& hæc quidem conclusio, & de Franch.
dec.370.

Statutum est enim debitorem non admicti ad
27 cessionem bonorum pro debitis contractis infra
annum, vt in Pragmatica incip. Rex Aragonum
fol.161. ex quo tempore contractus erat certus
non esse soluendo, quia dolo, & in fraudem præ-
sumitur contraxisse, & non erit audiendus, dum
voluerit cedere bonis, vndè Magna Curia in de-
cretis harum cessionum semper consueuit dice-
re, dummodò debita non sint contracta infra
annum, vt refert Mazzia in addit. ad tracta. de
Iudice de liquidat.instrum. quarta conclu.nu.66.

Si eademmet dispositio Pragmaticæ prædictæ
habeat locum in hac materia dilationis quinquē-
nalis, vt pro debitis contractis per debitorem,
tàm ex parte creditorum concurrentium, quàm
non concurrentium non possit, nec valeat conce-
di debitori dilatio pro ipsis debitis infra annum
contractis? & dicendum videbatur Pragmati-
cam esse iuris communis correctoriam, cum in
l.fi. C.qui bonis cedere possint non sit expressum
nec deductum de debitis infra, vel post annum,
sed simpliciter, vndè vbi lex non distinguit, nec
nos distinguere debemus l. prospexit ff. qui, & à
quibus, & proindè Pragmatica debet intelligi
propriè in casu suo, & non extendi l. si vero §. de
viro ff.solut.matrimon.Barto. in l. omnes populi
in 6.q.princip.ff.de iustit.& iure, & in auth. quas
actiones C.de sacrosanct.Eccles. & Afflict.decis.
21.nu.12.& non debet correctio communis iuris
induci per eam, nisi quatenus in ea expræssè di-
catur l.sancimus, C.de testam. l. præcipimus in
fine C.de appell. & debet lædere ius commune
minus, quàm sit possibile l.2.ff.de noxal. Ias.in
d.l.omnes populi num. 62. vndè non debet ex-
tendi vltra casum in Pragmatica comprahēsum:
Audiui tamen fuisse decisum in Sacro Consilio
Neapol.quod ad instantiam creditorum concur-
rentium contractorum infra annum non valeat
concedi talis quinquennalis dilatio, & sic ea di-
spositio, quæ militat in cessione bonorum virtute
dictæ Pragmaticæ habet locum, & militat in hac
quinquenalis dilationis materia respectū ipsorū
concurrentium ex præsumpta fraude ob vicini-

tatem actus,vt supra,& per ea,quæ not. Bart.in
leg.post contractum ff. de donat.cum eadem mi-
litet ratio, quæ in cessione bonorum , eadem iu-
ris dispositio militare debet l. illud ff. ad legem
O aquil. (O)
Vndè debitor,qui sub spe cessionis bonorum
debita contraxit ab bonorum cessionem non
admittitur Angel.in l.4. vers.item non gaudet, ff.
de cessio.bonor.& hoc respectù fraudis,quæ non
debet ei opitulari, quia deceptis, non decipienti-
bus iura subueniunt l.2.§.verba ff.ad vell.& nedũ
in casu cessionis,sed in omni alio legum auxilio ;
hinc Barto.in l.prima,§.1.ff. si quis testam. liber
iussus fuerit insert de Præfecto Vrbis Romæ ,
multa debita contrahente sub spe , quòd ab om-
nibus eius debitis in aduentu Imperatoris libera-
28 retur,& idem Barto.& Castr. in l.contra legem,
ff.de leg.de eo, qui sciebat super frumento futu-
rum edictum , & illud incontinenti carius ven-
didit, quòd per eius dolum nedum ad restitutio-
nem tenetur,sed etiam ad interesse Roman.sing.
386.& Affl. dec.399.
Similiter respectù illius , qui prohibitionem
monetarum futuram sciebat,si illas statim expé-
didit,vel de illis creditori satisfecit illas recipere
tenetur,& bonas,ac expendibiles loco earum re-
stituere Iaso.in §.fin.colum.pen.in princ.vers.1t
fallit inst.de actio.Strach.in tract.de mercat. sub
rubr.de sponsal.4.par.vers. item quæro sub nu.2.
sicut dicimus in vsurario,qui licet in casu restitu-
tionis vsurarum si ad inopiam sit redactus iuris
beneficio gaudebit, tàm in foro pœnitentiali sm
glos. & ibi Abb.in cap.cum tu per illum tex. ex-
tra de vsur. Sed etiam in foro iudiciali , ex quo
gaudet tali beneficio sibi concesso à maiori cre-
ditorum numero,& à Principe , & cessionis bo-
norum priuilegio,secundum Archid,in cap.quã-
quam colum.prima,ver. sed numquid in hoc ca-
su de vsur.in sextò. Host.in summa de pœnit.&
remiss.§.fin.colum.penult.versi.quid si nullam,
tamen si mutuasset sub vsuris pecunias spe ve-
niam à debitore, vel à Principe consequendi ob
eius damnatam intentionem bonorum cessionis
beneficio,nec alio iuris remedio gaudebit, Dyn.
in regul,peccatum in fin.de regu.iuris in sextò, &
Alexand. in l. alia §. eleganter colum.5.ver. con-
P firmo per id quod voluit ff.sol.matrim. (P)
Respectù verò creditorum non concurren-
tium, etiam quod sint contracti infra annum
conueniri,& condemnari possunt ad concurren-
dum ad instantiam maioris partis in summa con
currentis,& sic respectù ipsorum cessat dispositio
Pragmaticæ prædictæ , & habet locum regula
tex.dict.leg.fina.C.qui bonis cèdere possunt, nisi
eadem fraus militet respectù ipsorum,prout in
concurrentibus , cum fraus tàm respectù præte-
ritorum,quàm futurorum committi possit,ipsis-
que detur reuocatoria,secundum Barto.in lege
ait prætor §. primo, ff. quæ in fraudem creditor.
29 quæ nam fuerit ratio differentiæ inter hos cre-
ditores ; cogita, sat est allegare decisionem Sacri
Consilij,quæ facit ius in Regno, secundum Affl.
Q in dec. 169. prout in causa illorum de Solomenis
referente D.Stellatello; Roppulo Act.

Vndè notandum est, quod si quis promictit
soluere Titio centum ex causa mutui pro toti-
30 dem ab eo receptis infra annos duos à quo nam
die denominari possit verè creditor,vt non dica-
tur infra annum contractus à die stipulationis,
vel à die euentus temporis solutionis annorum
duorum , & sic non obstet dispositio prædictæ
Pragmaticæ; dic,quòd denominatio temporis fit
à die stipulationis,quo die cessit,licet non venerit
dies l.cedere diem ff.de verbor.obligati.quo tem-
pore dicitur creditor , secundum glos. ibi Barto.
& alij in l.prima,ff.si cert.petat.Thessau.dec.235.
num.3. an tunc temporis experiri possit,senten-
tiamque reportare,vt in euẽtu temporis exequa-
tur Affl.in dec.279.
Exposuimus modò Pragmaticam prædictam,
loquentem de cessione bonorum non habere lo-
cum pro debitis contractis infra annum,ipsamq;
habere interpetrationẽ extensiuam , pone modò
quod Titius antiquus debitor Caij ꝓmittit quod
debet de voluntate Caij soluere Sempronio, an
respectù Sempronij possit nouum dici debitum ,
& infra annum contractum,vt pro eo ad benefi-
cium Titij non valeat concurrere,vel antiquum,
& in hoc Barto. in materia similis statuti tenet ,
quòd noua est obligatio,nouumque debitum, vt
toto titu.ff.de nouat. & melius Castr. in l.delega-
re eodem titu. taliter quòd concurrere non pos-
set,aduertè,quia Bart. loquitur quando statutum
non recipit interpetrationem,Sed nos ex decisio-
ne Sacri Consilij habemus ad illud extensionem
respectù concurrentium. ideò cum dependeat ex
antiquo ipsius formam retinebit , ita quòd anti-
quum,non nouum denominabitur , & ita refert
fuisse quæstionem disputatam Florentiæ, vt testa
tur in l.Cæsar in repet.ff.de publ. & vectig. n.11.
Quod si eidem creditori de nouo antiquum
debitum promiserit,ibidem Barto. num.12. & si
videatur nouatio inducta,absque protestatione ,
vt per eundem Bar.in l.si quis aliam ff.de solu. tñ
si rectè consideramus Pragmatica habuit respe-
ctum ad hæc debita sic contracta de nouo , & de
recenti ratione fraudis,& doli, qui de facili com-
mictuntur in hac materia , & sic præsumuntur
ratione vicinitatis temporis,vt supra, & Barto.in
d.l.post contractum. qui aliàs in debito antiquo,
& sic nouato non cadunt,quæ omnia Iudicis ar-
bitrio relinquuntur ex qualitate actuum,& tem-
porum,secundum Veronens.in d.tracta. simulat.
contract.in princip. & Add.ad eum ibi in fine.
Strach.in tract.de merc. in titul.de decocto. in 6.
par.nu.18. Sicut dicimus in contractu censuali,
31 qui celebrari non potest, nisi præsenti pecunia ,
alias contractus ad partitũ dicitur,prout ex no-
uella Pragmatica babemus, si modò initus est
talis cõtractus ex causa debiti olim cõtracti,vtiq;
subsistit,cum ex antiquo debito dependeat, vnde
fraus argui non potest, nec contra Pragmaticam
contractus,secundum Foller.in sua Praxi censua.
fol.146.nu.96.
Declarauimus maiorẽ creditorũ partẽ cõside-
rari respectù quantitatis,indè q̃ritur,si quis esset
32 creditor in 600. alius verò in mille nõ cõcurrẽs,
verũ in illis habet correũ,& actio nõ est oĩbus in-
so-

solidũ debita,an solus ille non concurrrens possit
denominari creditor in mille, taliter qđ excedat
summam alterius in sexcentium concurrentis,vel
tantum in quingentis, in qua summa diceretur
iuxta tex.in l.reos §.cum in tabulis ff. de duobus
reis,per quem videtur potius dicendum esse tan-
tum creditoré in quingentum,nisi in instrumen-
to illud verbum insolidum insit, quo casu deno-
minaretur in mille creditor, & sic tamquam ma-
ior in summa concurrere non teneretur, etiam si
in quingentis esset denominatus,& conuentus ad
concurrendum,cum debiti partem recipere,& di
uidere non teneretur inuitus creditor leg.tutor §.
lucius,ff.de vsur. Docto. in l.quidam æstimauerũt
ff.si certum petatur,& ibi Iaso. multas adducit li-
mitationes, & fallentias, refert Negusant. in tra-
cta.de pigno.in quinta part.3 membr.numer.17.
cum sequent. quæ actio insolidum non tantum
ex verbo insolidum inducitur, sed etiam quando
omnes obligati,sine verbo illo insolidum in obli-
gatione, & promissione eandem summam pro-
missam repeterent,secundum glos.in authen.hoc
nisi C.de duobus reis,sic etiam si in instrumento
adest dictio distribuitiua quilibet, vt si dicitur in
instrumento promisit Seio, & Titio, & cuilibet
ipsorum,etiam quòd non sit dictum insolidum,
adhuc subintelligitur, quia ea est natura prædi-
ctæ dictionis attribuere obligationem cuilibet eo
rum insolidum,secundum Paul.de Castr.in l.plu-
ribus ff.de procur. & in l.ædibus ff.de nou. oper.
nunc.

In hoc tamen aduertendum est,quòd est diffe-
rentia inter ius antiquum, & ius nouissimum,
nam de iure antiquo natura reorum erat siuè de-
bendi,siuè credendi,vt omnes tenerentur insoli-
dum,& singulis insolidum deberentur, vt l. 2. ff.
de duobus reis. De iure autem nouissimo aliqui
tenuerunt, quod sit correctum ius antiquum in
modo constituendi,& obligandi, vt numquam
duo rei insolidum teneantur, nisi expræssé aga-
tur,de quo in auth. hoc ita C. de duobus reis, ita
glos. in d.l.2.

Veritas est,quod in modo constituendi,& obli
gandi nihil corrigitur ius antiquum per ius no-
uissimum, sed conueniunt omnia iura noua, &
vetera, vt in dubio semper insolidum teneantur,
sed in modo exequendi differunt ista iura, nam
iure nouissimo,licet omnes insolidum teneantur,
tamen si sunt præsentes, & soluendo solum exi-
guntur pro parte,alias autem fieret exactio inso-
lidum d.auth.hoc ita, quam opinionem sequitur
glos.in d.auth.& Barto.in d.l.2.Et hæc quæ dicta
sunt procedunt in duobus reis debendi. In duo-
bus autem reis credendi, cessat dicta disputatio,
quia in eis nihil est immutatum in modo consti-
tuendi,scilicet,vt semper insolidum intelligantur
secundum glos. in dicta authent. hoc ita circa fi-
nem.

Et sic hodiè plures rei debendi pro parte sua
quilibet debet conueniri,& exigi,nisi renunciatũ
sit per eos beneficio d.auth hoc ita,prout fit in
dies in instrumentis. Secundus si alius Correus
sit absens: Tertius si sit inops,vt ibi: dicitur au-
tem absens,quis si est extra suum domicilium in
alia Ciuitate,vel Territorio, secundum Doctor.
in auth.præsente,C.de fideiuss. vel quando mor-
tuus est, qui abesse dicitur de Franch.decisio.245.
33 vel quando plures rei debendi obligati sunt ex
facto alicuius institoris,vel exercitoris, tunc nihil
est immutatum, & sic poterunt ita hodiè, sicut
olim omnes insolidum conueniri l. ne in plures,
ff. de exercitoria act. Vel si sunt obligati ex ali-
quo facto indiuiduo, quo etiam casu omnes in-
solidum conueniri poterunt. Et quæ dicta sunt
procedunt in obligatione continente aliquid di-
uiduum,ita Papiens.in sua praxi de forma libelli
contra plures reos debendi vers.quilibet insolidũ
nu.1.fo.160.

Nec inter hos creditores concurrentes, & non
concurrentes datur differentia, quod alij sint an-
teriores,vel posteriores in tempore, alij in actio-
ne hypotecaria,& alij in personali, & chyrogra-
faria d.l.fin.C.qui bonis,& Scaglio.in d. ritu 283.
& Vrsil.d.decisio.288.nume. 8. Nec est necesse
quòd tempore huius concessionis dilationis hi
concurrentes creditores in vnum conueniant, &
coadunentur,Paul.Par.in consi.100.certissimum
est volum.tertio,num.tertiu, & ita praxis obser-
nat,licet Sttach.contrarium teneat in dict.tracta.
in titu.de decocto.in sexta part. num.decimo no-
Qno.(Q)

Insurgit ex hoc,quod vnus ex his creditoribus
34 insolidum constitutis est condemnatus pro in-
tegro debito sibi, & Correo credendi debito ad
concurrendum, an tunc alter Correus credendi
possit pendente istu quinquennio exigere à debi-
tore totum debitum,pro quo eius Correus fuerat
ad concurrendum condemnatus, vel saltim por-
tionem sibi debitam, verum est dicere, senten-
tiam latam contra vnum ex reis credendi indi-
stinctè nocere alteri Correo,siuè sint socij, siue
non,tàm prò,quàm contra, cum per litis conte-
stationem præoccupatum sit debitum, & actio l.
fideicommissaria §.plerumque ff.de lega 3. Bart.
in l.ex duobus num.18.ff.de duobus reis Papiens.
in sua praxi in titu.de forma libell. contra plures
reos debendi versicul.quilibet ipsorum nu. septi-
mo.

Quid si Correus credendi est is,qui hanc con-
cessit dilationem quinquennalem communi de-
bitori pro toto communi debito, fecitque alios
non concurrentes in minuri summa condemna-
ri ad concurrendum,an possit Correus alter cre-
dendi pendente dicta dilatione à suo Correo con
cessa conuenire prædictum communem debito-
rem,& exigere saltim eius portionem, sic dicen-
dum fateor, quòd si actio insolidum omnibus
non competit, vtique quilibet erit creditor pro
rata, quo casu non potuit dicto Correo afferre
præiudicium quoad eius portionem in hac dila-
tione concessa dict.§. cum in tabulis,argum.toto
tit.ff.com.rer.alie.& Alex. in l.si vnus ff. de pact.
& ibi quid in socijs fundaci.

Sed si insolidum sunt Correi credendi,tunc vi
dendum est, quandò pactum vnius ex reis cre-
dendi noceat alteri, & in hoc concludunt Docto.
quod,aut sunt duo rei credendi ex causa onerosa,
& tunc pactum vnius non nocet alteri, quia de-

bitum non est cuiuscunque proprium, sed commune est magis, si pecunia similiter ab vtroque processit l. si vnus ff. de pact. quia pactum non tendit ad extinguendum, vel perimendum omninò obligationem, sed ad excludendum paciscentem ope exceptionis, vndè non extenditur ad alteram personam; ratio est, quia omne emolumentum esset commune illud quod vnus exegit tenetur communicare alijs Correis credendi l. qui hominem §. primo, vbi Bart. ff. de sol. & ideò si sua culpa fecerit ne possit communicare, non præiudicat alijs: quando ergò solutione liberatur debitor quò ad omnes, eo quia qui solutioně recipit, tenetur alijs communicare, & sic præter actum veræ solutionis, vel habentem vim veræ solutionis, secundum Doct. in d. leg. si vnus aliud pactum, & actum præiudicialem facere non potest in alterius Correi præiudicium ratione prædicta, nisi pecunia ab vno tantum profecta esset pactum ipsius tunc alteri noceret, quia tunc est debitum suum proprium, argum. l. sed iulianus, §. non solum, & §. fin. ff. ad maced.

Aut sunt duo rei ex causa merè lucratiua, & lucratiua causa dicitur, & denominatur ex his, quæ notantur in l. prima, in versi. lucratiuas C. de imponend. lucrat. describpt. lib. 10. & Dec. in regu. in eò quod, ff. de regulis iuris; & eo casu dicimus, quod, aut sunt socij, & pactum vnius tunc non nocet alteri d. l. si vnus; Aut non sunt socij, & pactum vnius tunc nocet alteri l. si tem, §. si duo, ff. de nouat. ratio hujus secundum Barto. in d. lege ex duobus, quia quando sunt socij debitum est commune, vndè vnus non potest pacisci in præiudicium alterius: Sed quando non sunt socij, tũc debitum est cuiuscumque proprium, & vnus potest facere quicquid vult, nec alteri in aliquo tenetur per text. in leg. lege falcid. ff. ad legem falcid.

Ex quo tex. & notatis ibi per Alexan. infertur ad quæstionem, quæ alias euenit in Consil. Neap.
35 an Correus debendi soluens insolidum per sententiam debitum communi creditori habeat regressum pro rata contra Correum, absque cessione creditoris, & sic distinguũt in his reis inter onerosam. & lucratiuam causam, prout determinauit Sac. Consilium teste. Vrsi. in decisio. 319. Attamen contrarium est verius, & sic fuisse decisum Thessaur. testatur in dec. 191. siuè ex causa onerosa, siuè lucratiua per glos. in l. 2. C. de duob. reis, quæ simpliciter loquitur, & sic dari Correo soluenti actionem negotiorum gestorum contra Correum pro rata: Vnde cum possit facere in casu prædicto actum præiudicialem alteri præter actum veræ solutionis, meritò quinquennalem dilationem poterit concedere, qua pendente Correus ipse ex ipsa causa lucratiua quandò non est socius non poterit debitorem ipsum molestare, sequitur Papiens. in cit. lo. n. 9. ver. sed nunc circa hoc: & ad prædicta nota, quòd si vnus ex reis credendi tantummodò portionem, ac ratam, ad se tangentem à debitore exegerit, si quid postea debitori acciderit, taliter quòd alij correi eorum ratam minimè exigere possunt si regressum proptereà habebunt contra Correum illum, qui ratã suam exigerat pro diuisione illius ratæ exactæ vide tex. in l. fin. C. depos. & Neguf. pro intelligentia illius in tract. de pignor. in 5. par. 2. memb. nu. 32. & l. lucius ff. mãd. & quãdo à principio obligatio erat redacta in persona vnius, & ex post facto diuisa inter hæredes, & Ioa. Vinc. de Ann. in eius
R alleg. 21. (R)

Creditor maior in quantitate concessit debitori suo quinquennalem dilationem, verum tem-
36 pore concessæ dilationis poterat sibi satisfieri creditor ipse, modò autem finita dilatione est effectus debitor pœnitus non soluendo, & aufugit, vndè intendit quod sibi debetur, & pro quo concurrerat exigere à fideiussore huius debitoris, aduersus quẽ excipit fideiussor ipse de culpa, in qua fuit creditor in non exigendo tempore prædicto, & ob dilationem spontè concessam non exegit, quæ dum præcessit casum de ipso teneri debet, iuxta l. sed vt certo, §. sed interdum cum ibi not. per Bartol. ff. commod. in hoc Paul. de Castr. sic distinguit, quòd si talis fideiussor, fideiussit pro eo, quod à principali debitore exigi non posset, vtique cum creditor ipse fuerit in culpa in non exigendo tempore habili sibi imputandum est, & eo casu aduersus fideiussorem carebit actione; sed si simpliciter fideiussisset, & nulla adest protestatio fideiussoris contra creditorě, quòd eo casu similiter se tuetur fideiussor, ex quo habet beneficium excussionis, quæ si facta esset tunc temporis vtique fuisset sibi consultum, & satisfactum, & habetur ac si fideiussisset prout primo loco, verum si esset per eum renunciatum tali beneficio excussionis, prout communiter Notarij solent has generales facere renunciationes, prædicta nõ militarent in hoc secundo casu, de qua in authe. de fideiuss. §. sed neque ad res colu. 1. & per Bart. in l. inter eos §. creditor ff. de fideiusso. & Doct. in auth. præsente, C. eodem, de veritate vide Thessa. in decisio. 125. num. 12.

Et quando fideiussor simpliciter intercedit, oedum in casu prædicto tenetur, sed etiam pro accessionibus, & vsuris, quæ veniunt officio Iudicis mercennario, secundum naturam actionis bonæ fidei, secus autem in actionibus stricti iuris, vt in l. centum capitæ vbi DD. ff. de eo quod certo loco, & in l. quæro ff. loca. Neguf. in tract. de pign. in 2. par. 4. memb. nu. 56. ità Paul. de Castr. in l. si fide-
S iussores ff. de fideiuss. (S)

Nec aliquod generatur præiudicium his cre-
37 ditoribus concurrentibus actiuè, & passiuè, ob dilationem concessam debitori circa præscriptionem, & impedimentum exequutionis finita dilatione, quia non valenti agere non currit prescriptio l. 1. §. fin. C. de annal. except. sed in isto quinquennio iste creditor fuit impeditus agere, ergo præscriptio non currit, quia ista dilatio quinquennij respectũ differendæ petitionis valet, sed respectu euacuandæ petitionis non valet, cum istud sit impedimentum facti, quod non propter factum tertij, sed propter factum istius, contra quem debet præscribi accidit, quo casu non currit §. vltim. in authentic. de appell. leg. malè agitur C. de pręscrip. trig. ann. maximè cum dicatur in mala fide sciens se debere, cui tempus

non

non patrocinatur cap. fin. de præscr. & est text. in
d.leg. fin. C. qui bonis cedere poss. in fine ibi (nul-
lo præiudicio creditorum cui quam ex quinquē-
nij dilatione circa temporalem præscriptionem
generando) & Bal. in l. quoties C. de prec. imper.
offer. Hostiens. in rubr. de cessio. bonor. vers. sed si
plures.

Sed an debitor ipse, cui hæc conceditur quin-
38 quennalis dilatio arguatur infamia, prout vulgò
existimatur, dic quod non d.leg. fin. in princ. in
ver. (salua eorum videlicet existimatione, & om-
ni corporali cruciatu semoto) C. qui bonis ced.
poss. Et nedum quando dilationem obtinet non
irrogatur infamia; Sed neque ob cessionem bo-
norum, licet ligatur ad columnam, cum dedeco-
re; prout antè forum Magnæ Curiæ, vbi supra
columnam stat detecto capite præcedente sonu
Tubictæ, tex. est in leg. debitores, C. de his qui no-
tant. infamia: & §. primo, inst. qui manumitt. non
possunt, Bald. Salyc. & Alij in d.leg. fin. quiá hoc
est miserabile beneficium à iure traditum, vt dict.
leg. fin. & lex non inducit infamiam; prout dici-
mus de his, contra quos porriguntur famosi libel
li, & tamen lex mandat, quòd nullum dedecus,
nec infamia irrogetur sibi, vt leg. prima, C. de fa-
mos. libell. sic etiam de his, quorum mænia do-
morum dealbantur colore rubeo, seù magra, sic
vulgò denominata, quæ non arguunt infamiam,
sed facientes, & porrigentes, ac proijcientes infa-
mantur, vt in Pragmatic. Regni: & dict. leg. pri-
ma.

Hoc beneficium quinquennalis dilationis vl-
39 tra quinquennium per hos concurrentes cre-
ditores concedi non potest inuitis creditoribus
recusantibus concurrere in minori summa, ex
quo tex. in l. fin. C. qui bonis ced. poss. statuit ter-
minum quinquennalē, vltra quem si fieret trans-
gressio non sortiretur effectum, etiam respectù
quinquennij, & sic in totum corrueret, & vtile
per inutile vitiaretur, secundum Paul. de Castr. in
l. quoties in fine C. de prec. imper. offer. sicut in
Episcopo concedente indulgentias vltra quadra-
ginta dies, etiam si vnam diem excedit corruit in
totum indulgentia, etiam quoad quadraginta
dies, Domi. in cap. fin. de pœni. & remiss. in sexto.
Afflict. in decisio. 107. num. 7. vbi infert etiam ad
Ecclesiam concedentem rem Ecclesiæ in emphy
teusim vltra tertiam generationem, quæ sic non
erat solita concedi, si in totum vitiaretur, Guillel.
Rodoan. in tracta. de rebus Eccles. non alienand.
sub ver. de loc. rerum eccles. quæstio. 58. num. 31.
in tantum quòd nec piæ personæ, nec loco pio sic
concedi posset, Bald. in l. prima, C. de rerum do-
T minia. (T)

Sed dubitari posset an hi creditores concurrē-
tes in maiori summa possint coarctare terminū
istum quinquennalem, & sic minorem dilationē
huic debitori concedere; in hoc sciendum est, qd
in electione debitoris, est velle cedere bonis, &
40 non admittere hanc dilationem quinquennalem
à creditoribus concessam, quia hoc beneficium
debitori conceditur ipso iure à lege, absque factu
creditorum, imò, & contra eorum voluntatem,
& sic creditores illud impedire non possunt, nec
obstat tex. in d.l. fin. in princ. quia ibi ista electio
datur creditoribus à debitore si volunt ipsam
acceptare, vt glos. ibi in verb. detur, & ità tenet
Barto. & Saly. in dict. leg. fin. cum Castr. contra
Bald. modò si datur debitori electio, vel cedere,
vel admittere dilationem sibi concessam à credi-
tore, tex. modo in d.leg. fin. loquitur de dilatione
quinquennali, quæ vadit ad ipsius debitoris be-
neficium, quæ coarctari ad eius detrimentum
non potest, ex quo aliàs cessionem faceret, & ita
glos. in d.l. fin. in ver. generando, ibi (an autem
minus dari potest) respondet, quod sic, volente
debitore, aliàs non, ne quod est introductum in
beneficium, retorqueatur in detrimentum, iuxt. l.
legata inutiliter ff. de leg. 1.

Sed an Iudex possit hoc tempus quinquenna-
41 lis dilationis concessæ à maiori creditorum
numero debitori coarctare instantibus credito-
ribus recusantibus concurrere in minori sum-
ma, Barto. in l. 2. vltim. colum. 3. quæst. ff. de re iu-
dicat. dixit quòd quando tempus est concessum à
lege sine ministerio Iudicis, tūc sine causa abbre-
uiare non potest, sed si hoc facit, suppletur tem-
pus à lege: Sed si tempus est indultum à lege
cum ministerio Iudicis, prout in casu, de quo agi-
tur, ex quo frustra operaretur dilatio concessa
per concurrentes si sententia Iudicis non com-
pellerentur recusantes concurrere ad concurren-
dum, Strach. in tracta. de mercat. sub titul. de de-
cocto. in 6. par. num. 19. tunc lex non supplet, sed
debet appellari, refert. & sequitur Iaso. in l. si se
non obtulit §. si quis condemnatus nu. 5. ff. de re
V iudic. (V)

42 Sed an minor pars creditorum in quantitate à
maiori creditorum parte in alijs facti speciebus,
præter contentas, & declaratas in hoc tractatu vo
luntatem eorum maiorū in summa sequi, astrin-
gi possit Afflict. in decisio. 283. refert in tribus tā-
tum casibus relatis hic minorem partem credito-
rum voluntati maioris partis acquiescere debe-
re; in alijs autem stare compelli non posse; Ang.
tamen in l. prima, ff. de priuileg. creditor. refert,
vbicumque creditores certant inter se quid agen
dum sit de bonis debitoris in solutione cessantis,
semper humaniori sententiæ creditorum standū
est, cæterum si nulla reperitur humanior, & om-
nia sunt paria standum est Iudicio cognatorum,
qui creditores sint, & si nullus est cognatus stan-
dum est iudicio eius, cui maior debetur pecunia,
& sic l. maiorem, ff. de pact. & lex. fin. C. qui bonis
cedere poss. habent locum non solùm in his casi-
bus signanter positis in illis legibus, sed etiam in
omni alio casu, in quo certant inter se creditores,
qualiter debeant consequi eorum credita super
bonis debitoris in solutione cessantis, eò quod de-
bitor non est soluendo, & hanc Ange. opinionem
sequitur Strach. in cita. loco de merc. in titu. de
decocto. 6. par. num. 21. Sacrum Consilium Nea-
politanum contrarium determinauit contra An-
gel. opinionem, nec dispositiones legum maiorē,
& fin. C. qui bonis ced. poss. esse extendendas vl-
tra casus per illas leges decisos, prout non fuerūt
extensæ in casu dationis in solutum, quàm præ-
tendebat secundus creditor contra primum pro
iusto pretio, cum iustus emptor non reperiretur,
vt sic & ipse secundus creditor suū posterius cre-

ditum consequi posset, vt testatur de Franch.dec.
X 82. (X)

Dictum est supra in electione debitoris esse, vel-
43 velle cedere bonis, & non admittere dilationē quinquennalem sibi à creditoribus concessam, secundum Salyc. & alios citatos de Franch. dec. 251.quid si debitor non aliter instat,nec dicit velle cedere bonis,prout disponit dicta lex fin.C.qui bonis cedere possunt, an possint eo casu creditores in maiori summa eidem debitori concedere hanc dilationem inuitis creditoribus, non concurrentibus,ipsique dilationi stare teneātur,& sic dispositio d.leg.fin.extendatur ad hunc casum, dicas quod sic, quia isto casu sit talis extentio,ex quo nullum damnum infertur, nisi in tempore, & ità quotidiè videmus seruari in Sacr. Consilio Neap.vt testatur D.de Franch.in dec.82.n.r.2.& 5

Nunquid autem hæc quinquennalis dilatio
44 concedi valeat debitori à maiori creditorum numero in quantitate aduersus creditores renitentes concurrere pro eorum creditis iuratis, cū renunciatione de non opponendo exceptionem aduersus illā, ipsique dilationi à prædicta maiori creditorum parte concessæ ipsa minor pars stare teneatur ? & in hoc dicimus quod sic, quia iuramentum nedum dispensari potest, sed etiam remitti per creditorem,vt in cap.r.de iur.iur.& capit.2.iuncta glos.in verss.interpositione de sponf. & l.labeo ff.de iur. iur. stante maximè magna mendicitate debitoris,quo etiam casu cum iuramento non potest cessioni bonorum renunciari, Guid.Pap.decisio.211. Cappell.Tholos.dec.230. & ita refert in iudicijs seruari Vrsil. decisio.288.
A num.8. (A)

Et sic extendi ad hæc debita iurata, & pro illis teneri concurrere; sequitur Carauit. in ritu 288. num.7.& 8.ac fatetur ità quotidiè seruari,& practicari in istis moratorijs , quas vulgariter concurrentias creditorum appellamus,bonum tamē esset petere absolutionem à iuramento prius,dicit Brunus in tract.cess.bonorum 23. quæst. princip. num.6.de Iudice in tract.liquid. instrum. conf. 4. num.65. quod habere posset locum quando dilatio concederetur instante debitore, iuxta d. leg. fin.C.qui bonis ced.poss. quod bodiè non procedit,ex quo creditores sunt, qui concedunt dilationem non aliter instante debitore, vt supra explicauimus,ex mente decisio.de Franch. in citato
B loco. (B)

Eo magis procedit præcedens conclusio quan-
45 do omnes creditores concurrentes , & non concurrentes haberent iuramenta, quia eo casu conquassantur priuilegia, iuxta auth. quas actiones , C.de sacrosanct.Eccles. Vrsill.in cita. decisio. nu. 8. & in hoc fere instrumentalia debita sunt omnia iurata , cum Notarij communiter in instrumentis iuramenta apponant ? Et hoc erat illud, quod fortiter mouebat d. commissarium causę in Sacro Consilio in causa illorum de Ferrignis, cum illis de Fusco , ex quo quidam de Fusco donationem fecerat vxori suæ tempore traductionis,certorum bonorum mobilium iocalium,quę præmortua fuit superstite viro donante sine filijs,dicebatur donationem nullam esse,ipsamque prohibitam inter virum,& vxorem, toto titu. de donat.inter virum, & vxorem, nec morte potuit confirmari , cum præmortua esset vxor donataria,ad quam mortem confirmandam requiritur traditio bonorum leg.Papinianus ff.de donation. inter virum , & vxorem , & an eo casu sufficiat ficta traditio per præcarium,vide Castr. in l. prima,§.si vir vxori num.5.ff.de acquir.possess.allegabatur pro parte hæredum donatariæ confirmatio per iuramentum , quo sic confirmatur Bartol. in l. si quis pro eodem in fine cum add.ff. de fideiussor. verum ad hoc fuit responsum in donatione non adesse iuramentum , nec debere præsumi , cum sit actus extrinsecus , & requirat formalitatem verborum, & specificam expræssionem Dec.in regul.semper in stipul. ff.de reg. iur. nu. 13. an tunc iuramentum sequatur naturam actus,super quo interponitur, iuxta l.fi.C.de non num.pec.vide Dec.consi.536.num.7. & cons.240 cum Aymon. ibi qui contra tenet, non fuit deci-
C sum,quia pars acquieuit.(C)

Et ego in Ciuitate Cauæ præstaui assistentiam
46 fine constituto,& præcario vigore clausulæ adiectæ in instrumento capitulorum scilicet, & extendatur ad consilium sapientis, sub qua intelligitur const.& præc.secundum Iaso. in l.si ex parte,ff.de ver.obl.& Aduocatus conuenti acquieuit senten-
D tiæ visa doctri.Ias. (D)

Et si duo sint rei credendi , quorum alter fuit
47 conuentus ad concurrendum, & demum ab impetitione concurrentium absolutus iterum instāt ipsimet creditores concurrentes, nouo tamen iudicio condemnari alterum Correum credendi pro eadem summa, pro qua eius Correus fuerat absolutus,si aduersus eos obstet exceptio prædicta rei iudicatæ ; & in hoc Doct.dicunt sententiam prædictam latam in fauorem prædicti Correi credendi prodesse huic Correo credendi secundo conuento siue sint socij,siuè non,per text. in l.fideicommissariā §. plerumque ff. de leg.3. & Barto.in l.ex duobus ff.de duobus reis , Sed si aliqua inerat causa,ob quam fuerat Correus ille absolutus,quæ cessat in hoc secundo iudicio, taliter quòd cessat primum oppositum, cùm tria debeāt concurrere ad hoc vt obstet exceptio rei iudicatæ , scilicet idemptitas rei, causæ,& personarum leg. cum quæritur cum ll.sequentib.ff.de re iudic.quę cum non concurrant, sed vna ipsarum an sufficiat, Castr. ibi, ideò non obstat etiam in præsen-
E ti iudicio . (E)

Et quæ dicta sunt de duobus reis credendi , an militent etiam respectū Correorum debendi, taliter quod si vni ex his fuerit talis concessa dilatio quinquennalis si ea pendente alter Correus debendi conueniri possit ad instantiam prædicti creditoris ad concurrendum condemnati,& in hoc videndum est quando sententia lata pro vno ex reis debendi,alteri prosit,& Barto.in l.ex duobus column.quinta,versi. sexto quaro ff. de duobus reis, dum loquitur quando pactum vni ex reis debendi factum prosit alteri, & dicit prodesse,si socij sunt,aliàs secus,siue factum sit pactum in perpetuum, siuè ad tempus dilatorium vni de non petendo,in non socijs, si alter conuentus, & exactus haberet regressum contra eum,cui factū est pactum quoad totum, quia fortè tota pecunia

ad

ad eum peruenerat, cum eo casu dicatur tacitè fideiussor, secundū Hyppol. in suo sing. 2. & Alexa. in leg. marcellus, ff. de fideiussor. in add. Barto. vel in partem, si pars pecuniæ tantum peruenit eatenus sibi pactum proderit, quatenus eius interest, cui factum est pactum, secundū glo. in l. 4. §. nunc de effectu ff. de liber. leg. sed si socij sunt, tunc idē, quia si alter conuentus non esset habiturus regressum contra illum, cui factum est pactum, vt puta si ex propria culpa conuenitur, vel quia tota pecunia ad eum tantum peruenit, tunc pactum factum vni, non prodest alteri: secus si esset habiturus regressum per actionem pro socio, vt quia ex communi culpa conuenitur; & istud pactum vni ex socijs factum prodest alteri insolidum, quando contra alium est habiturus regressum, quia si ille solueret quicquam repeteret à consocio, cum omne commodū, & incommodū debeat
F esse commune. (F)

Et licet Barto. loquatur quando ab ipso creditore conceditur pactum, & dilatio, cum idem iudicandum sit quando per sententiam conceditur dilatio, cum factum Iudicis, dicatur factum partis l. si ob causam, vbi etiam Bald. C. de euictio. ac si ipse concessisset: dic melius, secundum Bart. in cita. l. ex duobus in fine, quando exceptio competens vni ex duobus reis debendi porrigatur ad alium, aut exceptio est merè personalis, & ad aliū non porrigitur, sicut nec ad fideiussorem, vt l. exceptiones, ff. de fideiusso. Aut sunt aliæ exceptiones, quæ ad fideiussorem porriguntur, prout inferius notabitur, & tunc, aut fuit color quæsitus, quia in veritate fideiussor erat, & non vt Correus, & ad eum porrigitur, vt l. sed Iulianus §. primo, ff. ad macedon. & ex dictis per Hyppo. in d. sing. 2. & de Franch. dec. 55. num. 8. Aut non fuit color quæsitus, & tunc, aut erant socij, & vnius exceptio porrigitur ad alium, vt leg. si duo rei, ff. de duobus reis, aut non erant socij, & tunc si quidem obligauerunt se ex causa onerosa, quia mutuo acceperunt, & tunc eatenus competit exceptio alteri, quatenus ad eum, cui exceptio sine dubio competit peruenit de pecunia d. l. sed iulianus §. si duos: Si verò obligauerunt se ex mera liberalitate, & tunc exceptio vni competens, non prodest alteri, si non sunt socij, vt d. l. si duo; vndè concessa dilatione prædicta quinquennali vni ex eis reis debendi cognoscetur, quando illius exceptio alteri prodest ex distinctione prædicta; quando autem dicantur socij in materia, de qua agitur, vt cognoscamus quando alterius exceptione dilatoria gaudeat, & dicimus, quando omnium bonorum sunt, vel eiusdem obligationis, dummodò hoc actum sit, vt omne commodum, vel incommodum prouenit ex illa lite, vel obligatione sit commune, non tamen quando communiter contrahunt, & in communes vsus accipiunt, secundum Barto. in d. l. ex duobus num. 22. versic. sexto quæro, & Papiens. in d. sua praxi sub tit. de forma libell. contra plures reos debendi n. 11. ver. quilibet ipsorum.

Diximus modò, quod quando non sunt socij, & se obligauerunt ex causa onerosa, tunc eatenus tunc competit exceptio alteri, quatenus ad eū cui exceptio sine dubio competit peruenit de pecunia, quid si non constat pro quota ad alterum peruenit de pecunia, tunc iudicandum est pro medietate ad vnumquemque ipsorum peruenisse, iuxta l. vir vxori §. fin. ff. ad velleian. cum ibi not. per glos. fin. iuncta l. sed iulianus, ff. ad macedon. nec sufficit ad ostendendum totam pecuniam ad alterum tantum ipsorum peruenisse, ex eo, quod ex post facto alter alteri Correo fecerit indemnitatem, ex qua argueretur ad eum peruenisse in add. ad Barto. in l. si constante, §. quoties ff. soluto matrimon. Sicut non sufficeret, quod Correus sic declaret ad eum totam pecuniam peruenisse, secundum Castr. in l. scia, ff. ad velleian. & sæpè habui de facto casum illius §. fin. ideò consului qū contrahitur cum mulieribus, & insolidum se obligantibus cum masculis, quod appareat totam pecuniam peruenisse in posse mulieris, ne censeatur postmodum pro dimidia saltim intercessisse, quæ quando, & in quibus casibus valeat mulier intercedere pro alio vltra casum l. final. C. ad velleia. vbi pro dote potest intercedere, an, & pro an tefato, de Franch. decision. 182. & sicut potest pro dotis constitutione, an & similiter pro eius restitutione, Lupus in repet. cap. per vestras de dona. inter virum, & vxorem §. quinto, nume. 10. versi. octauus casus fol. 170. & Bald. Nouell. in tract. de dote in 6. par. priuileg. 12. & nedum pro dote, sed etiam pro alia pia causa, de qua not. de Franchis in decisio. 237. & vide eundem Bal. Nouell. in dict. tract. in 6. par. priuileg. 3. dantur etiam casus, in quibus cessat beneficiū velleiani, de quibus per glos. in d. l. fin. in versi. item si accipiat, & latius per Cauens. super Pragm. Velleian. incipie. Don Petrus de Toledo, & quod dicitur de renunciatione facta per mulierem prædicti beneficij cessat hodiè per dispositionem dictæ Pragmaticæ.

Et quæ dicta sunt intellige quandò fuit oppositum per ipsum conuentum correum debendi de exceptione prædicta dilatoria pro parte, quādò sic competeret: Ponè modo quod duo sint correi debendi insolidum egit ipse creditor contra vnum, qui prædictam exceptionem quinquennalem opposuit, quod videns egit contra alium correum, qui bonam fidem agnoscens sibi soluit, & cessit ei iura contra dictum correum, qui immediatè ex iure cesso egit contra correum, aduersus quem opposuit exceptionem quinquennalē, Bald. in l. per diuersas 15. quæstio. C. mand. dixit quod ille virtute cessionis non potest agere durante quinquennio, cū non habeat plus iuris ipse,
G quàm cedens. (G) Sed si ille ageret non virtute cessionis, sed virtute mutuæ fideiussionis, quia duo rei videntur inuicem fideiubere, & per hoc oritur inter eos quædam tacita actio mandati, tunc procederet, quę Bal. dicta an procedant, quando debitum solutum dependet ex mera causa lucratiua, & liberali, vt hanc habeat actionem tacitam mandati, de quo supra diximus ex mēte Thess. in d. dec. 191.

De adiecto solutioni quid dicimus, non dico
48 obligationi si potest is hanc concedere debitori quinquennalem dilationem pro dicta summa, in qua fuit adiectus, dum sibi solui posset; & non posse fatemur, cum pacisci non possit, nec petere, aut

aut nouare, vel alium actum facere præter actum veræ solutionis l. quod stipulatus ita sum ff. de
H solut. Iaso. in le. si vnus num. tertio, ff. de pact. (H) quando autem dicatur adiectus solutioni tãtum, & non obligationi, quando quis stipulatur dari sibi, aut extraneo, tunc persona extranei dicitur adiecta solùm solutioni, quia si intelligeretur adiecta obligationi frustra esset, & nihil valeret, ex quo per talem stipulationem non potest acquiri obligatio ipsi extraneo, nec personæ extraneæ stipulari, l. stipulatio ista §. alteri, ff. de verborum obligati. Ne ergo adiectio extranei reddatur frustratoria, & inutilis censetur extraneus adiectus solutioni recipiendæ, intantum quod si ille adiectus est adiunctus per stipulatorem stipulationi per coniunctionem copulatiuam, vt puta promictis mihi, & Titio, tunc quia copula, &, copulat æquè principaliter l. prima, cum simil. ff. de pecu. leg. ille tertius censetur principaliter adiectus ad obligationem, & non ad solutionem, & quia illi tertio stipulari non potuit d. §. alteri, ideò quoad partem illius nihil valet obligatio, & habetur perindè, ac si non esset adiectus, & solum valet obligatio pro parte dimidia stipulatoris, quæ sibi stipulanti acquiritur l. si mihi, & Titio, ff. de verb. obligat. ideò adiectus apponi censetur solutioni per alternatiuam, aut siuè per aliam similem puta vel seù alia similia, siuè præponatur persona stipulatoris, siuè sequatur, qoandò tamen censeatur adiectus obligationi, & quando solutioni, & an hæredi adiecti solui possit, vel stipulator prohibere possit fieri solutionem adiecto, & sic prohibitione non obstante possit ei solui inotto stipulatore, vel præueniendo per litis contestationem possit postea solui dicto adiecto, latè per Iason. in leg. eum qui, §. secundo, ff. de verborum obligatio.

In maiori autem numero concurrentium cre-
49 ditorum respectú summæ, an connumeretur creditor concurrens pro summa ei debita sub conditione, vel in diem contra creditorem purum non concurrentem, de iure habemus creditorem in diem, vel sub conditione non esse propriè creditorem, nam ante conditionis euentum, spes est in debitum iri, ergò non censetur debitor priùs, nec creditor, §. ex conditionali inst. de inutilib. stipul. Dec. in l. prima, penult. & vltim. column. ff. si cert. petatur, cum etiam ad debita conditionalia quietatio generalis non extendatur Alex. cons. 49
I vol. 1. Ang. in consi. 189. (I)

Et legans testator quæ sibi debentur censetur legasse debita pura, non autem conditionalia, leg. si ita scripsisset ff. de legat. 2. licet enim ante diem sit nata actio mero iure, & antè diem mero iure agi possit agenti, tamen obstabit exceptio doli, & sic in effectu agi non potest, quia agens doli exceptione repellitur, quid enim prodesset quòd actio mero iure sit nata, sed exceptione eliditur, an nullo modo sit nata, cum neutro casu condemnatio subsequatur, nám quãdo est nata actio mero iure, nisi opponatur exceptio iudex conuentũ condemnabit, quia in actione fundatum est iudicium, sed quãdo nulla est actio, etiam si nihil opponatur Iudex non condemnabit; tamen Barto. in l. eum qui ita, §. qui ita, ff. de verborum obliga. dixit, quod quando tempus est annexum stipulationi expresse de conuentione partium, ita quod Iudici de hoc constet, quod absque alia expositio-
L ne opposita per reum repellet agentem, (L) sequitor Port. in §. omnis stipulatio instit. de verbor. obligar. & ibi Porr. quando creditoris appellatione veniat talis creditor. An autem creditores ipsi conditionales possint conueniri, & condemnari ad concurrendum renitentes concurrere ad beneficiũ debitoris conditionalis ad instantiam puri creditoris concurrentis, in maiori tamen summa, in hoc distinguimus, quod aut sunt conditionales conditione, quæ est ventura, & extitura inuito debitore, quo casu conditio trahitur retro ad tempus initi contractus, vt l. prima, & l. qui balneum, §. 1. ff. qui potiores in pignor. habeant. & ad eos extenditur, & condemnari tunc possunt ad concurrendum, quia pendente conditione etiam iura sua aliquando experiri possunt, secundum Alexand. in l. 2. ff. solut. matrimon. & leg. quæsitum, ff. de pignor. & Negusant. in tracta. de pignor. in quinta par. 3. memb. num. 48.

Hinc si testator, extraneo instituto, mandauit sibi quod solueret omnia debita fratris sui, quod hæres tenetur soluere etiam dotem vxoris dicti fratris, quando matrimonium erit solutum, licet tempore testamenti constaret, & esset debitum conditionale, quia debitum vxoris dotis pendet sub conditione omninò extitura, quia est necesse vnum solui saltem morte, secundum Castr. in d. l. si ita scripsisset ff. de lega. 2. & curret tunc dilatio à die concessæ dilationis, & non à die euentus conditionis, secundum Castr. in l. si quis suus nu. 3 C. de repud. hæred. cum etiam conditionalem possit facere purum ipse debitor volens ante tempus soluere, & præuenire, secundum Doctor. in l. qui Romæ, ff de verbor. oblig. & ibi Socc. maximè cum antè diei euentum possit condemnari debitor, vt adueniente tempore soluat, secundum Afflict. in decisio. 27. si verò conditio est extitura eo volente, & facto suo interueniente, & tunc non trahitur retro, nisi esset factum necessarium, & isto casu non potest condemnari ad concurrẽdum, cum non dicatur adhuc creditor, & dicitur potius debitum nouum, quàm antiquum, vt d. l. 1. & leg. qui balneum, & Negusant. in citat. loco, prout in legato conditionali, in quo conditio non trahitur retro, vide Bald. in l. ex contractu, C. de bonis auth. iudic. possid. qui loquitur in creditore conditionali respectú cessionis bonorum; vndè Bald. Nouell. in tract. de dote in 10. part. in fine dixit, quòd si hæres pendente conditione legati, aliquid hæreditarium alienauerit tacitè obligatũ
50 pro dicto legato conditionali, & si postea purificetur conditio legati, quòd legatarius non poterit ex hypoteca auocare ab emptore dictam rem ei alienatam, quia conditio in vltimis voluntatibus non trahitur retrò, secus si species certa esset sub conditione legata, quæ ea pendente alienatur quòd ipsa adueniente auocatur, quia fingitur retrò nulla alienatio, sequitur Negusant. in tractat. de pignor. in quinta part. secundo membr. nume. 11. Aymo. Crau. in leg. prima, ff. de legat. pri-
M mo. (M)

Non

Non enim poterit debitor illud quod debetur sub conditione, vel in diem antè tempus purificare conditionem, & diem ad finem, vt tamquā purus ille creditor possit concurrere, vt in concurrentia facere maiorem summam contra non concurrentes puros creditores, si de huiusmodi fraude constet, eò magis prodesse non potest tali debitori, cum id in præiudicium prædictorum non concurrentium creditorum factum præsumatur, cum nedum in fraudem creditorum dicatur factum id, quod concernit actum alienationis, & dissipationis, verumetiam in repræsentatione temporis ob eius commodum, leg. ait prætor, §. si cum in diem, ff. quæ in fraudem creditor. ibi (nam prætor fraudem intelligit etiam in tempore fieri) facit text. in §. actione instit. de act. & l. prima. §. si
51 quis, ff. ad legem falcid. & Lomnes, §. fina. ff. quæ in fraudem cred. Doct. in §. item si quis in fraud. institut. de action. quæ fraus ex præcedentibus, & ex continuatione actus, & breuitate temporis colligitur, & ex alijs coniecturis, quæ Iudicis arbitrio relaxantur, nam quotiescumque aliquid de sui natura habet procedere, si illud fuit affectatum, vel procuratum non prodest, l. spadonem, §. fin. ff. de excusati. tuto. §. item tria onera instit. eodem Barto. in l. 2. §. simili modo, ff. si quis caut. Veron. caut. 3. & 4. & alij, quos citat Ferrat. caut. 19. Cara. in ritu 269. num. 22. vt quando fiunt ea, quæ verisimiliter fieri non debent, si fiunt arguunt nō bonam fidem, sed suspitionem, & sunt indicia contra facientem, vt in simili dixit Parif. in tract. de sindica. in ver. tortura in fin. quem allegat de
N Franch. in dec. 179. n. 8. (N)

Sicut non potest debitor in horum creditorum præiudicium apocham productam, non sollemnizatam iuxta terminos, l. scripturas, C. qui potior. recognoscere, & approbare, vt indè nascatur præiudicium prædictis in hac materia concurrētiæ, vt supra explicauimus, licet principaliter tractetur de eius damno, & quod principaliter fit debet attendi, non id quod in consequentiam, iuxta l. si quis nec causam, cum ibi not. ff. si cert. petat. & respectū creditorum licet differatur, non tamen auferatur, iuxta l. quoties, C. de prec. imper. offer. tamen cum in aliquo illis non possit generare præiudicium, etiam in tempore, meritò sola debitoris confessio non sufficit, qui pro habenda hac dilatione quinquennali confiteretur nedum prædicta, sed maria, & montes, cui non est credendum, secundum Barto. in l. non omnes §. primo, ff. de re milit. & Hyppo. de Marf. in rub. de prob. num. 104. ex quo verisimilis non est talis confessio, cui standum non est, tamquām non verisimili, secundum Bal. in l. si quis in hoc genus colum. prima, C. de Episcopis, & cleric. Abb. in
52 cap. 2. num. 2. versi. primo casu de fide instrum. & Neguf. in tract. de pignor. in 5. part. 2. membr.
O num. 48. (O)

Sic etiam si pateretur se condemnari ad instantiam creditoris, non opposita per eum exceptione, qua excluderetur, & exclusus esset si fuisset opposita ab actione intentata, & hoc in fraudem, vt postmodum ad sui beneficium concurreret, quo casu non afficit sententia alios non concurrentes creditores, per tex. in l. si sponsus §. si vxor lo 2. ff. de donation. inter virum, & vxorem, & Bald. ibi notat, quod ille text. præstat argumentum ad reuocationem multarum sententiarum vbicumque per fraudem partium, mediantibus talibus sententijs deueniretur ad prohibitum, & illicitum, & Bald. in l. cum allegas in 4. oppos. cum sequent. C. de vsur. vbi si debitor passus est se vinci per sententiam, non opposita exceptione vsurarum semper poterit dicta sententia rescindi, sequitur Alexand. in consil. 82. volum. 3. & sic quando inter agentem, & debitorem conuentum fuisset collusum, tunc sententia lata contra debitorem non præiudicat creditori, vt not. Bal. in l. præses, C. de pignor. Bar. in l. si superatus, ff. de pignur. & Alex.
P in l. sæpe, ff. de re iud. (P)

Et si aliter non cōstaret de fraude, an tunc sententia lata contra istum debitorem ad beneficiū huius concurrentis creditoris per prius in actione personali fidem faciat in hoc iudicio concurrentiæ contra alios creditores non concurrentes, licèt per probationes claras, & apertas tunc obtinuerit, & sic sufficiat tunc iudicium fuisse agitatum cum debitore, de cuius præiudicio principaliter tractabatur, ex dispositione glos. in l. de vnoquoque, ff. de re iudic. absque citatione generali, saltim per proclama, prout fatetur Alexand. in d. l. de vnoquoque vltim. limit. & cum hac limit. inclinabat Sacrum Consil. licet ex alia facti serie aliter fuerit decisum, secundum Capy. deci. 107.

Vndè tria debet habere confessio, vt afficiat confitentem, videlicet quod sit probabilis, secun-
53 do quod sit possibilis, tertiò quod sit verisimilis, quare Iudex non debet dare fidem non verisimilibus, secundum Ancharan. in consi. 257. in vlt. column. & allegans non verisimile non debet audiri, secundum eundem Anchar. in consil. 157. 7. colum. in fine: vndè Bald. in l. prima, in fine, C. de edend. dixit quod probatio debet esse verisimilis, aliàs ei standum non esset, sicut dicimus in teste deponente non verisimilia, cui non est credendū, secundum Innocent. in cap. auditis de præscript. imo est suspectus de falso, secundum Alexand. in consi. 438. pen. column. hac de re remotum à verisimili dicitur quædam falsitatis imago, secundū Bald. in l. prima, colum. 3. C. de fer. fugit. & alia
Q cumulat Hypp. in l. prima, n. 6. t. ff. de quæst. (Q)

Et sic hi non concurrentes creditores possunt eas opponere exceptiones, quas potuisset opponere principalis ipse debitor si voluisset, Full. in sua praxi cens. f. 229. n. 72.

Hi enim creditores, qui tantum obligationem
54 naturalem habent, quæ cum sit de iure gentium sola, & actionem producere non potest, l. fideiussor obligari, §. fideiussor, ff. de fideiuss. & leg. iuris gentium, §. quinimo, ff. de pact. & l. naturales ff. de act. & obligat. Iaso. in l. ex hoc iure, num. 51. ff. de iusti. & iure, concurrere minimè possunt ad beneficium debitoris, inuitis creditoribus legitimis nō concurrentibus, cum creditorum numero non sint connumerandi, sunt enim naturaliter debita pacto nudo contracta, leg. iuris gentium, §. igitur nuda ff. de pact. vel cum pupillo, leg. pupilli s, ff. de regul. iur. & ibi Dec. & leg. quod pupillus ff. de cond. indeb. & ibi glos. & l. pupillus, ff. de act.

act.& obligat. vel si præscripta est actio, iuxta leg. sicut C.de præscrip.30.vel 40.annorum,cum per eam tollatur ciuilis obligatio, & remaneat naturalis,cum debitum præscriptum dicatur naturaliter debitum,& non exigibile,bona fide præscriptum,secundum Barto,Bald. & Socc.in lege quibus diebus,§.dominus num.9. ff.de conditi. & demonstr. Hinc notarunt Doctor. quod obligatio est triplex,naturalis tantum, ciuilis tantum, naturalis,& ciuilis mixta,ista naturalis tantum est duplex,quædam est naturalis incognita iure ciuili,& est illa,qua disponitur ex lege naturali,vt benficienti benefaciamus; & hæc subdiuiditur,nã quædam in puris terminis naturalibus est , cuius est effectus, quia primo operatur præsumptam donationem l. si non remunerandi §. vndè papinianus,ff.mand. secundus est effectus,quia obligat donatarium ad alimentandum donatorem egentem glos. in leg.fin.C.de reuocand. donatio. Tertius est effectus,quia facit valere donationem sine insinuatione,quæ alias non valeret, glos.in l.
R Actilius regul.ff.de don.(R)

Quædam verò est obligatio naturalis non reducta in meris terminis naturalibus, sed reducta ad necessitatem præstationis, vt est quòd libertus benefaciat patrono, qui sibi benefecit præstando libertatem,& effectus huius obligationis est duplex, primus est quia potest cogi dupliciter à Iudice præstare id, quod lex statuit, puta operas, & similia leg.prima, §.si patronus, ff.de officio præfecti vrb. Secundus effectus est, quia solutum in debitum per errorem non repetitur l. si non sortem §.libertus,ff.de condi. indebit. secunda verò species huius naturalis obligationis est illa, quæ prouenit ex pacto nudo, & ista non producit actionem d.l.iuris gentium §.igitur nulla, & ista à iure gentium causatur, de qua in l.cum amplius, §.is natura debet ff.de regul.iuris,Et effectus huius naturalis obligationis est quadruplex, primus quia solutum indebitum naturaliter non potest repeti l.naturaliter,ff.de actio.& obligat. Secundus, quia potest cum debito efficaci compensari, l.etiam ff.de compensat. Tertius,quia potest deduci tale debitum naturale in constitutum, & fieri exigibile,l.prima §.an debitum, ff.de constitu. pecun. Quartus,quia potest accedere pro tali naturali obligatione fideiussor, qui efficaciter obligabitur d.l.fideiussor § fideiussor, ff. de fideiusso. Quintus est effectus,quia operatur,vt per denunciationem Euangelicam compellatur debitor huiusmodi debitum soluere, quia inter simplicem loquelam,& solemnem Deus non facit differentiam cap.primo, & ibi not. Docto.extra de pact. Abb.in cap.qualiter de pact,glos. fin. in cap. clericus de iure iuran. Sextus, quia obligat quem ex pacto liberato amplius non petere glos.in leg. si vnus,§.pactus ff. de pact. de quibus etiam per Barto.in l.ex hoc iure ff.de iust.& iur.

Pacto enim nudo contracta dicuntur, quando non subest causa d.§. sed cum nulla, & ibi Iaso.in princ. vel sine partis interrogatione quis promisit,& si in instrumento dicatur quòd partes conuenerunt, intelligitur nudo pacto, secus verò si promisit, quia sic initum in scriptura publica intelligitur per stipulationem, sic & in priuata scriptura,quando autem est productiua actionis, & quos operetur effectus, vide Ias.in d.§.sed cum nulla,& in l.legitima,ff.eodem,& in d.leg.ex hoc iure num. 51. & qualiter procedat quod dicitur sine causa promissio,vide latè per Phan.de Phan. in tract.de inuent.in quinta part.fol.137.numer, 106.

In tantum quod ille appellatur verus debitor à quo debitum tamquã ab inuito extorqueri potest; vndè quædam dicuntur debita inexigibilia ex defectu actionis, & obligationis,vt est debitũ ex pacto nudo;quædam dicuntur inexigibilia virtute exceptionis,secundum Christof. Portium ibi nu.15.in d.§. primo, vndè si testator iussit satisfieri omnibus,quibus debebat illi,quorum de-
55 bitum est præscriptum agere non possunt, de qua per Socc.in dicto §.dominus, sic intelligitur de debitis exigibilibus,non autem de his, quæ nõ possunt exigi ex defectu actionis,& obligationis, vt ex debitis ex pacto nudo, vel de his quæ non possunt exigi propter vires exceptionum,secundum Barto.in l.fideicommissa §.si rem ff.de lega. 3. quod verum intelligit Bal. quando testator haberet alia debita exigibilia , si autem nulla haberet intelligeretur etiam de debitis non exigibilibus,vt actus potius valeat, quàm pereat, argum. leg. fundus qui locatus , ff. de fund. instru. refert Christoso.in d.§.primo,num.15. in ver.glo.super
S verbo. (S)

Et in exceptione Macedoniani , & Velleiani, cum vtroque iure sit debitum, sed ope exceptionis est indebitum,secundum glos. in l. cum quis, C.de iuris, & facti ignor. licet illę exceptiones non tollant obligationem naturalem,quia non sunt inductæ æquitate naturali,sed magis more nostræ Ciuitatis,scilicet Romanæ, vndè de iure ciuili nõ tollunt naturalem §.fi.inst.de legit.agna. tutel. quia verba legis inducentis has exceptiones non tendunt ad perimendam obligationem, sed ad impediendam petitionem,dicunt enim nec actio,nec petitio detur, non autem dicunt quòd mulier intercedendo obligetur , vt l. prima , in princip.ff.ad macedon.& ibi glos.in ver. non petitio,& l.2.§.primo,ff.ad vellean. quæ exceptiones macedoniani,& velleiani,an sint fauorabiles, vel odiosæ, taliter quod solutum repetatur tamquàm indebitum, & quoad forum poli sic quoad conscientiam sit tutus non soluens propter beneficia prædicta,vide Ias.in l.qui exceptionem ff.de cond.indeb.

Et illam glos.in d.ver.non petitio allegaui in quæstione facti,dum essem Iudex in Regia Ciuitate Amalfiæ, & Regindę Minoris in anno 1584. quo tempore fuerunt effectæ demaoiales, dum quidam filiusfamilias esset obligatus in certa pecuniarum quantitate cum expresso consensu patris,demum inter creditorem,& ipsum filium debitorem noua fuit inita conuentio , & nouatio , in quo nouo instrumento nouæ conuentionis nouarunt primum instrumẽtum, illudque cassum , & irritum reddiderunt, firmo tamen remanente dicto primo instrumento quoad anterioritatem tantum in confectione huius noui instrumenti non aliter adfuit consensus paternus , licet in eo fuisset promissum per filium præstari facere assen-

fensum à patre infra certum tempus, prout post modum præstitit pater in absentia tamē filij, qui filius dùm fuisset conuentus vigore huius vltimi instrumenti nouationis fuit per eum oppositum de nullitate instrumenti contra formam Regiæ Pragmaticæ, incipient. per Excellentem inhiti non obstante assensu paterno ex post facto præstito in absentia tamen dicti filij, cùm præstari debuisset in præsentia dicti filij se obligantis per illa verba dictæ Pragmaticæ, ibi (præsentis) & fuit allegata ad hoc doctrina Caruitæ super dicta Pragmatica in §.10.circa numerum decimum, & proptereà fuit nullum declaratum instrumentū, & absolutus filius; & licet fuisset appellatum ad Magnam Curiam Vicariæ, & in termino ad non posita ponendùm produxit creditor primum instrumentum crediti nouati, in quo iā aderat consensus paternus, vigore cuius inhibat cōdemnari dictum filium debitorem, & licet diceretur per filium de nouatione facta, fuit tamen per credito rem allegatus tex. in l.prima, ff. de nouatio. Vbi
56 tunc inducitur nouatio prioris actionis, quandò ex instrumento nouante ciuilis, vel naturalis nasceretur obligatio, sed cum ex ipso instrumento nouante conueniri non posset filius ex dispositio ne dictæ Regiæ Pragmaticæ, meritò intendebat ex instrumento nouato; responderi tamen poterat, quòd ex ipso instrumento nouante, nata erat ciuilis, & naturalis obligatio, verum illa erat elisa exceptione Macedoniani, & Regię Pragmaticæ, secundum glos. in l.prima, in vers. petitioquè, ff. ad macedonian. & sic non habere locum tex. in d.l. prima de nouat. sed locum habere tex. in l.fin.C. de nouatio. quia expræsse fuit actum, licet quo ad hypotecam fuerit illa reseruata, ex quo illa non trasibat cum nouata actione, nisi expræsse fuisset actum, vel priuilegiata esset persona, vt in causa dotis, secundum Bartio. in l.aliam ff. de nouatio. & est bonum consil. Alexand. vltim. in princip. volum. 7. Audiui tamen fuisse tunc decisum, & condemnatum filium prædictum ad reddendum computum vigore prædicti primi in strumenti nouati, quod societatis erat, & cum cōsensu patris inhiti, quod non aliter in prima instantia coram me fuerat productum, nec de eo tractatum, ex quo maturius cogitassem; Actuario Coppula: In causa Gregorij, & Fratris de Cumbalo, cum Nicolao Bradice; Sed si ciuilem
57 habent tantum obligationem, quæ oritur ex dispositione, seu sollemnitate iuris, vt in glo. in leg. generaliter C. de non numer. pecun. quæ ciuilis obligatio est duplex, quædam est ciuilis, quæ semper fuit, & est sola, & est illa, quæ nascitur ex chyrographo ante biēnium, absque naturali, ex quo naturalis causatur ex consensu l.Stichum §.naturalis ff. de sol. sed iste, qui confitetur non consentit, quia decipitur l.si per errorem, ff. de iurisdict. omnium iudic. & sic non nascitur naturalis, sed ciuilis tamen sola, & ista non producit actionem, quia cadit exceptio, ex mente glos. in §. primo, in ver. obligatio inst. de oblig. & ibi etiam Cristof. Port. num. 9. cum sequent. in ver. glos. ibi in litterarum, & si pariat actionem, parit etiam exceptionem, & differt ciuilis tantum à naturali, quia ista non impedit repetitionem soluti, sicut naturalis nam debitum ciuiliter tantum, & indebitum naturaliter solutum potest repeti, sed debitum naturaliter, & indebitum ciuiliter solutum non potest repeti l.1. ff. de cond. indeb. nec consensus debitoris sufficit ad tollendam exceptionem, vt indè efficax nascatur actio ad obtinendum in præiudicium non concurrentium, cum ex earum personis possit opponi quandocumque ad impediendum intentionem agentium l.penul. C. de non numer. pecun.

Alia est ciuilis, quæ nunc est sola, sed semel fuit admixta naturali, & est quando est factum pactū de non petendo, quod pactum tollit obligationē naturalē ipso iure, & remanet ciuilis sola, & ista producit actionem, & hoc euenit, quia adhuc durant reliquiæ antiquæ naturalis, argum. l. vnius §. seruus meus ff. de quæst. & leg. prima, in fine cum ll. sequent. ff. rerum amotarum, non tamen producit effectum suum, quia eliditur exceptione, §. præterea el primo, inst. de except. & glo. in d.§. in ver. obligatio, & ex mente Bart. quem sequitur Christoso, & alij in d §. primo, inst. de oblig. num. 11. in vers. in ea glos. Quædam alia est ciuilis, quæ semper fuit, & est admixta naturali, & est illa, quæ prouenit ex sollemni contractu, & appellatur ciuilis, & naturalis secundum glos. in d. §. 1. cum alleg. ibi, & ista producit actionem effectiuam, quando habeat locum, vel non habet hæc exceptio non numeratæ pecuniæ, vide in l. in con tractibus §. primo, C. de non num. pecun. vt in
58 deposito, in exactore Fiscalium, in marito secundò confitente recepisse dotem, & alio creditore sic bis confitente, in muliere confitente recepisse pecuniam, vt pro mutuo intercedat, in procuratore constituto ad exigendum, & exactas confitendum, in confitente in vltima voluntate, & post modum reconualescente, & testamentum, ac confessionem reuocante, quos omnes casus vide per Christof. Por. in §. 1. penult. column. inst. de liter. oblig. quando autem arguatur confessio tantù, vt prædicta procedant, vide Aret. in §. actionum inst. de actio. fallit hoc in Ecclesia, & Ciuitate, quæ etiam post biennium quandocumque possunt opponere hanc exceptionem non num. pec. aduersus confessionem, secundū Bal. in auth. hoc ius porrectum, C. de sacros. Eccles. & in l.2. in fin. ff. si cert. pet. & Doct. in l. ciuitas, ff. si cert. pet. (T)

Et nedum creditores ex causa onerosa con-
59 currere possunt ad beneficium debitoris inuitis alijs in maiori tamen summa recusantibus concurrere, similiter ex causa onerosa. Sed etiam quicumque alij creditores ex causa, etiam lucratiua concurrere poterunt dilationem quinquennalem concedentes inuitis, & recusantibus creditoribus ex causa onerosa, minoribus tñ in quātita te, qui hoc dicūtur creditores ex causa lucratiua, cōmemorat tex. in l.j. ver. lucratiuas, C. de imponēda lucratiua discrept. li. 10. prout legatarij, & similes qui creditores nūcupātur l. apud iulian. §. si. ff. quibus ex causis in possess. eatur, & creditorum appellatione continentur, secundum Dec. in l. 1. nu. 91. ff. si cert. pet.

Creditores enim appellantur, quibus quacū q; ex causa actio competit l. si cum fideicommissaria libertas §. primo, ff. qui & à quibus, & l. credito-

torum appellatione.ff.de verbor.signific.& l. pen, vbi Bald.C.qui manumittere non possunt,& l.qui in fraudem §. ex omni ff. qui & à quibus, quæ ab initio sunt voluntatis, ex post facto fiunt necessitatis.l.sicuti C. de actio. & oblig. & §. mandatum inst.mand.§.hæres inst.de oblig.quæ ex quasi contractu nascuntur,vbi legatario obligatur hæres ex V quasi contractu adeundo hæreditatem. (V)

60 Illud tñ dubitari contingit,si hæc quinquennalis dilatio,quæ conceditur per hos creditores concurrentes in maiori summa debitori, miserationis, & paupertatis gratia concedi valeat modo prædicto contra alios creditores, non concurrentes in minori tamen summa in pari tamen ægestate,& paupertate existentes cum debitore, in hoc sic dicendum putarem, quòd cum hi non concurrentes creditores causam onerosam prætendant, melior tunc erit eorum conditio,cum de damno euitando certent,licet sint eiusdem priuilegij cum debitore cum beneficium prædictum concedatur miserationis causa,ita Bald.in l. 2. vers. quarto quæro. C. quod cum eo,& Paul.de Castr.in l.si quis crediderit ff.de pact.vbi beneficium ne quis teneatur vltra quàm facere possit non datur contra alium in pari ægestate existentem, & tractãtem de damno euitando ex causa onerosa, & in alio beneficio miserationis causa concesso, secus tamen si non miserationis causa daretur priuilegium, sed propter mutationem status, quo casu cum in nihilum teneretur debitor, tunc talis debitor vtitur suo priuilegio, etiam contra alium in pari ægestate existentem,quia satis est actori,quòd contra iuris rigorem agat,modificato tamen modo, secundum Bald,ibi sequitur Alex.in l.si maritus ff.solut.matrim.& Bald.in l.præses C.de seruit, & aqua, quia priuilegiatus non vtitur priuilegio contra pariter priuilegiatum, maximè quando tractat de damno euitando,auth.quas actiones.C.de sacr.sanct.eccl. & Hyppol.in sing.99.Dec. in regul.in re obscura de regul.iuris,quia esset cooperire vnum altare, & aliud detegere contra cap. cum causam de præbend.& Felyn.in c.dilecti filij in fine 4. col.de except prout dicimus in beneficio cessionis bonorum,quod miserabile est,& ad illud non admittitur debitor contra creditorem in maiori, seù pari ægestate existentem, secundum Brunum in tract. cess. bonorum in 13. q. 4.q.princ. & licèt contrarium videantur aliqui tenere, ex eo quod dilatio ista dependet à voluntate creditorum concurrentium,qui non solum possunt differre solutionem, sed etiam remittere,arg.l.in re mandata.C. mandati, & contraria procedere in beneficio quod cum eo ne teneatur,nisi quatenus facere potest,secundum Add.ad Papiens.in tit. de forma inquisitionis in verbo hæc est quadam in ver. cesserit circa finem, & hæc dilatio in modico lędit ius creditorum,imò adhuc redundat ad commodum ipsorum,ne latitet debitor, & ex alijs notatis per D.de Franch.in cit.dec.& tex.in d.l.fin.C.qui bonis cedere possunt,loquitur genericè,non debet propterea restringi,nisi in casibus à iure traditis, iuxta l. prospexit ff. qui & à quibus, tamen prima opinio [illegible] [illegible] procedit in casu prædicto, [illegible] in moratoria à Principe concessa,in qua [illegible], dummodo creditur in eadem, vel maiori ægestate non sit,& ita seruari testatur Thesaur. dec. 186.num. 7.

61 Diximus non dari in hac materia quinquennalis dilationis differentiam inter hos creditores concurrentes,& recusantes concurrere in actione hypotecaria,& personali,ex dicto Host.in d.rub.de cess.bonorum,illud tamen dubitatur si creditor ip se hypotecarius ad concurrendum condemnatus possit iura prædicta experiri,& sic agere contra tertium possessorem habentem tamen causam à dicto debitore ad beneficium cuius fuerat ad cõcurrendum condemnatus,bonorum tamẽ sibi hypotecatorum iuxta dicta per Bar.in l.3.C. de pig. & Doct. in l. quod meo ff. de acquir. possess.& l. fin.C.eodem, seù iure assistendi, ex dispositione Regiæ Pragmaticæ,& Marant. in 6. part. 8. actu num.30.non obstante dilatione prædicta,sic concessa dicto debitori,& venditori, dic quòd non, ex mente Alex.in l.& suum hæredem §.1.nu. 11, vers.istud non habet ff.de pact.& ratio potest esse, quia si hoc concederetur vtique parum, aut nihil prodesset dilatio prædicto debitori, & venditori concessa, postquam per indirectum molestiam pateretur ob euictionem sequutam contra hunc possessorem,quæ et si promissa non esset vtique de natura ipsius contractus deberetur l.non dubitatur.C. de euiction. quod procedere intelligis quandò conuentus possessor hypotecaria à creditore prædicto regressum haberet pro euictione, sequuta contra prædictum debitorem venditorem quia dantur casus, in quibus non datur actio contra venditorem pro euictione sequuta,vt si denunciatio non esset facta tempore euictionis ipsi venditori,etiam scienti cum illa non sufficiat l.emptor vbi glos.C.de euict.vtique si denunciasset exclusisset agentem, cum exceptio, & defensio venditori competens,transeat in emptorem.l.emptori C. de euict.

Ista enim exceptio,quæ inerat obligationi, licet non ab initio,neque perpetuò,& peremptoriè, sed dilatoriè potius ad differendam solutionem debebat opponi per partem si volebat differre iudicium & impedire litis contestationem, qua non opposita benè processit,secundum Bart,& Ias, in l.eum qui ita.§. qui ita stipulatus el primo circa finem, ff.de verborum obligat. quam minimè etiam opponere poterit post sententiam diffinitiuam ad finem impediendi exequutionem,& si peremptoria foret exceptio,quæ concernit ipsam obligationem prout pactum de non petendo secundum Abbat. in cap.exceptionem num.15.de exceptionibus,licet non perpetuò,sed ad tempus sit virtute sententiæ huius quinquennalis dilationis l. peremptorias C.sententias rescindi non posse.c.suborta de re iudic.quia lata sententia in re diffinitiua ex ipsa sententia oritur nouum ius, & nouum remedium tales exceptiones non obstant l. si fundus §. si pluris ff. de pignor.Bald.in l.1.in princ. C.de iuris & facti ignor. item quia dato quòd in effectu antè sententiam esset indebitum propter exceptionem peremptoriam,quæ obstat,nunc efficitur debitum nouum ex sententia, & ideo dicimus quòd indebitum per errorem solutum possit repeti, tamen si est solutum authoritate sententiæ,vel authoritate transactionis non potest repeti.l.1.& 2.C.de cond, indeb.

indeb. quia tunc effectum est debitum authoritate ipsius sententiæ, vt declarat Barto. in l. eleganter §. fin. ff. de conditi. indebiti; Et si dictæ exceptionis prædicto venditori competentis, non habuit emptor ipse victus notitiam, nisi post sententiam an tunc possit illam opponere, & exequutionem impedire, quod sic, quia non est quid ei imputetur, quare non proposuit antè, secundum glos. 3. quæst. 6. cap. siquis §. exceptio, & cap. statutum §. cum autem de rescript. lib. 6. & Abbas in cap. insinuante num. 8. de officio delegati, & in cap. 2. num. 54. de ordine cognitio. & in cap. pastoralis de exceptionibus; & præsumitur ignorasse, nisi probetur scientia l. verius ff. de probatio. maximè in factis alienis, ex regula, qui in alterius, cum ibi not. per Dec. de regul. iuris, & statur eius iuramento, secundum Abbat. in cap. pastoralis num. 8. de exceptio. licet non sibi, sed venditori competat l. emptori, C. de euict. sed si facta est exceptio, vel satisfactum minimè contra venditorem datur regressus, nàm licet sit exceptio, quæ modò prædicto non excluditur per sententiam, excluditur tamen per exequutionem sententiæ, cũ lex facilius permictat aliquid post sententiam antè exequutionem, quàm post quàm facta est exequutio, secundum Bal. Paul. de Castr. & Iaso, in l. s. num. 4. per illum text. C. de iuris, & facti ignor. licet in causa appellationis allegare poterit, secundum Abb. in c. 1. & c. exceptionem de except.

Sed an ipse venditor ex sui persona possit hãc
62 opponere exceptionem aduersus talem creditorem agentem, & dicimus, quod aut emptor denunciauit legitimè, prout denunciatio fieri debet, secundum Alexan. & alios in l. non solum §. morte, ff. de nou. oper. nunc. & venditor non comparuit, & fertur sententia diffinitiua contra emptorem hanc exceptionem non opponentem, quo casu emptor regressum habet contra eum pro euictione, & ipse minimè contra creditorẽ, cum ista eceptio, siuè dilatoria, siuè peremptoria post sententiam opponi non poterit d. l. peremptorias, cum illa sententia tali pacto sibi præiudicet, secundum Abb, in cap. cum super num. 31. de re iudi.

Aut nulla fuit facta denunciatio, & sumus in casibus, in quibus datur actio pro euictione, etiã nulla facta denunciatinne, vt quando iurauit, emptorem defendere, cum stimulus iuramenti habeat vim denunciationis, secundum Bal. in c. fin. de empt. & vend. & Alex. in l. 2. §. fin. pen. colum. ff. sol. matrim. Capic. dec. 106. n. 3. ver. secundo facit; Vel sic fuit conuentum, quod nulla facta denunciatione detur actio pro euictione, nam standum est pacto, contractus enim legẽ ex conuentione accipiunt l. 1. §. si conueniat ff. depos. Bal. in l. 1. C. de pericul. & commod. rei vendit. & Marant. in suo spec. in 6. p. 5. memb. num. 15. & tunc, aut emptor victus appellauit à tali sententia, & ipse inhæsit appellationi interpositæ, vel ipse venditor appellauit à tali sententia Vrs. dec. 15. nu. 3. & impedit c. cum super de re iudic. & Vrsil. in cit. dec. Aut emptor nõ appellauit, vel non potest appellare ex aliqua causa, & eo casu si venditor sciebat causam illam agitari, & non appellauit nõ auditur volens impedire exequutionem d. c. cum super; Sed si ignorabat causam illam agitari, pro vt præsumitur ignorasse secundum Abba. in cap. pastoralis num. 8. de exceprio. & eius iuramento statur secundum eum admittitur, & impedit exequutionem, cum magni intersit rem venditam non auocari ab emptore occasione prædicta secundum Abb. in cap. venien. num. 6. de testib. post Bar. in l. à diuo pio §. si super rebus ff. de re iudic. cum sententia non noceat ignoranti, cap. pen. de re iudic. & benè Abba. in cap. super nu. 29. de re iudicat. sed si sumus in casu, in quo denunciatio non fuit facta, nec tenetur de euictione, vt quia sic fuit conuentum, quod de euictione non teneretur, nec ad pretij restitutionem, iuxta l. emptorem §. qui autem ff. de actio. empt. & in singulari casu Lupus in c. per vestras §. 50. n. 19. fo. 46. à ter. de donati. inter virum, & vxorem, & in alio not. per Bald. in l. non dubitatur C. de euict. & Alex. in l. locus ff. de acquir. possess. & de Franch. decisi. 239. sed suo marte comparet tunc ad finem impediendi exequutionem, & nihil tunc agit; dummodò opponatur exceptio tua non interest, qua repellitur secundum Abbat. in rub. num. 1. quod metus causa; & quando de iure tertij opponi possit, per Socc. in l. 2. ff. de except. rei iudic. dummodò illud, quod dictum est, opponatur per venditorem post, vel antè sententiam, & ipsius exequutionẽ, vel antè solutionem d. l. 1. vbi Ias. C. de iur.
A & fact. ignor. (A)

Ad concurrendum condemnatur creditor nõ
63 concurrens, etiam si quis est in dote, nam generalis ista dispositio quinquennalis dilationis includit etiã causas, & personas priuilegiatas, quando in illo casu specialiter non reperitur habere priuilegium l. in fraudem §. fin. ff. de testam. milit. & Bald. ibi per illum text. dixit, quod statutum generale includit casus priuilegiatos, licet Salyc. in l. fina, C. de iure dotium teneat contrarium, arguens an statuto generaliter disponente, quod instrumenta debeant registrari, vel insinuari aliter non probent, tale statutum non habet locum in instrumentis dotalibus fauore dotis, quia loquitur Salyc. in casu speciali illius legis finalis, C. de iure dotium, vbi dicitur quod in causa dotis insinuatio non requiritur, & in illo casu causa dotis est priuilegiata, quia tunc in generalitate causa dotis videtur comprahensa, & ità respondit Dec. in cons. quinto in casu D. Mariæ, & in l. ex testamento C. vnde liberi, Visill, decisio. 111. & tàm respectũ mulieris, quàm viri de Franch. decisio. 219. quod verum intelligit procedere Carauit. in Ritu Magnæ Curiæ 287. num. 19. quando talis moratoria fundatur in iustitia, de quà dicimus, & tractamus, quo casu comprahenditur causa dotis, & habet locum dispositio tex. d. l. fin. C. qui bonis cedere possunt, vt patet ex glos. in l. si constante §. quoties versic. nec ferenda in fine vers. ff. soluto matri. & ibi Alex. n. 11. circa fi. & ita fuisse decisum in S. Cons. refert.

Aut sumus in dilatione moratoria, concessa à Principe, iuxta leg. quoties C. de prec. Imper. offerend. de qua inferius, & tunc non operatur

contra creditorem ex causa dotis, secundum
eum, licet aliquando etiam aduersus dotes conce
datur hæc moratoria per annum per Dominos
Vicereges, & eius Collaterale Consilium, dum-
modò certum quid interim creditori solueretur,
B secundum Cara. ibid. & de Franch. in cit. dec. (B)

Quid respectù hæredum, an ad eos transeat
hoc priuilegium, quod mulieri competebat, Bar.
in l. prima, ff. soluto matrimon. dixit, quòd sic, ea
enim priuilegia, quæ dantur contractui, seù con-
stitutioni dotis transeunt in hæredem, & non so-
lùm in exemplificatis per eum respectù tacitæ sti-
pulationis, & quod sit contractus bonæ fidei, sed
etiam in omnibus alijs priuilegijs, quæ respiciũt
constitutionem dotis, quia dote creata, & consti-
tuta non potest negari, quin commoditas illius
modi constitutionis à iure receptæ transeat ad hę
redes, & idem in omnibus alijs priuilegijs confir-
mat Ioannes Campeg. in tract. de dote in 1. parte
C q. 81. (C)

Et quod dictum est de hærede, an habeat locũ
in cessionario, vt sic in eum transeat hoc priuile-
gium, & Bario. in l. vnica C. de priuilegio dotis,
& Docto. in dict. l. prima, ff. solu. matrimo. viden-
tur concludere in hoc, quòd si cessio fit ex causa
necessaria, taliter quod deberetur euictio contra
mulierem, tunc siue ea viuente, siuè mortua tran-
sit in cessionarium; Sed si ex causa voluntaria,
ex qua euictio non deberetur, & tunc, ea viuen-
te, aut mortua, tamen de veritate articuli vide Io-
annem Campeg. in cita. loco quæst. 82. & Bald. in
dict. l. vnica, & latius Bald. Nouell. in tractat. de
dote in 12. parte num. 16. istam quæstionem di-
cit Negusant. in tracta. de pignor. in secunda part.
4. membr. num. 107. quod ita dubia est apud Do-
ctores, qui vario modo loquuti sunt, ita vt non
possit perpendi, quæ sit communis opinio, tan-
dem relatis nonnullis residet in opinione Baldus
Nouell. in citat. loco, qui cum videatur ex mente
omnium distinguendo casus, quæstionẽ perstrin-
gere ad eum, cum casus euenerit confugito, quæ
cum sit longa, & contigibilis videte, & Afflict. in
D dec. 306. (D)

Et ego habui casum de facto si priuilegium
dotis, de quo in l. fin. C. ad velleian. vt scilicet pro
constitutione, & restitutione dotis possit mulier
intercedere transeat in cessionarium viri recipiẽ-
tis promissionem contra mulierem interceden-
tem, de quo per Bald. Nouell. in d. tract. de dote
12. par. nume. 42. & ita consului, iuxta Bald. con-
clusionem.

Et quod statuitur in dote, quæ propriè dicitur
constante matrimonio l. fin. C. de dona. ante nupt.
64 habet etiam locum in dote promissa ex l. fina. C.
solut. matri. ibi (data, vel promissa ex causa tamen
matrimonij subsistentis,) secundum Iaso. in rub.
num. 20. ff. solut. matrim. tàm de præsenti, quàm
de futuro, ex quo videmus sponsam habere priui
legia dotis vt l. si sponsa dotem iuncta glos. ff. de
iure dot. cum ea habeat etiam priuilegium in
personali actione, quo mediante præfertur alijs
creditoribus prætendentibus solam personalem,
vt in l. 2. §. primo, & ibi Bart. ff. de priuileg. credit.
licet priuilegium tacitæ hypotecę in bonis sponsi
non competat in casu restitutionis dotis, forsan
dictæ sponso præcedenti, secũndum Bartol. ibi, &
Negusant. in tracta. de pigno. in 2. part. 4. memb.
F nu. 71. (E)

Et quod dictum est intellige procedere in dote
cõstante matrimonio, vel soluto ante tamẽ ipsius
restitutionem, quo casu dicitur dos, & eius priui-
legia competunt, quia subest ratio prohibitionis,
sexus, & fragilitatis l. 1. §. lege C. de rei vxor. actio
ne; Sed si dos soluto matrimonio fuerit soluta
mulieri amplius non dicitur dos, sed proprium
patrimonium mulieris, & cessant priuilegia dotis
quia amplius dos dici non potest, sicut cessat esse
fundus dotalis l. 3. in ver. toties ff. de fund. dot. &
F Iasn. in rub. soluto matri. num. 9. (F) Quod limi-
tat Iasn. in d. rubr. dummodò iustè fuerit recupe-
rata, alià si non iustè, tunc adhuc dicitur dos, & ita
loquitur tex. in l. si cum dotem §. si post ff. sol. ma-
trim. Secundò limitat, quando soluto matrimo-
nio dos esset recuperata per alium, qui habet eam
65 conseruare mulieri, iuxt. auth sed quamuis, C. de
rei vxor. act. quæ loquitur in patre, & Bald. No-
uell. in tract. de dote in 1. p. 2. p. 2. col. circa princ.
cuius dispositio, an habeat locum in extraneo do
tante si secundo nubenti teneatur iterum eandẽ
dotem dare Iaso. in l. si donaturus ff. de condit. ob
causam, & eo casu an reuertatur ad ipsum extra-
neum dotantem extantibus liberis in casu disso-
luti matrimonij, Guid. Pap. decisio. 523. cuius au-
then. dispositio, an habeat locum quãdo promissa
est tantum dos per patrem, non autem soluta, qđ
soluto matrimonio ob mortem viri possit minui,
quòd sic Ang. in §. fuerat inst. de act. per glos. in d.
auth. sed quamuis, & Iaso. in l. filia C. de legat. qđ
si dos redditur ad patrem ob mortem generi cum
filijs tunc an habeat etiam locum dicta disposi-
tio auth. sed quamuis, vide Alex. in consi. 115. vo-
lum. 1. & consi. 67. volum. 7. & Thessaur. decision.
G 290. (G)

Quid si dotem amisit mulier an iterum dotare
teneatur, vide Bald. Nouell. in tracta. de dote in 6.
par. priuil. 16. & si auctum est patrimoniũ patris,
an augeri debeat dos in secunda dotis constitutio
ne iterum nubendo filiam, vide Alex. ad Bal. in
d. auth. Et si dos consistit in fundo dotali ad patrẽ
reuerso ob mortem viri iuxta l. dos à patre C. sol.
matrim. an tunc alienari possit, Bald. Nouell. in
d. 7. par. priuileg. 1. & 2. & Bald. in l. rem quam C.
de iure dot. & an creditores patris, ad quem reuer
sa est dos habeant ius super ea, & præferantur, ac
exequi valeant, Alex. in cons. 139. 2. volu. & Bald.
H in d. l. rem quam. (H) Tertiò fallit secundum
Ias. in cit. loco, quando in lege, vel statuto expræs-
sa esset talis ratio, quæ compræhenderet etiam
dotem restitutã, vel alia ratio assignari nõ posset,
nisi vna, quæ compræhenderet ẽt dotem restitutã,
allegat gl. in l. quãuis C. de fideico. Aduerte tñ ad
illud qđ dixit in secunda limitatione Ias. procede-
re, qñ pater ageret pro restitutione dotis eius filiæ
tanquã eius legitimus administrator, iux. l. si cum
dotem §. itẽ cũ pater ff. sol. matr. quia tali casu pro
cedit, qđ ibi limitauit Ias. secus aũt si pater ageret
nomine suo per stipulationẽ à principio factã no
mine suo, iux. l. quoties, & l. Caius ff. sol. matrimo.
vel per consolidationem actionis factam in eum,
iuxta notat. in leg. dos à patre, C. soluto matrimo.
quia

quia tali casu etiam quod talis exactio per ob'i-
onum haberet deuenire in filiam, iuxta d. auth.
sed quamuis C. de rei vxor. act. tamen non ha-
bebit tale priuilegium, quia eo casu efficitur eius
proprium patrimonium l.fin.C, com. vtriusque
iudic. & licet teneatur eam filiæ conseruare, per
d.auth. sed quamuis, tamen præsens rei status nõ
tendit ad illud, maximè quia posset contingere,
quod filia non nuberet, & quando præsens rei sta
tos potest contingere præter naturam, & legem,
sed non indicat contingentiam de futuro, non
inspicitur tunc quod euenire potest l.inter stipu-
lantem §.sacram, & ibi Bart.in vltim.colum.ff.de
verborum obligat. idem Bar.in l.post dotem in
2.q.ad finem ff. sol.mat.quam communem testa-
tur Negus.in tract.de pign. in 2.p.4.memb.n.34.
Et quod dictum est de priuilegio respectù do-
66 tis, procedit etiam respectù augmenti dotis, vt
in §.primo, in auth.de æqual. dot. & ibi not. An-
gel. & quàmuis priuilegia sint strictè intelligen-
da, tamen priuilegium, quod datur doti datur etiã
augmento dotis, & Iaso.in rub. ff.solut. matrimo.
vlt.colum. & quod iuris est in dote, idem in eius
augmento, secundum eum, sequitur Negus. in
I citat.loco num.46. (I)
Et nedum procedit priuilegium respectù aug-
menti dotis, sed etiam pro alimentis debitis vxo-
ri per maritum, & non præstitis per eum constã-
te matrimonio, vel eo soluto tamq; interesse, cum
tale interesse cedat in augmentum dotis, & sicut
pro dote competunt priuilegia, sic debent com-
petere pro alimentis, quæ cedunt in augmentum
dotis, secundum Barto.in l.si cum dotem §. fin.
autem in sæuissimo ff.solut.matrimon. qood ne-
dum procedit respectù mulieris, sed etiam ex
parte mariti, vt pro alimentis, seù interesse debi-
tis ipsi marito occasione dotis, non solutæ, & one
rum matrimonij supportatorum, habet tale pri-
uilegium, quia eadem est ratio ex parte vtriusque
& ita residet Negus. in loco citato num.47. & 54.
contra opinionem, & distinctionem Bald. Nouel.
per eum citatum; licet secus statutum sit in bo-
nis paraphernalibus per maritum administratis,
quæ non inueniuntur in iure habere aliud priui-
legium dotale, præter tacitam hypotecam in bo-
nis mariti administrantis, secundum glos. in leg.
si ego, §. dotis in vers. condici, ff.de iure dotium,
Alexand. & Iaso.in l.maritus C.de procur. sequi-
tur Negus.in citat.loco num.63. quæ namq; dicã-
tur paraphernalia, vide Afflict.in decisio. 44. Sic
etiam in antefato, quod similiter non habet aliud
priuilegium, nisi tantum tacitæ hypotecæ, sine
tamen priuilegio prælationis, quia priuilegium
prælationis in tacita hypoteca datur soli doti, &
non donationi propter nuptias, secundum Bald.
in l.assiduis in 3.opp. C.qui pot.in pign.habeant.
& concordantes allegat Negus.in d.tract. 2.part.
4.memb.n.64. Vndè dotis appellatione non venit
antefatum, secundum glo. in l.assiduis §.fi.C.qui
pot.nec bona paraphernalia, sm gl.in d.l.si ego §.
dotis, ff.de iur.dot.& per citata supra, & ex his erã
in contraria opinione cum quodam Doctore,
qui tenebat, quod facta donatione, seù actu de
dote subintelligebatur etiam disposuisse, & tra-
ctasse de antefato, quod non est verum per præ-
dicta, cum dotis appellatione non veniat.
Et nedum in dote vera, & numerata, sed etiã
confessata per maritum, quod qualiter procedat
67 recurre ad Socc.in l.1.ff.sol.matrimo. & Negus.
L in loco cita.num.75. vbi latè distinguit. (L) Quo
priuilegio caret vxor hæretica. vt in auth. idem
priuilegium C.de hæret. & Abb. in c.gaudemus
de diuortio, nisi abiuraret hæresim, & rediret ad
fidem, quia tunc recuperaret dictum priuilegiũ,
secundum eos, quos citat Negus.in d. loco nu.68.
Secus verò in vxore Iudæa, secundum eum, quia
inter Iudæos est matrimonium, licet non ita fir-
mũ, & indissolubile, vt inter Christianos, vt not.
M Abb.in c.quanto de diuort. (M)
Et nedum prædictum priuilegium habet lo-
cum in matrimonio vero, sed etiam putatiuo, cũ
illud quandò est contractum bona fide habeat
omnia priuilegia veri matrimonij, quo ad dotẽ,
l.si cum dotem §.fin.& ibi not. ff.solut.matrimo,
Barto. in l. si concubinam ff. rerum amotarum,
& intellige secundum Negus.in cita.loco, nume.
106. procedere ex parte vxoris, secus autem ex
parte mariti, vt habetur per Alex.in d.§.fin. quia
non est idem fauor in marito putatiuo, qui est in
vxore, & hoc, vt deinceps possit mulier cum tali
dote facilius nubere, quæ ratio cessat in marito
secundum Alex.in d.§.fin. quando autem dici-
tur illegitimum, & non bona fide contractum
matrimonium, ex quibus arguatur præsumptio-
N nibus recurre ad dec. de Franch. dec. 52. (N)
Vndè cõcessa moratoria per Principẽ debitori
aduersus eius creditores in ea non comprahẽdi-
tur causa dotis, nisi modo prædicto.
Causa autem dotis qualiter intelligatur vidi-
stis, & sic tàm actiuè, quàm passiuè mulier pote-
rit esse in iudicio concurrentiæ ex dispositione
68 d.leg.fin.C.qui bonis cedere possunt, nec obsta-
ret, si diceretur mulierem non posse facere pa-
ctum de dote petenda vlteriori die, & sic eius cõ-
ditionem deteriorem, etiam respectù temporis,
iuxta leg. Actillicinius ff.de pact.dotal. nàm vltra
quod à iure sic statutum est, & vltra tempus à iu-
re statutum procedit, quod dicitur, sic etiam pos-
set ex causa subsistente, vt ratione paupertatis,
quo tunc posset sic dilatare tempus, secundum
glos.in l.licet ff.de pact.dotal.& Afflict.in decisio.
153.& Ioan.Campeg.in tract.de lucro dotis in 4.
p.3.q.& dispositio d. l. Actillicinius procedit, quod
non possit facere deteriorem conditionem suæ
dotis constante matrimonio, quod si vidua sit, &
sic solutum sit matrimonium, tunc mulier pote-
rit in dote sibi præiudicare, not. glos.pen.l.cum
dos ff.de pact.dot.sequitur Pau.de Castr.in l. 2.§.
item si voluntate ver, sed opponitur ff.solu.matri.
item limitatur, vt supra ex iusta causa, vt pauper-
tatis, secundum glos.in d.l.licet, & iustam etiam
causam declarat Dec.in cons.536.in 2.dub.esse
si ad commodum fratris, vel ob merita aliquid in
præiudicium dotis factũ sit, item cessat illius di-
spositio, si non sit spes futuri matrimonij propter
ætatem mulieris, refert D. Aldobrandinus in §. 1.
nu.23.inst.de auth.tuto.& ego in facto sic obser-
uaui in iudicando in Ciuitatẽ Cauæ secundum
Dec.& Aldobr.sententiam, vide Dec.in l.1.nu.8.
O ff.de regulis iuris, (O) vndè nedum iusta, sed iu-

fissima erit causa concessionis ob paupertatem
impetrantis debitoris.

Quam quinquennalem dilationem mulier
69 constante matrimonio inscio, seu inuito eius vi-
ro minimè debitori ex causa dotis concedere po-
terit, cum ipsa non sit, constante matrimonio do-
mina dotis, sed vir l. doce ancillam, C. de rei ven-
dica. ideò ipsius consensus esset necessarius, vndè
licet mulier possit donare dotem ipsam constan-
te matrimonio, tamen non habebit effectum, ni-
si post eius mortem, sic & in legato Bald. Nouell,
in tract. de dote 12. par. num. 24. vers. ex prædictis
& est text. cum glos. leg. constante C. de dona-
P tio. (P)

Et nedum in casu prædicto, sed etiam si vir
vergat ad inopiam, taliter quod mulier assecure-
tur pro dote, iuxta l. vbi adhuc, C. de iure dot. se-
quuta assecuratione, eam concedere non poterit,
cum illa assecuratio non sit propriè restitutio do-
tis, taliter quod efficeretur domina, & tanquam
domina hanc concederet dilationem, secundum
Paul. de Castr. in l. 2. in princ. ff. solut. matrim. d. l.
vbi adhuc C. de iure dotium, cum illa concedatur
mulieri adhuc vt se, filios, & virum alat, iuxta d. l.
vbi adhuc, vnde inducta ad hunc finem, contra-
rium operari non debet, cum de ea in casu præ-
dicto liberè disponere non possit, cum dominiũ
non sit consequuta, sed illud apud maritum re-
manet, & propterea ad eam consequendam dire-
cta actio in rem ratione dominij non datur, sed
solum ratione hypotecæ, vel actionis personalis,
secundum glos. in ver. vendicare d. l. vbi adhuc, &
Bald. Nouell. in tracta. de dote in 8. part. in 6. pri-
uileg. 10. limita, & sic vera, & propria restitutio
dotis non datur in casu prædicto, cum adhuc sit
matrimonium, & sit ad effectum prædictum, li-
cet text. in d. l. vbi adhuc in ver. vendicare sic illo
verbo vtatur, quia Imperator non habuit respe-
ctum ad vendicationem ratione dominij, sed ra-
tione hypotecæ vbi glos. sentit, quia largo modo
dicitur vendicari res, quæ auocatur per hypote-
cam, cum ipsa sit actio in rem scripta, vt l. pigno-
ris, C. de pignor. & ita residet per alias rationes
Ioan. Lupus in cap. per vestras §. 10. versi. ex his
resultat de donat. inter virum, & vxorem, fo. 110.
taliter quod in ipsius dispositione requiritur ma-
riti consensus, pro eius interesse tamq; domini do-
tis, & si perit, cuius periculo pereat dos in casu p̃-
dicto, Lupus in cit. loco §. 21. & Vrsil. deci. 199. &
facta electione super vna re, an possit variare, Vr-
sill. dec. 9. quandò autem, & in quibus casibus ha-
beat locum, vide Lup. in cita. cap. & sic actum
præiudicialem marito generare non potest, Lup.
in rub. de donation. inter virum, & vxorem §. 68.
num. 15.

Nec etiam posset mulier hanc concedere dila-
70 tionem debitori ex causa dotis viro promissæ,
dissoluto adhuc matrimonio ob mortem viri fa-
cto sic casu restitutionis dotis, cum actio dotis
prædictæ non detur vxori, sed viro, cui facta est
promissio, & successiuè eius hæredibus, cum ipsa
incptè agat contra talem debitorem, absque ces-
sione ab hæredibus viri leg. si pater, C, de dot. pro
miss. & de Franch. decisio. 33. licet in casu prædi-
cto agere posset actione hypotecaria super illo
nomine debitoris, secundum D. de Franch. in ci-
tat. decisio. & facta adiudicatione poterit tunc tã-
quam domina disponere, nedum concurrere, cũ
sit moderatrix, & arbiter in re sua, iuxta leg. in
re mand, C. mand.

Et si bona sunt paraphernalia, vt sunt illa, quæ
habet vxor vltra dotem, quæ tradidit marito, nõ
tamen in dotem, in quibus maritus dicitur pro-
curator, & tanquam procurator super eis agere
potest, secundum Barto, in l. maritus, C, de procu.
& alia tanquam dotalia censentur, & sortiuntur
naturam dotalium, vt sensit glo. in cap. plerumq;
de donatio. inter virum, & vxorem, & sic de illis
non potest se intromictere litigando in iudicio,
vel aliàs, & sic in materia de qua agitur.

Ea verò bona, quæ vxor pœnes se retinet, & eo
rum administrationem habet, tunc tãquã libera
domina posset, ita Ioannes Lupus in d. rub. §. cit.
num. 16. triplicis enim speciei mulier habere po-
test bona, secundum Bartu. Iasu. & alios in d. leg.
maritus: Et ego habui de facto in terra Maiori,
quod si maritus egit non tanquam coniuncta
persona vxoris in his, sed vti procurator vxoris,
si posteà non apparet de mandato, vel constat, sed
non legitimo, quod non substinebitur iudicium
ex alio capite tamquam coniuncta persona, & sic
determinaui, secundum Iaso. opinio. in cit. loc. n. 7
sequitur Maranta in suo spec. io 4. part. 16. distin,
Q nu. 29. (Q)

Quod si vir est ille, qui hanc concessit dilatio-
80 nem debitori ex causa dotis, ei assignato, & dele-
gato, & pendente hac dilatione quinquennali mo
riatur vir concedens, & sic factus est casus resti-
tutionis dotium, in qua restitutione venit illud
numen debitoris, cui vir præmortuus dilationem
concesserat ex pacto sic inhito tempore assigna-
tionis, scilicet quod in casu restitutionis idem
nomen debitoris veniret restituendum, an eo ca-
su mulier teneatur stare dilationi prædictæ per vi
rum concessæ? dic, quòd non, ex quo resoluto iu-
re datoris, resoluitur ius accipientis l. lex vectiga.
ff. quibus modis pignus, vel hypot. soluit. cum
vir nò habeat plenum dominium in dote, sed est
vti vsufructuarius, quo extincto, extinguitur do-
minium, sicut dicimus de locatione facta per ma-
ritum fundi dotalis, cui soluto matrimonio vxor
superstes stare præcisè non cogitur, secundum
Bar. Paul. de Castr. Alex. & alios in l. si filiofamil,
§. si vir in quinquennium, ff, solut. matrimon. &
eò magis dicit ibi Alexand. procedit hæc opinio
Barto. quando locatio vltra annum facta est, cum
dicatur in aliquali culpa sic locando fundum red
ditium quolibet anno fructus, cum non sit plenũ
dominium penes ipsum, quæ ratio cum militet
in casu prædicto, militare debet eadem iuris di-
spositio l. illud ff. ad legem aquiliam, cogitare
enim poterat vir, tanto tempore viuere non po-
tuisse, & sic resoluto iure viri concedentis, resolu-
tum est ius debitoris recipientis;

Sicut dicimus in dilatione concessa ab vsu-
fructuario bonorum, & nominum debito-
rum, quod extincto vsufructu morte vsufru-
ctuarij, vel alio modo notato in §. finitur institu,

qui-

quibus modis vsufructus amitt. proprietarius dilationi concessæ his nominibus debitorum per vsufructuarium stare tunc non compellitur, per tex. in l. si quis domum, §. sed hic subiungi ff. locati, & Alexan. & cæteri in d. §. si vir in quinquenn. Caroc. latè in tract. loc. & cond. sub rub. de iure dot. quæst. 7. fol. 66.

In Vniuersali verò hærede concedentis non est dubitandum, cum pactum defuncti liget hæredem l. pactum ff. de probat. cum rata habere teneatur facta defuncti l. cum à matre C. de rei vendic. sicut stare tenetur locationi factæ per defunctum, secundum Doctor. omnes in d. §. si vir in quinquenn. quandò autem hæres teneatur habere rata facta defuncti, vltra Salycet. in d. l. cum à matre, & de hærede cum beneficio legis, vide Phan. de Phan. in tract. de inuent. in 7. p. fol. 257. nu. 110. vbi latè, & ad plenum, tam in casu non confecti inuentarij, quàm confecti:

Quod nedũ procedit respectù vniuersalis hæredis, sed etiam singularis successoris, qui dilationi prædictæ concessæ per defunctum antè cessionem stare tenetur, cum ea exceptio, quæ obstat cedenti, obstet etiam cessionario, ex quo non mutatur actio, nec obligatio, nec eius qualitas respectù rei debitoris, licet persona actoris mutetur l. si post diuortium, & l. si maritus ff. solu. matrimo. & sic transit cum qualitatibus suis, secundum Iason. in l. nesennius 2. colum. vers. tertio diligenter nota ff. de re iudic. nàm exceptio, quæ obstat cedenti, obstat etiam cessionario, secundum Castr. in l. 2. §. 1. ff. de donat. & inferius demonstrabitur

R qualiter procedat. (R)

Ex serie libelli habetis, quòd in concessione

81 huius quinquennalis dilationis, ne dum petitur non molestari ipsum reum principalem, sed eius fideiussores, & si nihil actum extitit de fideiussoribus, an demum termino durante conueniri possint? hanc quæstionem tangunt Doct. vt Bald. & Salyc. in l. quoties C. de prec. imper. offer. in materia dilationis concessę ex gratia, & Caraui. in ritu Magnæ Curiæ Vicariæ 287. nu. 16. & ex eorum dictis sumi conclusionem, quod cum hæ dilationes concedantur respectu personæ debitoris & ob eius paupertatem ad fideiussorum personas non trahitur, per tex. in l. exceptiones ff. de exceptio. & alijs per Car. alleg. Dantur tamen duæ per eum cautelę, per quas fideiussoribus est consultũ, vt moratoria prosit, prima est, vt opponatur per eos exceptio discussionis principalis, iuxta auth. præsente, C. de fideiuss. vel exceptio cedendarum iuxta l. nisi, & ibi glos. ff. de pact. tunc cum stante moratoria excuti, nec cedi possit principalis, repellendi sunt creditores, maximè quando ab ipsis moratoria est concessa, cum eorum culpa cedi, nec excuti possit, quæ cautela parum prodesset quando per eos esset renunciatum beneficio excussionis, secundum Docto. Bal. & alios in d. authent. præsente, vel beneficio prædicto cedendarum, cui renunciari potest Vrsil. dec. 283. in princip. de qua materia an, & quando possit huic beneficio auth. præsente, & epistolæ Diui Adr. & cedendarum actionum renunciari, & quid operetur renunciatio, & respectù quorum, adeas Vital. in tract. clausul. in ver. an possit renunciari beneficio epistolæ Diui Adr. fol. 641. & quando dicatur ei renunciatum Afflict. in dec. 182. Nec procedere dicit Car. ibi idam cautelam quoties esset concessa moratoria generaliter respectù omniũ suorum creditorum, quoniam tunc cum etiam ipsi fideiussores lato sumpto vocabulo dici possunt creditores videtur etiam contra ipsos concessa dilatio, & tunc exacti non possent habere regressum contra reum principalem; limitat etiã quando in instrumenro esset renunciatum istis exceptionibus, prout renunciari potest, secũdum glos. in l. si stipulatus esses ff. de verborum oblig. secundam dat cautelam, quod conuentis fideiussoribus, ipse debitor pro suo interesse compareat, & exceptionem moratoriæ alleget, ne ipse per indirectum cogatur soluere conuentus posteà à fideiussoribus, iuxta l. indebitam ff. de cond. indeb.

S & Vrsil. in cit. dec. (S)

Hinc notandum est quod quędam sunt exceptiones, quæ nascuntur ex contractibus, quędam ex beneficijs, & quædam ex alijs legum dispositionibus, circa primam, dic quod aut in pacto apponitur persona rei per modum determinationis, aut per modum demonstrationis, aut dubitatur: primo casu non prodest fideiussori in vim pacti, sed posset prodesse ex alia æquitate, puta per exceptionem excussionis, vel cedendarum actionum d. l. nisi ff. de pact. secundò, & tertiò casu prodest fideiussori, quia liberationes sunt latè interpetrandæ; Circa secundam, scilicet quando ex beneficio Principis, vt quia Princeps concessit beneficium prædictum quinquennalis dilationis omnibus cruce signatis, modò reus est cruce signatus, & non fideiussor, istud beneficium non proderit fideiussori, quia est signatis concessum per causam extrinsecam, quæ non elidit obligationem, tamen ne fideiussur habeat regressum contra principalem potest principalis reus comparere ex persona sua, & opponere de beneficio sibi concesso pro suo interesse, ne conuentatur a fideiussure secundum citatos Docto. in d. l. quoties. Circa tertium, quando ex prouidentia legum, siquidem lex est de certa persona æquiparatur rescripto, & idem quòd in beneficio Principis, si autem lex est generalis, & eo casu, aut beneficium conceditur mera ratione personæ, aut ratione causæ, aut mixta, ratione causæ, & personæ: primo casu non competit fideiussori l. si fideiussor ff. de re iudica. Secundo casu competit, l. exceptiones, ff. de except. Tertio casu distingue, vt in l. 1. & 2. C. de fideiusso. minor. & si conueniretur fideiussur per indirectũ molestaretur principalis, postquam contra eum regressum haberet, & sic non aliter posset conueniri quin debitor inquietaretur, facit tex. in l. mandatum §. Lucius Titius ff. mand. vbi pactum fictum per maiorem partem creditorum nocet creditori consentienti aduersus fideiussorem, & ibi Franc. Aretius not. quod pactum factum de consensu partium bene transit in fideiussorem, etiam si principalis non interfit, & Bal. in l. tam mandatori 2. col. C. de non num. pec.

Et in casu prædicto, quo competit exceptio moratoria fideiussori ex persona rei principalis si dilatione pendente sponte solueret à reo pri-

cipali non repeteret durante termino dilationis Alex. in l. cum filius famil. §. si stipulatus in fine, ff. de verb. obliga. quia culpa sua non opponendo exceptionem soluit, & l. si mandauero §. 2. & l. si fideiussor ff. mand. nec à creditore, cui soluit conditione indebiti repetet, vt in Add. Bal. in d. l. quoties in fin. (T)

Et non tantum ipso reo volente, fideiussor ipse
82 potest exceptionem ipsi reo competentem opponere, sed etiam ipso reo inuito, vndè si fideiussor opposuit exceptionem non numeratæ pecuniæ, & reus comparet in iudicio agnoscendo debitum, quod ista agnitio non nocet fideiussori, cù videatur, dolo facere in necem fideiussoris, & hoc intellige verum, si reus est non soluendo, quia, qui nihil habet, de facili colludit l. 3. in princip. ff. de test. sic etiam si fideiussor opponeret, & allegaret contractum vsurarium, & in fraudem vsurarum factum, & ideo agit ad rescissionem eius, quod debitor principalis comparens, & confitēs fuisse de vera sorte, non præiudicat fideiussori, sic etiam si opponeret exceptionem compensationis, & si diues esset debitor, minimè prædicta procederent, cum confessio, & ipsius rei principalis declaratio, ad ipsius tantum damnum resultaret, Bald. in l. tam mandatori vltim. column. C. mand. sequitur Hyppo. in rub. de fideiusso. num. 265. (V)

Sed si opposita tali exceptione per fideiussorē talis creditor numerauit reo, an exceptio tollatur quod si bona fide sit facta numeratio tollitur exceptio, & fingitur benè actum, & malè exceptum secus si in necem fideiussoris sit facta numeratio inopi, vel fugitiuo debitori, quia intelligere debuit creditor se iniustè, & inuito fideiussore facere; Sed si ipse fideiussor prohibet reo numerari, & post prohibitionem creditor numerat, nocebit ne fideiussori? dic, si causa de nouo superuenit debet creditor abstinere à numeratione ad denunciationem fideiussoris, quia aliàs dolo fecisse intelligitur, & hoc siuè creditor erat obligatus ad numerandum, siuè non, sed si causa non superuenit de nouo, non cogitur tunc stare tali denunciationi, siuè sit obligatus ad numerandum, siuè nō, quia saltim recipiendo promissionem illius videtur dedisse fidem de numerando, quam fallere graue est, & sic habebit regressum contra fideiussorem, nisi appareat, quod hoc fecisset principalis in damnum fideiussoris dolosè, quod poterit probari si coram aliquibus hoc denunciasset, si tamen tempore promissionis iam debitor principalis erat non soluendo, & fideiussor neglexerit inuestigare de qualitate illius, & posteà denunciat creditori, quod non numeret, & creditor poterat sine nota verecundiæ abstinere à numeratione, quod debet hoc facere, quia sibi non nocebat, & alteri proderat; In petitione autem, quòd exigat à principali solutum si nep facit quid agendum? quod habui in facto, vide Bal. in d. l. mādatori, C. mand. & melius Castr. in l. si fideiussor, cum l. si fideiussores ff. de fideiuss. (X)

Et in tantum fideiussor potest opponere exceptionem reo principali competentem quod potest etiam opponete ipsam exceptionem ipsi reo competentem, quàm ipse reus opponere non potest, Bald. in l. cum mulier 9. colu. versi. quæro de vna alia q. ff. sol. matr.

Et si reus ipse principalis opposuit exceptionē
83 à qua fuit exclusus per sententiam, an denuò ipse fideiussor opponere possit vide in l. penult. C. de non numer. pecun. & non solum ipsam exceptionem reo competentem fideiussor opponere potest, sed etiam ex persona sua, licet ex persona debitoris minimè opponere posset, in Add. Bart. in l. prima, ff. iud. sol. & semel habui in facto in affictu Magistri Actatus, ex quo principalis conductor renunciauerat beneficio patientiæ non præstitæ, cui non renunciauerat fideiussor, licet generaliter omnibus legum auxilijs renunciasset dubitabatur si poterat contra fideiussorem liquidari ob renunciationem prædictam factam per principalem conductorem per prædicta, ex quo illa generalis renunciatio omni legum auxilio nō comprædendit hanc beneficij patientiæ non præstitæ, cum specialis requiratur renunciatio, secundum Vrsill. in eius decisio. 283. num. quarto. Verum dilatio ista quinquennalis concessa fideiussori, ipsi reo principali non prodest, nec cautelæ prædictæ operarentur, quæ operari non possunt, sicut præscriptio fideiussoris ipsi reo non prodest, Bald. in d. l. tam mandatori vlti. colum. nam exceptio fideiussori competens, non prodest reo l. cum reus ff. de fideiuss. postquam non inquietatur à tali debitore conuento, & soluente l. cum quis decedens §. 1. circa fin. ff. de liber. leg. cum ei non detur repetitio, nec sententia pro eo lata ipsi debitori prodest, secundum Bart. in l. adulter. §. 1. in si. ff. de adulter. & l. duobus §. à fideiuss. ff. de iure iur. in Add. ad eū, & l. ex duob. n. 16. ff. de duob. reis, refert, & sequitur Alex. in d. §. à fideiuss. nu. 6. & sic regulariter quando exceptio est in rem, vt exceptio rei indebitę, doli mali, quod metus causa, & iuris iurandi competens reo principali competit, & fideiussori, quo casu etiam inuito fideiussore reus potest opponere talem exceptionem l. ex persona ff. de fideiuss. secus si est exceptio cō-
84 cernēs solam personam principalis, vt exceptionem in quantum facere potest competentē socio parenti, patrono, & marito l. qui sunt, ff. de re iud. quia tunc talis exceptio personalis non transit ad fideiussores d. l. except. nisi in casu, l. quoties, & ibi Bar. C. de prec. imper. offer. (A) Sunt, & casus in quibus exceptio prædicta competens principali non transit etiam ad fideiussores, prout est exceptio personalis, vt supra, vel si factum est pactum debitori taxatiuum per dictionem tantum de nō petendo ab eo tantum l. nisi ff. de pact. Secundò ēt in illo, qui pecunialiter fideiussit pro eo, qui postea statum mutauit, quia mortuus, vel deportatus l. prima, C. de fideiuss. Tertiò quando intercessit animo donandi l. quod dictum, ff. de pact. Quarto in exceptione ex speciali odio introducta leg. sed si pater §. non solum ff. ad macedon. secus in illa, quæ est introducta ex speciali fauore, puta velleiani, leg. si mulier, ff. ad velleian.

Vidistis quando fideiussor vti possit exceptione moratoria reo principali competente adhibē-
85 do cautelā Doctorum Bald. & Salyc. in dict. leg. quoties C. de prec. imper. offer. & Car. in cit. loco; mo-

modò dubitari contingit an fideiussor ipse durante quinquennio prædicto concesso prædicto reo principali possit agere contra reum ipsum principalem, vt eum eximat indemnem, & illæsum, ac liberet à tali fideiussione, prout agere posset de iure ex causis not. per glos. in l. lucius. ff. mand. & Doct. in l. si pro ea. C. eod. & Fricz. in tract. de præsent. instrum. 12. par. q. 3. & de Franch. decis. 114. vel quia ipse debitor instrumentum indemnitatis fecit ipsi fideiussori cum promissione eximendi eum à prædictâ fideiussione infra certum tempus elapsum, vel quia debitor ipse promisit soluere ipsi fideiussori pecuniam debitam pro illa breui manu conuertenda in satisfactionem crediti prædicti, prout quotidie fit, dicit debitor ego gaudeo beneficio quinquennali aduersus prædictum creditorem, cui talis veniret facienda solutio debiti prædicti, pro quo fideiussor agit, vndè illa exceptione, qua ego gaudeo, gaudebit, & ipse fideiussor, & sic ineptè agis agendo ad finem soluendi ante tempus, in tantum quòd si ipse fideiussor conuentus à tali creditore eidem soluendo talem non opponendo exceptionem ex persona principalis, comparendo tamen ipse ex persona sua opponendo, vel in casibus á iure permissis, in quibus gaudet exceptione prædicta reo ipsi principali competente, & se condemnari passus sit iniustè non denunciato iudicio prædicto dicto debitori gaudenti beneficio quinquennali vtique agendo postmodum contra ipsû principalem debitorem tali repelleretur exceptione, & hoc quando sciens prætermiserit talem exceptionem, quia tunc dolo versari videtur, dissoluta enim negligẽtia propè dolum est, cum neque aduersus ipsum creditorem sic satisfactum detur repetitio, atque condictio per text. cum glos. in l. in diem ff. de condit. indebit. vbi vero fideiussor ipse ignorauit talem exceptionem principali debitori, & sibi competere, nihil est; quòd ei imputetur cur hanc exceptionem non exercuit; fideiussor enim tenetur agnoscere bonam fidem. l. id quod. §. fideiussores ff. mand. nec tenetur fideiussor opponere exceptionem dilatoriam creditori. l. si fideiussor. §. quædam ff. mand. in princ. reus enim eo ipso quòd præstat fideiussorem videtur mandare, vt pro eo soluat. l. si pro te ff. mand. potuit enim, atque debuit reus promittendi certiorare fideiussorem suum ne fortè ignarus soluat, tunc sic soluens mandati habet actionem contra talem debitorem, sic dixit tex. in l. si fideiussor ff. mand. vndè si repelliturin casu prædicto sciens sic soluens, eò magis repelleretur agens ad finem soluendi illud ad diem debitum, ne frustra suum operetur effectum huiusmodi beneficium & ad hoc faciunt not. per Hypp. in rub. de fideiussor. num. 186. & pendet de facto in quadam causa non dum decisa, quid indè sequatur ponam.

86 Duo sunt fideiussores, quorum vni concessa est dilatio prædicta quinquennalis, maiori creditorum numero concurrente, demum concurrentes creditores, vel non concurrentes ad concurrendum tamen condemnati volunt conuenire confideiussorem insolidum obligatum, an possint, verum est dicere hunc fideiussorem conuentum nô gaudere beneficio quinquennali concesso eius confideiussori, ex dictis per Bart. in. l. amissi. §. fin. ff. de fideiuss. vndè dicimus, quod fideiussores obligati pro reo, quilibet ipsorû tenetur insolidû etiã si nô sit actû, vt quilibet sit insolidû obligatus §. si plures insti. de fideiuss. Vital. in tract. clau. in ver. an possit renû ciari beneficio epistolæ D. Adr. n. 12. nã licet quilibet insolidû tene tur, obligatio diuiditur inter eos, si sunt soluendo ex beneficio D. Adr. modò aut iste fideiussor côuentus renûciauit dicto beneficio diuisionis, seù beneficio epistolæ D. Adr. aut non, si non renunciauit, tunc insolidum conuentus huius modi beneficium opponendo illum pro parte repellet, in tantum quòd si totum soluerit, cum potuerit iuuari dicto beneficio epistolæ Diui Adriani ipsius soluentis erit solius detrimentum, vt partem non repetat à confideiussore, dicto. §. si plures, etiam si iure cesso veniret, cum illa exceptio quinquennalis, quæ obstabat cedenti, obstet etiam, & isti cessionario, cum plus iuris in eum transferre non possit, quàm ipse habeat, secundum Bald. in. l. penul. 15. q. C. mand. Aut verò renunciauit prædicto beneficio diuisionis, seù d. epistolæ Diui Adr. cui iam renunciari potest, tàm specialiter, quàm generaliter renunciando omni legum auxilio, secundum Vital. in cit. loco, vel sumus in casibus in quibus non gaudet dicto beneficio diuisionis, prout est in fideiussoribus tutorum, licet tutores habeant, secundò in fideiussore fideiussoris, tertiò quando cæteri fideiussores soluendo non sunt tempore litis contestatæ, quartò quando eiusdem summæ sunt fideiussores, sed non pro eodem debitore, quintò quando infitiantur. Ita Dilatio ista quinquennalis si concessa est per creditores debitori respectu sortis principalis, glos. in d. §. si plures in ver. partes, taliter quòd insolidum teneatur, & tunc, aut non renunciauit beneficio cedendarum, aut renunciauit, si non renunciauit, quod conuentus iste fideiussor soluendo eidem pro parte cedenda sunt iura contra confideiussorem l. vt fideiussor ff. de fideiuss. Bart. in. l. modestinus, num. 9. ff. eodem, quæ modò non potest, stante dilatione quinquennali concessa, taliter quòd eidem exceptio cedendarum pro parte obstabit. l. stichum. §. si creditor ff. de solut. & Bart. in d. l. modestinus, quàm exceptionem si non opposuerit, & solidum soluerit, vtique pro parte non aget contra confideiussorem, cum sine cessione iurium nô aget. l. non rectè. C. de fideiuss. quæ fieri debet tempore solutionis, vel ex post facto præcedente pacto de cedendo dicto tempore solutionis. d. l. modestinus cum ibi not. & si iure cesso veniret vtique etiam impediretur excitata Bald. doctrina in d. l. pen. 15. q. cum obstet ei eadem exceptio dilationis, quæ obstabat creditori cedenti, quia ad tempus obstabit exceptio. l. si mandauero tibi in princ. ff. mand. Aut verò dictus conuentus fideiussor renûciauerat dicto beneficio cedendarum, cui iam renunciari potest specialiter, & generaliter renunciando omni legum auxilio, secundum Affiict. in decis. 182. & Vital. in cit. loco, vel alio modo non potest gaudere dicto beneficio, etiam non præcedente renunciatione prædicta, de quibus per Bart. in. l. si stipulatus esses. §. 1. ff. de fideiuss. quo casu insolidum sic conuentus, sic tenetur, nec tunc contra confideiussorem aget pro parte, quia iure cesso caret, quod si haberet minimè etiam ex prædictis du-

ran-

rante quinquennio, & post quinquennium, & in hoc prodest hæc renunciatio, secundum Vital. in citato loco num. 31. in gratificando amico. Et quę dicta sunt in fideiussoribus, habent locum, & in mandatoribus, & constitutoribus, secundum glos. in d. §. si plures, & ibi Christ. Porc. n. 4. cū Ias. & Vital. in cit. loco in fin. & ibi qn̄ habeat locum, & an sit dilatoria, vel peréptoria, & glos. in d. §. si plures.

87 Dilatio ista quinquennalis si concessa est per creditores debitori respectu sortis per eum debitæ, nulla facta mentione in dilatione de Interesse decurso, & debito ratione moræ, an tacitè etiam censeatur dilatio concessa respectu huiusmodi interesse sic decursi? dic, quòd aut hoc interesse debetur officio iudicis mercēnario, quo casu tamquā accessorium debetur, & sic concessa dilatione in principali censetur etiam concessa respectu accessorij, sed si hoc interesse debebatur iure actionis, & æquè principaliter, vt sunt hodiè annui census conuenti, & stipulati seruata forma Bullæ Papæ Nicolai, & Regiæ Pragmaticæ, tunc talis dilatio non extenditur ad illud, de quo non fuit loquutum, Ias. in l. si vnus. § ante omnia. ff. de pact. & Bart. in l. lecta circa prin. c. ff. si cert. petat. quia limitata causa, limitatum producit effectum, Angel. in §. quod autem inst. de legit. agnatorum tutela, & in limitata confessione loquutus est Dec. in cons. 118. col. fin. in fine, & in limitata renunciatione etiam loquutus est idem Dec. in cons. 551. col. 3. taliter id, quod non est deductum, poterit peti postmodum, non obstante dilatione, quòd secus in eo quod vti accessorium subsequitur, dummodò procedat dilatio respectú sortis in casu, de quo suo loco declarabitur: Pone modò, quod concurrens creditor asserit se esse creditorem in certa pecuniarum quantitate eidem debita ex causa interesse illiquidi, tamen prima facie ex eius taxatione, & deductione apparet maior quantitas respectù non concurrentis, & in eodem iudicio concurrentiæ intendit facere liquidationem, rectè quidem experietur sufficit enim esse verum creditorem respectù tamen pluris, & minoris ex liquidatione demonstrabitur, cū interesse nullo probato, nullum debeatur, secundum Afflict. in decis. 316. num. 2. & Dect. in l. 1. C. de sent. pro eo quod interest, & interim in nihilo denominari poterit creditor, nisi illo probato, & liquidato, vt per Vrs. deci. 205.

88 Et non tantum quando est illiquidum à principio, sed etiam si á principio esset deductum, & liquidatum in instrumento, non tamen in forma Bullæ prædictæ Papæ Nicolai, quo etiam casu adhuc dicetur illiquidum, nisi liquidetur, & probetur verum interesse, cum tali debitoris assertioni, & taxationi non stetur, secundum Bart. in l. creditores, C. de pignor. & Bald. in l. rogasti. §. si tibi ff. si certum pet. & Dec. in cons. 116. volu. 1. & Fricz. in tract. de præsent. instr. 8. part. q. 11. quia præsumitur in fraudem vsurarum factum, & ego nolui stare huiusmodi taxationi interesse sic conuenti in iudicando: sic etiam dicimus respectù pupilli vigore instrumenti tutelæ contra tutorem, in quo promisit tutor vtilia agere, & inutilia prætermittere, & in eo apparet de receptione pecuniæ, promisitque reddere rationem cum reliquorum restitutione, quo casu liquidus non denominabitur creditor, secundum Alexan. in cons. 192. volum. 7. Fricz. cit. loco in 8. par. q. 12. similiter de instrumēto societatis, in quo socius promisit consocio computum reddere, cum rata lucri, vel damni, & sortis restitutione eidem consignata per ipsum in fine societatis, quòd respectù etiam illius sortis principalis non posset dici liquidus creditor, taliter quòd concurrere posset pro ea summa, prout pro illiquido refert tenuisse tres ex Dominis S. C. in eius decis. D. de Franch. dec. 292. licet non determinet, ꝙ an sit verum vide Socc. in l. pecuniā quā, col. fi. nu. 10. ff. si cert. pet. & ibi Dec. in 4. not. & idē Socc. in l. qbus diebus. §. quidā Titio 3. col. n. 10. ff. de cond. & demonst. sm̄ quam opinionē iudicaui in quadam causa mihi commissa cōsulenda in Terra Pasitani.

89 Non sic dicimus respeçtu instrumenti, in quo debitor certam pecuniæ quantitatē promisit soluere, cum illa tamen clausula plus, & minus, prout apparebit ex libro rationum; cum pro summa conuenta dicatur liquidus creditor, etiam non dum constito si plus, vel minus debetur, & deberi apparebit ex dicto libro rationum vndè prò ea sic declarata concurrere poterit, secundum Bart. & Angel. in l. publia. §. fin. ff. depos. vbi per illum text. dixit, quòd verba plus, vel minus apposita cum expressione certæ quantitatis, non operantur, quòd confessio facta de certa quantitate, reddatur incerta quòad quantitatem expressam, sequitur de Fran-
B ch. in decis. 292. num. 3. (B) Et sic facta debita liquidatione interesse prædicti in eo certus denominabitur creditor, secundum Bart. & Alex. in l. 1. ff. de leg. 2. Car. in ritu 167. num. 18. siuè illud debeatur Iudicis officio mercennario, siuè iure actionis. l. si plures in fine cum glos. ff. de pact.

90 Sed an debitor ipse possit liquidare interesse, & certum declarare se debere interesse in præiudiciū non concurrentium creditorum, & dicimus quòd non, quia in fraudē fecisse censetur, posset in eo, ꝙ testatur de Franch. in decis. 141. vbi licet sententia Magnæ Curiæ habeat exequutionem non obstante appellatione quando sententia est infra summā ducatorum centum quinquaginta vigore Regiæ Pragmaticæ, si quis est condemnatus ad summam ducatorum centum vna cum interesse, quòd quādo debitum, etiam liquidatum fuisset excederet summam aliorum ducatorū quinquaginta á qua si est appellatum, & ad finem obtinendi exequutionem actor ipse, & si contentus remaneret quód liquidatio fieret pro summa ducatorum quinquaginta tantum remittendo summam, quæ excederet ducatos 150. quód fieri non potest in præiudi-
91 cium conuenti, & multa adhoc adducit. Et semel fuit dubitatum, an text. in l. lucius. ff. qui pot. in pign. quòd prior in tempore pro sorte dicatur prior pro interesse decurso, tám antequàm debitor contraheret cum alio, quàm post, ne dum pro interesse conuento, sed etiam pro eo, quod debetur iudicis officio mercennario, ex quo text. ibi loquitur quando pecunia fuit mutuo data sub vsuris, & sic videtur loqui de conuento interesse, non autem de eo, quod debetur tacitè ratione moræ, & sic officio iudicis, pro veritate vide Bald. Nouell. in tract. de dote in 6. part. 7. specialiter in fine, & Negus. in tract. de pignor. in 2. part. 4. membr. num. 70. & in 5. part. 2. membr. num. 9. & in 5. part. 1. membr. nu. 15. Bald.

15. Bald. in l. 1. C. si propter public. pensit. in princ. & Ripa in l. creditor ff. de priuileg. cred. & aliqua per Vincen. de Franch. in decis. 374. licet detur differentia inter interesse, quod debetur officio iudicis mercennario, & illud quod iure actionis debetur, ex eo quod si creditor simpliciter petijt sortem principalem sine interesse, seu protestatione petendi interesse, vel sic receperit sortem prædictam de cætero petere non poterit interesse prædictum, quod officio iudicis mercennarij debetur, quod secus procedit in interesse, quod debetur iure actionis, secundum
C Iaf. in l. 1. C. de iudic. (C) Et iure actionis esse debitum interesse dicimus etiam illud, quod venit ratione rei iudicatæ, quo etiam casu per petitionem, seu receptionem sortis non generatur præiudiciū postmodum in petitione ipsius interesse, prout fatetur de Franch. decis. 21. Idemque procedit in muliere, quæ adhuc tale interesse tacitè remissum, & debitum officio iudicis mercenario petere poterit fauore dotis, secundum Iaf. in l. fin. ff. de eo quod certo loco, quòd secus in marito, in quo non militat eadem ratio, prout in vxore secundum Bald. in l. si marito. §. si fundum in fine ff. solu. matrim. quia maritus petit odiosam vsurarum accessionem, pro qua non competit actio principaliter de per se sed solum officium iudicis mercennarium, quod principaliter intentari non potest. l. si in iudicio secundo responso ff. de exceptione rei iudic. idem Bald. in l. fin. §. præterea, C. de iure dot. quia ex parte etiam mariti dos sibi promissa non est ius vniuersale, aliàs sequeretur, quòd si pro dote fundus esset promissus, quòd fructus augerent dotem, & per consequens absque mora mulieris deberentur. l. item veniunt. §. fructus. ff. de pet. hæred. & l. 2. C. eodem, quòd minimè verum est, per tex. in d. §. præterea, vbi marito non debentur fructus, nisi post biennium, vel post litem cõtestatam, nisi dies certa sit apposita in promissione dotis, quæ interpellat, & inducit moram regularem, arg. l. magnam C. de contrah. & comm. stipul. ita Angel. in §. fuerat num. 7. vers. vnum tamen tene menti inst. de actio. sicut dicimus in venditore vendente rem
92 pro certo pretio cum termino soluendi pretium per annum vnum, quòd ille annus incipiet postquam effectualiter debetur, & sic post traditionē, nam ante obstaret exceptio, l. iulianus §. offerri ff. de act. empt. nisi tempus apponatur à quo incipiat Paul. de Castr. in l. si cui legetur. §. 1. num. 7. ff. de leg. 2. & facit text. in l. tali facta stipul. ff. de iure dot. Sic in locatione facta per nouennium, & non dum eo finito iterum fit locatio ad aliud nouennium eidem conductori quòd per istam secundam conductionem non videtur recessum à prima, ita quòd secundum nouennium incipit currere finito primo nouennio, nisi diceretur tempore secundæ conductionis hinc ad nouem annos, quo casu tempus primæ conductionis non dum finitū excomputatur in secundam conductionem, cum illa verba hinc idem importēt, ac si fuisset dictum ab ista die vsque ad nouem annos tantum, l. placet cum glos. in ver. ab hinc C. de sacr. sanct. eccles. Alex. in cons. 56. vol. 6. sequitur Ioannes Capeg. in tract. de lucro dot. 2. par. q. 5.

Quandò tamen ista interesse petitio sit mulieri permissa, vide Doct. in l. diuortio ff. solut. matrim. & Bart. in l. at qui natura §. non tantum ff. de negot. gest. & Afflict. in decis. 284. in Ciuitate Neapolis est taxatum interesse ad rationem sex, & duorum terriorum pro centenario, vt in Consu. tu l. incip. Viro Mortuo; Et si maius est passa interesse ratione damni emergentis, vel lucri cessantis an
93 illud plus debitum, & passum vltra taxatum per consuetudinem peti possit, vide Neguf. in tract. de pignor. in 4. part. 2. membr. num. 11. allegat cons. Castr. 386. dicentis quod sic, quia statutum prouidit etiam in illis, qui nullum lucrum prætendere possent de iure, illis autem, qui aliquid lucraturi erant de iure dedit suum beneficium vsque ad septem pro centenario, cum modò prouisio consuetudinaria veniat in augumentum, non debet operari diminutionem l. legata inutiliter ff. de leg.
D 1. (D)

Quid in fructibus, an idem iudicandum, prout in interesse est dictum, & glos. ex l. ex diuerso in ver. errore ff. de rei vendic. refert, quod respectū fructuum perceptorum antè litem contestatam & non petitorum, etiam post sententiam, peti possunt, quòd secus de perceptis post litem contestatam; Et si fuerint petiti, & iudex ommisit condemnare, an iterum peti possint, quòd non, prout in interesse tenet Anto. de Butr. in c. grauis de rest. spoliat. quem refert Guid. Papa q. 405 & Thessau. in decis. 135. nisi sententia referat se ad instrumentum, in quo emptor promiserat soluere principale cum omnibus damnis, & interesse, quia tunc sententia videtur relatiua ad instrumentum, & relatum est in referente l. asse toto ff. hæred. inst. secundum Thessaur. in citato loco, vbi refert contra opinionem glos. in d. l. ex diuerso fuisse decisum, quòd siue antè litem contestatam, siue post fuerint fructus percepti, quòd minimè peti poterunt post sententiam si petiti non fuerunt, vel ad eos nō fuerit condemnatus, et si condemnatur ad rei restitutionem, tunc ad fructus pendentes similiter censetur condemnatus, Vrs. decis. 32. num. 4. verum si in prima instantia nō fuit petitum, vel iudex ommisit condemnare in causa appellationis peti poterint, secundum Iaf. in d. l. 1. & l. fin. & Thessaur. in d. decis. in fine, An autem iudex ex officio condemnare ad dictos fructus possit saltim perceptos à tēpore litis motæ, quòd sic secundum Butr. in cit. c.
E grauis. (E)
94 Et non solum inducitur tacita remissio interesse ex prædictis, sed etiam sortis principalis si creditor ipsius partem recepit, vel petijt asserendo pro resta, vel dictione taxatiua, secundum Angel. Aret. in §. si minus t. not. inst. de actio, Guid. Pap. dec. 177 l. rationes cum glos. C. de probat. Bart. in l. si cum dos ff. rerum amot. Iaf. in l. siquidem num. 4. C. de transact. quæ alias non subintelligeretur, si summa simpliciter peteretur, Bald. & alij in l. rogasti §. si tibi ff. si cert pet. aliasque inducit clausulas, & præsumptiones Iaf. ex quibus arguitur satisfactio in d. l. siquidem, & decem congerit Afflict. in dec. 13. & Veronens. in eius caut. 177.
95 Inde dubitari contingit, si creditor illud interesse sic tacitè remissum potest in nouam obligationem adducere de voluntate debitoris, taliter quòd pro eo dicatur creditor, & concurrere possit, certum est enim illud iudicis officium mercenarium, quod

quod dabatur pro ipsius consequutione iam extinctum esse, taliter quòd amplius non reuiuiscit l. qui res §.aream vers. in perpetuum ff. de solut. l. si alienus ff. de noxal. l. cum ex causa C. de remiss. pignor. quia de priuatione ad habitum non datur regressus l. homo liber ff. de statu hom. & §. quod autem in vers. si manumissus inst. de capit. diminut. & ibi Doct. Et si reuiuisceret de voluntate noua debitoris ipsius malitia detegeretur, arg. tex. in l. contra legem, & ibi glos. ff. de leg. vndè non posset præiudicare alijs recusantibus concurrere ratione eorum interesse, arg l. fin. ff. de pact. & per Bart. in l. si indebitum §. 1. ff. rem ratam haberi, cũ non detur actio ad illud, quod restitueretur ob nouum istud pactum si prima actio duraret, cum primum pactum tacitum ope replicationis læderetur l. si vnus §. pactus ff. de pact. sed tantum iudicis officium, quod nullam præsupponit obligationem l. centum vbi Ias. num. 5. post Bart. ff. de eo, quod certo loco, & in l. qui Romæ §. flauius nu. 29. ff. de verb. oblig. ne detur materia fraudandi, quæ euitandæ sunt, secundum Abb. in c. per tuas de donat. & per coniecturas arguuntur, secundum eundem in c. nobis fuit num. 4. de simonia, & non ex alio præsumitur fuisse inductum debitorem adhoc, nisi ad finem habendi huiusmodi dilationem, cum nemo præsumatur iactare suum l. cum de indeb. ff. de probat. meritò talis fraus ipsi opitulari non debet, secundum Abb. in c. si vir vel mulier num. 5. de cognat. spiritual. ideo ratione huius præsumptæ fraudis non debet in damnum creditoris non concurrentis nominari verus creditor pro interesse sic tacitè remisso, & demum in nouam obligationem, & promissionem redacto, licet in præiudicium ipsiusmet debitoris subsisteret; cessante verò fraude, tunc cum nouum potius dicatur debitum ex antiqua tamen obligatione extincta descendens concurrere tunc poterit habita distinctione, de qua supra scilicet quando debitum est contractum infra annum cum dictis per Bart. in l. Cæsar ff. de public. & vectig. quæ fraus quo modò arguatur, vide Vital. in tract. claus. in ver. de fraude.

96 Ecclesia namque si creditrix adhuc reperitur ne dum actiuè, sed passiuè conueniri posset ad concurrendum eadem lege, qua laicus, cum eodem iure ciuili cum ea procedatur, prout inter laicos deficiente iuris canonici dispositione c. 1. de nou. oper. nunc. imò quando lex ciuilis est rationabilis, & canoni non contradicit, & generaliter loquitur, & est fauorabilis, & non est apta semper afferre præiudiciũ ecclesiæ, sed potest habere aliqñ cõmodũ aliqñ incommodũ est seruanda quoàd eã, secundum Abb. in repet. c. ecclesiæ Sanctæ Mariæ num. 17. de constit. & ibi Felynus, & sic cum concurrentibus tenetur concurrere, cum hoc miserabile dicatur beneficium adducens aliquandò commodũ Ecclesiæ concedenti, postquàm videmus Ecclesiã non posse debitorem conuenire, nisi in quantum facere potest, glos. in c. quicunque el primo 16. q. 7. quem all. gat Abb. in c. cum homines adhoc in pen. q. extra de decimis; cum & ipsa beneficio iuris vtatur nedum in hoc, sed etiam respectũ cessionis bonorum, quam ipsa ecclesia facere potest §. si quis autem adiecerit in auth. vt determinatus sit numerus clericorum, Ias. & alij in §. fin. instit. de act. Aufer. in add. Capell. Tholos. q. 136. prout potest Vniuersitatis Clericorum, fabrorum, & similium, secundum Aret. ibi in d §. fin. col. penult. vndè mitius agendum est cum ecclesia, quàm cum laico, & si quod maius conceditur, ergò & minus, arg. auth. multo magis C. de Sacr. Sanct. Eccles. taliter quòd Prælati Ecclesiæ, & Rectores Hospitalis, vel Ecclesiæ, & Præbendarij hanc quinquennalem dilationem durante eorum vita concedere possunt, cum & ipsi vsufructuarij sint, seù vsuarij quo casu & de illis pertractabunt, prout eis videbitur Abb. in c. quærelam nu. 4. ne Prælati vices suas, si nomine Ecclesiæ vti Rectores ex causa prædicta & dictum tempus à iure permissum concessum valet, quia expedit Ecclesiæ, vt concedatur, ne latitet debitor, vel ne bonis cedat cui stare tenentur, & successores, prout in locatione, secundum Abb. in c. fin. ne prælati vices suas, sic & de similibus, Caro. in tract. loc. & cond. sub ver. de rebus eccles. loc. in 3. part. q. 1. & sequent. fo. 128. Caualc. decis. 44. nu. 2. cum & hi legitimi, ac generales dicantur administratores, prout de tutoribus c. nouum genus n. 6. vbi Abb. de decimis; quibus quãdo liceat concedere iam habetis, cum æquiparentur secundum Caroc. in cit. tract. sub ver. de secundo gradu personarum q. 4. fol. 651. Et de vsufructuario loquutus est Caroc. in cit. tract. in ver. de Vsufructuario q. 1 F fol. 76. iuxta l. si quis domum §. 1. ff. loc. (F)

97 Dubium tamen extat coram quo iudice conuenienda sit, quod dico in Ecclesia procedit in Clerico, maximè respectũ patrimonialium: vide Vrs. in decis. 380. & melius in decis. 288. nu 8. pro qua decisione adduco doctrinam Bald. non ponderatã nec ab Vrsillo adductam in l. edicto nu 0.45. vers. sed hic quæritur C. de edicto Diui Adrian. toll. vbi ne iudicium diuidatur semper principalior forus attendi debet, qui est vbi maior pars est, secundum eum Maran. in suo speculo in 4 part. 11. distinct. & G num. 23. (G)

98 Et ad concurrendum ne dum tenetur ætate maior, sed etiam minor concurrente maiori creditorum numero in summa, cum certum sit legem cõmunem compræhendere etiam minorem generaliter loquentem l. fine hærede §. Lucius, aliàs l. tutorem §. Lucius ff. de administr. tutor. glos. in l. 2. C. quæ sit longa consuetudo, vnde stãte statuto, quòd inter consanguineos omnes causæ compromittantur sub eo compræhenditur minor, secundum H Bald. & Alexan. in l. fin. C. de in integr. restit. (H) lex enim fin. est illa C. qui bon. ced. poss. quæ in hoc prouidit, sub qua ipse minor complectitur absque etiam spe restitutionis in integrum, secundum Alexan. in d. l. fin. C. de in integr. rest. sequitur Ariu. Pinel. in l. 1. C. de bonis mater. in 3. part. num. 45. fol. 263. qualiter tamen cum eo procedendum sit, ne iudicium reddatur elusorium, vide Afflict. in decis. 262. & 256. non enim restituitur minor si iure cõmuni vsus est, aut statuatario l. inter eos, §. cũ inter ff. de fideiuss. & Caual. in tract. de tut. & cur. 53. n. 75. & q statuitur in Ecclesia, procedit & in minore, cum ad inuicem æquiparentur, glos. in l. respublica, & ibi Bar. & alij C. ex quibus

bus causis maiores, & glos.in l.libertos in ver. ad-
ministrauerint C. de excus. tut. glos. in l. non est
ignotum C.de administr.tut. Abb. ex text.cum
glos.in c.auditis in fin. in ver. minoris de rest. in
integr.& quod disponitur in vno,& in alio dicitur
dispositum Caualc.in decis.37.num.13.1.part.non
enim capitur,qui ius publicum sequitur,in regul.
I non capitur ff.de regul.iuris. (I) Et ne dum passi-
uè ad concurrendum cogi posset, sed actiuè con-
currere posset, omnes enim contractus, & actus
fieri possunt per minores,ex quibus efficiuntur lo
cupletiores, & dicitur etiam locupletior factus
quoties sic expedit minori fieri actum, secundum
Aret.in §.1.insti. de auth. tut. quid magis expedit
minori differre solutionem ad tempus, vt post tē-
pus exigatur,vel in totum ammittere ex superue-
niente debitoris paupertate;Et ne dum dilatare
tempus posset,sed ex causa remittere,cum eo casu
remittere tunc non esset donare, secundum Paul.
de Castr.in l.contra iuris §.1. vers item not.ff.de
pact. & Dec.in regula siquis obligatione ff. de re-
gul.iuris,dummodò cum authoritate tutoris, vel
curatoris agat,si ipsum habere contingit, de quo
per Aretin in d.§.1.

Et nedum minor, sed etiam eius tutor posset
99 solus hanc concedere dilationem quinquennalem
debitori pupilli ex causa, cum is generale manda-
tum cum libera habere dicatur, secundum glos.
in l. mandato generali ff. de procur. notatur in l.
pactum procur. C.de pact. Ias.in l.1. num. 107. ff.
de acquir.possess.& æquiparatur procuratori cum
libera d.l.pactum, qui potest dilatare, & concede-
re dilationem,vt suo loco dicam,cum equiperato-
rum eadem sit ratio l. fin. C.de indict.viduit. toll.
intantum quòd Bart.in l.omnes C.de anno. & tri-
but.lib.10.dixit,quod tutor potest remittere debi-
tum debitori ob paupertatem, quanto magis tem-
pus dilatare,argum.à maiori ad minus, auth. mul-
to magis C.de sacrosanct. eccles. cuius opinionem
sequitur Paul.Castrens. in l. si plures nu.5. ff. de
pactis, qui attentis terminis legis, & suum hæred.
ff.de pact. potest gratis remittere, licèt Dec.in d.l.
pactum nu. 5. contrarium teneat in remissione,
non tamen negat in dilatione, cum vtiliter, pru-
denterue facta sit, & ex iusta causa, quæ facit iu-
stum, quod est iniustum, ex qua licita est etiam
venditio, Ariu. Pinell. in cit. loco in vers. in praxi
autem, iusta enim causa excusat à dolo l.si plagij
C.de plagiar.l.igitur ff.de liber.causa,& sic termi-
num prorogare posse tutorem vti vniuersale m
administratorem, refert cæteros tenere Ias.in l.qui
L Romę §.challimacus num. 13.ff.de verb.oblig.(L)
100 Duo erant constituti tutores in testamento à
testatore pupillo,quorum alter debitor erat pupil-
li,& nonnullorum aliorum creditorum, cui con-
tutor ipse concessit dilationem quinquenalem pe-
tendo alios non concurrentes condemnari ad con
currendum,qui si in maiori reperitur summa pro
pupilli debito rectè quidem experietur,sicut enim
vnus tutor agere potest,& exigere aduersus alium
contutorem,iuxta l. si plures ff.de administr. tuto.
& Doct.in l.2. ff. administr. tut. sic omnia cum eo
exercere, quæ posset si solus esset in administra-
tione,cum ipsius pupilli persona in hoc non possit
sibi prouidere,prouidet lex, vt vnus contra alium
agere possit,secundum Bart.in l.qui proprio §.fin.
ff.de procur.vers. opp. & videtur.

101 Et si duo sunt tutores, quibus aliquis ex debito
pupilli insolidum se constituit debitorem,alterum
ipsorum non posse huic debitori concedere hanc
quinquennalem dilationem inuito altero contuto-
re, nam administratio tutelæ erat vtrique datata,
& non prouiso aliter per testatorem, seù per iudi-
cem, alter sine altero non poterat administrare
l.3.§.si plures & §.sequent.vers. quod in tutoribus
ff.de admin.str.tut.Nec obstat si diceretur si debi-
tor soluisset ei, seù alteri ipsorum, vtique veniret
liberatus,etiam per acceptilationem l.2.ff.de duo-
bus reis.& sic si potest quod est maius,multò ma-
gis quod est minus, cum dilatio in modico lædat
creditorem, Bart. & Alij in l. rescriptum ff. de
pact. quia hoc eueniebat ex consensu vtriusque
tutoris dum in instrumento,in quo omnes interue
nerant pacti sunt tutores, quòd alter ipsorum in-
solidum exigere posset, vndè videtur alter de con
sensu alterius exigere, & sic vtriusque consensus
in hac exactione interuenisse dicitur,qui in hac di-
latione nō interuenit,sed illius tantū,qui dilatauit;
Nec hæc regula procedit in hac materia,in qua,q
potest dilatare nō pōt pacisci l.si vnus in prin. ff.de
pact.vbi Ias.in 2.not.subdit de adiecto solutioni,cui
potest solui,& tamē non potest paciscì l. si quis de-
legauerit ff. de solut. & per prædicta fuit decisum
102 in Consilio Neap.vt refert de Franch.decis.281.
processisse liquidationem factam contra debito-
rem pupilli ad instantiam vnius tutoris,non obstan
te prorogatione terminorum facta per alterum cootu-
torem.

Quid tamen statuendum sit si debitor erat hæ-
reditarius pupilli, nec cum tutoribus contraxerat,
an alter ipsorum sine consensu alterius contuto-
ris hanc possit concedere dilationem, non aliter
prouiso per testatorem,vel iudicem, quòd alter si-
ne altero administrare possit dict. l. 3. §. si plures
cum §. sequent. & de Franch. cit. decis. &
dicendum est, quòd sic nulla facta diuisione à te-
statore, vel à iudice,cum omnes tutores quotquot
sint insolidum babeant administrationem l.1. C. si
si ex pluribus tutor. & l.2. ff.eodem Aret.in §.actio
num colum.23.instit.de act. Syluest.in §. sciendum
inst. de satisdat.tutorum,sed si diuisa est,tunc ille
administrabit, qui à testatore, seù iudice statutus
est;Et à prædicta patris voluntate aliquando rece-
ditur ob pupilli vtilitatem l.in confirmando,& ibi
Bart.ff. de confir. tut. & sic ex causa prætor rece-
dat;prout actum extitit in venditione status Amal
fiæ contra voluntatem testatoris à cuius voluntate
fuit recessum ob causam prædictam,vndè euenit,
quòd fuit factus demanialis: verum plurium tuto
rum constitutorum, tàm in testamento datorum,
quàm per inquisitionem,ille administrabit cessan-
te patris declaratione,qui à maiori parte tutorum
fuerit electus, & sic electus cogitur administrare,
etsi talis non fit electio,ille administrabit, & præ-
fertur in administratione, qui satis offert, cæteris
non satis dantibus, etsi omnes offerunt satisdare,
quis præfertur,si tamē discordant in eligendo præ-
tor,quid statuet,sic & in satisdando, de quibus vi-
de in §.sed si ex testamento, cum glos. & ibi me-
lius Syluester,quàm alibi inst. de satisdat.tut.cuius
enim

enim authoritas sequatur ibi.

Et si duo sunt statuti tutores testamẽtarij, quorũ
103 alter mortuus est, tũc ille solus pstabit authoritatẽ & administrabit, donec nõ fuerit prouisum de alio l.fina. §.1. de auth. præst.& in §.2. vbi Doctn. inst.de Attilian.tut. Et si sunt omnes tutores in dispari consensu, dicendum est, prout in duobus procuratoribus secundum Bald. in l.vnica num.42.C.de confess. de quibus inferius.

Nec pupillus factus interim durante quinquennali dilatione maior contrauenire poterit huic dilationi quinquennali concessæ per tutorem, sed ei stare pro toto tempore tenetur, cum lege permictente hoc tutor fecerit, iuxta nota. per Saly.in l.emptorem C.locati, Bar.Paul.de Castr.Alexan, in l.si filiofamil.§.si vir in quinquenn.ff.solu.matrimo Socc.in consi.125.nume.6.lib.primo, Ariu. Pinel.in l.prima, C.de bonis matern. in 3.parte, nu. 63. vbicunque enim ratione competentis administrationis quis habet potestatem aliquid faciendi, & facit alius qui in illa administratione succedit tenetur illud obseruare, secundum Docto.in cap. querelam ne præl.vices suas, & Alex, in d.§.si vir, Caroc.in tractat.loc.& conduct.in ver.tutor.& curat.quæst.6. vbi num.3. infert in tutore Principis concedentis literas patentes alicuius officij alicui, si desinat esse tutor aliquo modo, quod successor in tutela ei stare tenetur, & si alium eligat præfertur ille electus à primo tutore, qui posteà desijt esse tutor, & de Franch. decis. 216.Caualc.in dec.25.p.2. & in prima p.in versi, electio.

Et semel euenit in facto in hac Ciuitate in
104 quadam causa, vbi tutor locauerat per nouennium viridarium quodam pupilli, quo casu non dicitur alienatio, secundum Alexan. & alios in d.§. si vir, dum ad modicum tempus dicatur facta, ea enim ad longum tempus dicitur facta, quæ sapit speciem alienationis, ipsiq; stare minor non tenetur finita tutela quoties ad decennium, & vltra facta est, seù quando ad vitã locantis, vel conducentis facta est, vel si ad nouem annos facta est adiecto pacto, vt finito nouennio incipiat aliud, quod iunctum excedat decennium, & sic etiam si fit eo pacto, vt duret quamdiu locator voluerit. Ariu.Pinel.in d.l.prima, in 3.part. num.63.C, de bon.matern. & latius Vinc. Caroc. in tractat, loc.& cond, in 2.par.fol.51. Et si ad longum tempus fieret cum decreto tamen an eo casu teneatur stare, & si absque decreto bona tamen fide fecerit, ibidem Caroc.in citat.loco quæst.6.in rubri.de tutor.& cura. fol.66. & sic in ea ad modicum tempus facta decretum non requiri fatetur Caroc.ibi, cum concord.alleg & sic promisit durante locatione viridarium non alienare, & in specie obligauit viridarium illud, ex quo ad finẽ obseruandi per singularem successorem contractum locationis non sufficeret specialis obligatio absolutè, absque præcedente pacto de non interim alienando, secundum Negus.in tracta. de pignor.in 2.par.primo membr.num.6.de Franchis dec.302. qua locatione sic facta per prædictum tutorem interim effectus est maior pupillus, qui alienationem fecit dicti viridarij, & singularis ille successor non intendebat stare prædictæ locationi per tutorem factæ non obstante pacto prædicto de non interim alienando.& speciali illa obligatione, ex quo absque decreto Curię, quam specialem obligationem sic facere non poterat tutor absque decreto prædicto, quia specialis illa obligatio magis afficiat, & adhoc allegabatur text. in §.nos igitur in auth.de rebus eccles. non alienan, & Alexa.in consi.118.volum, quinto,

Et ex aduerso obstabat, cum permissa locatione prædicta, censetur permissum omne id, quod tendit ad eius validationem, argum.l.illud ff.de acquir, hæred. ex quo contractus ille fuit à principio rationabilis, quo casu stare tenetur talis successor, facit text.in cap.dilecti de arbitr.& glos.in regul.accessorium de regul.iuris in 6. & quoties contractus à principio tenet, & permictitur, ac rationabilis est, potest in eo apponi pro illius obseruantia, etiam pœna, licet specifica potestas eã apponendi administratori non detur, in quam incurrit successor ob contrauentionem Abb.ex textu in capit. 2. de præcar. fortiter tamen obstabat consi. Alexan.ibi, & Abb, in d.cap.2.de præcar. & in cap, nulli de rebus Eccles.non alienan. vbi Rector Ecclesiæ potest pro obseruantia contractus in genere obligare bona Ecclesiæ, non autem specialiter, & sub speciali hypoteca, absque decreto & ratio est, secundum glos. in d.§. nos igitur quia illa magis afficit, & licet text. ibi loquatur quando pignus traditur, tamen gl. ibi locum dicit habere etiam, absque illius traditione, quia tractabatur de spolio, fuit dictum quòd manuteneretur in possessione conductor, & procedatur in causa principali, referente Domino de Franch.in causa Dominici Palumbi, cum illis de Cumbalo in affictu viridarij dicti *le Frezze* & lite pendente deuenerunt ad conuentionem; adhibeatur propterea decretum iudicis ex dictis per Caroc.in cit.loco dum dicunt esse speciem alienationis. Et quæ dicta sunt procedunt in tutore legitimè constituto, aliàs tutor dici non posset, nec quicquam gerere, Caualc.in tract.de tutor.& curat.fol.15.nu.23. & Caroc.in d.tract.in ver.tutor.& curat. quæstio.6, num.4.

Cuius namq; erit periculum si talis pupilli de-
105 bitor, cui per tutorem fuit concessa dilatio, tunc temporis erat soluendo respectù sui, & ex post facto effectus est non soluendo, dicendum videtur ipsius tutoris esse, & de suo pupillo teneri, ex quo ipse est, qui concessit spontè lege non coarctante, quo casu in culpa, & negligentia esse dicitur, quare tunc temporis non exegit, imò si tempore delatæ tutelæ, vel ex post facto is soluendo erat, & demum effectus est non soluendo, quod eo casu de suo similiter tenetur, quatenus à debitore exigi non potest ratione culpæ l.debitoribus, C.de administr.tutor. & l.a.C.arbitr.tutor. verumtamen est quòd pupillo tunc incumbit onus probandi talem debitorem decoctum tempore delatæ tutelæ, seù concessæ dilationis fuisse soluendo, secundum glos.in d.l.2, & Caualca. in tract.de tutore, & curato, fol.67.nume.118. Siluester in §. impuberes num.15.inst. de Attilian.tut. in qua culpa adhuc dicitur nedum in casu prædicto, sed

etiam

etiam quando coactè deuenit ad dandam dilatio
nem,si tunc temporis potuit exigere non exigit
per prędicta.

De procuratore concedente hanc dilationem
debitori domini constituentis sciẽdum est, quod
106 alius est procurator ad exigendum cum libera,
& is potest dilationem concedere, cum eo casu
non auferat iura domini,secundum Bart.in l.qui
Romæ § challimacus ff.de verbor.obligati.& per
Canonist.in c.cum olim,vbi Abb.de offi.deleg.&
præiudicare potest domino in his,quæ sunt parui
præiudicij,Socc.in reg.321.nec incidit in pœnam
debitor,nec in mora constituitur si non soluit ob
talem dilationem,& temporis prorogationem sic
factam à procuratore,secundum Alexand.in d.§.
challimac.num.7.nec sufficeret talem procurato-
rem habere generale mandatum, nisi in eo adsit
libera,Bal.in l.nam,& nocere ff.de pact.dummo-
dò dolus malus absit, ita quod meram tunc non
contineat donationem ex concessione huius libe
ræ l.contra iuris §.fi. ff.de pact.& Bar. in l.procu-
rator ff.de procur.in fine,& in omnibus causis,in
quibus speciale requiritur mandatum sufficit ge
nerale cum libera,secundum Bald. in l. illud §.1.
ff.de minor. & sic procurator generalis cum li-
bera potest hanc facere prorogationem temporis
& nedum generalis cum libera, sed etiam specia-
lis super actu recipiendi solutionem tantum cũ
libera tamen dando sibi liberam, & plenam ad-
ministrationem super præmissis,quia illud,quod
importat concessio liberę, & generalis quoad oĩa
importat concessio liberę,& generalis administra
tionis quoad vnam speciem, secundum Iason.ibi
nu.15.d.§.challim.& libera censetur concessa ne-
dum quandò in mandato specificè fuit illa con-
cessa,sed etiam quando plena administratio con-
ceditur,cum à pari procedant l. si procurator vbi
Bald. & alij C.de procur.

Et idem si in mandato est dictum quod possit
procurator facere quicquid ipse dominus facere
posset l.creditor §.lucius ff.manda.vel si in instru-
mento mandati est dictum,quòd promisit domi
nus se ratum habiturum quicquid per procura-
torem factum fuerit,vt per Bar.in l.1. C.de offic.
procur.cæs.& in d.l.procurator, & latius per Ias.
in l.à diuo Pio §.sed si emptor ff.de re iudic. quod
n.procurator facit,dominum facere censetur l.si
ꝓcurator ff.de cõd.indeb.& Ias.in l.si procurator
M 2. col.C.de proc.vbi de hac libera loquitur.(M)

Nec contrauenire tunc poterit dominus aduer
107 sus dilationem sic per procuratorem concessã,
cum lege permittente actũ exutum,prout in tuto-
re,& ꝙ dicitur procuratorem non posse facere
conditionem domini deteriorem,iuxta l.ignorã-
tis ff.de procur.non habet locũ in procuratore cũ
libera in his,quæ sunt parui præiudicij, sm̃ Caro.
in tract.loc.& cond.in ver.de locat.per procur.q.
2.nu,3.sed si ad agendum,& defendendum datus
sit,& in mandato data ẽt libera potestas, tunc se-
cus dicimus,quia eo casu non cẽsetur libera cau-
sæ administratio concessa, sed solũ instantiæ,quo
casu de causa tunc non poterit transigere,sed so-
lum de instantia,secundum Bar. in c.§.challimac
& alios.

Et si duo sint procuratores à domino constitu-
108 ti,an alter ipsorum tantum possit hanc concede
re dilationem quinquennalem debitori domini,
aut sunt hi procuratores insolidum constituti, &
tunc potest alter sine consensu alterius concede-
re,si verò insolidum non sint constituti,tunc non
põt,alter sine alterius consensu quicquam facere,
sm̃ Bar.in l.qui proprio §.fi.ff.de procur. oportet
tunc ꝙ omnes sint concordes l.Paulus ff.de proc.
Et insolidum dicuntur statuti quoties sic in man
dato est dictum,vel clausula idẽ importans sit ap-
posita,vt quia dictum est eos constituo,& quem-
libet ipsorum,ꝗ clausula est distributiua actus cui
libet insolidum,Bar,in l.pluribus,& ibi Add.ff.de
proc.Verum si procurator sit constitutus ad solu-
tionem recipiendam certa die, & demũ dominus
prorogat terminum debitori, ꝙ in termino pro-
rogato non poterit procurator recipere solutio-
nem,nec alium actum facere,quia est alius actus,
à primo,sm̃ Io.And.ad Specul.in tit.de procur.§.
ratione formæ,& per DD.in l.procur. cui libera,
& l.mandato,ff.de procur.

Et si in casu prædicto duo sint ꝓcuratores cõ-
109 stituti ad exigendum cũ libera, quorum alter
debitor est mandantis, an alter procurator possit
huic consocio procuratori concedere hanc quin-
quennalem dilatio.& sic etiam exigere quod de-
bet,tunc dicendum videtur secundum Barto.in
d.l.qui proprio §.fi.ff.de procu.quod aut sunt dati
ad diuersa,& vnus potest contra alium in his,quę
pertinent ad suam administrationẽ; aut sunt dati
ad idem,& tunc aut non est dictum,nec subintel-
ligitur insolidum,& non potest vnus sine alio ali-
quid facere,aut fuit dictum. vel subintelligitur in
solidum,& tunc aut fuit mandatum ad exigendũ
tantum,& vnus ab alio exigere nõ potest,nec di-
lationem concedere,cum non possit exequi ꝙ est
mandatum,nec quod est subintellectum; Aut fuit
mandatum vniuersale,& tunc aut superest perso-
na mandantis, quæ potest prouidere sibi, & vnus
non potest agere contra alium, nisi habeat specia
le mandatum,aut non superest,& tunc vnus con-
tra alium agere potest.

Et si duo sint procuratores constituti à domi-
110 no,quorum alter concurrit,& est de concurrẽ-
tibus pro summa domino debita,alter verò nedũ
non concurrit pro dicta summa, imò est de non
concurrentibus,cui namq; magis standũ sit,pro-
curatori sic concurrenti,vel alteri cõtradicenti,&
non concurrenti,ex disparitate votorum;varia in
hoc senserunt DD.sm̃ glo.ordinar.in c.si duo de
procur.in sextò,quidam enim dixerunt,ꝙ domi-
nus eligere potest,cui magis standum sit;Ias.verò
in l.duo Iudic.n.12.ff.de re iud.per illũ tex.dixit ꝙ
vterq; actus stat in pendenti,& ꝙ recurrendum sit
ad dominũ,tu aũt dic, ꝙ cũ tractetur de ꝑiudicio
domini,ẽt circa hanc dilationem,melior erit tunc
conditio contradicentis l.consilio §.fi. ff.de curat.
furios.& ita videtur concordare Bal. in l. vnica n.
42.C.de confess.sed si plures essent tunc constitu
ti procuratores,ꝗ duo,tunc maiori eorũ numero
standum esset vt l.3.in fi.& ibi Bald. ff.de admin.
tut.prout dictum est supra respectu principaliũ,

Et nedum in casu prædicto,sed etiam si procu-
rator ex defectu mandati concesserit nulliter dila-
tionem,ꝙ lite ꝑdente poterit dominus ratificã-

do iudiciū adhuc cōcurrere, per ea quæ not. DD.
111 in l. licet C. de procur. dummodò nomine dñi,
& procuratorio nomine concesserit, aliàs enim
ratificatio non cadit in his, quæ gesta sunt non no
mine mandantis, & ratificantis, vt in regula ratū
de reg. iur. quæ namq; ratificatio an facienda sit
antè oppositionem partis, vel post, DD. in d. l. li-
cet, & Carau. in ritu Mag. Cur. 107. n. 61. & Afft. in
dec. 308. & ego habui in facto in Ciuitate Cauæ
in causa cuiusdam Annibalis de Rosa, cum Nota-
rio Io. Michaele de Adinolfo; Ad quæ dicta sunt
de procuratore cum libera qñ sic constitutus in-
telligatur, & quæ facere possit, vide Caroc. in dict.
tract. loc. & cond. in tit. de procur. q. 8. per tot. licet
remictere caducitatem, & liberare debitorem nō
N possit secundum eum. (N)

De procuratore autem fisci quid dicendum,
112 an similiter concedere possit hanc dilationem
debitori fisci decocto, quod sic, ex eo quòd dici-
tur publicus administrator, & à lege mandatum
generale cum libera habere dicitur, & nedum cō-
currere, sed ét transigere, vide Ias. in l. præses nu.
11. C. de transact. Secus dicendum in publico pro
curatore, & administratore constituto ab Vniuer-
sitate scolarium, vel Capitulo alicuius Ecclesiæ,
qui vti quilibet alius priuatus procurator cense-
tur, nec liberam habere censetur administratio-
nem, nec legitimi dicuntur administratores, sm
Ias. in d. l. præses n. 9. nisi expræssè dicatur.

Et si talis cum libera procurator nedum sit vt
113 procurator creditor, sed etiam proprio nomine,
& concurrit ad beneficium debitoris pro omni
summa, nulla tamen prius facta declaratione qua
liter concurrat, an proprio, vel procuratorio no-
mine ad finem ne iudicium dicatur elusorium, in
quo respondetur vtroque nomine censeri con-
cursum, scilicet proprio pro summa sibi debita,
& procuratorio nomine domini, nam vbi alicui
commune negotium est mandatum in dubio il-
lud communi nomine gestum, & exequutū præ-
sumi mandantis scilicet, & mandatarij l. planè ff.
famil. herciscund. l. 2. vers. tua, & mea ff. mand. A-
lex. & Iaso. in l. post dotem ff. sol. matrim. Stracch.
in tract. de mercat. sub titu. de decoct. 7. & vltim.
par. vers. si hi qui num. 25. & hoc vt actus potius
valeat, quàm pereat, iuxta dicta per Bald. in rub.
C. de contr. emptio. & quod dictum est de procu-
ratore, & patrono fisci vide Scaglio. in ritu Mag.
Cur 283. qui videtur contrarium tenere, & Afft.
decisi. 4. qui tamen loquitur in criminalibus, in
quibus quando possit moratoriam concedere vi-
de eum cum Vrsill. ibi, imò Afft. ibi tenet prædi-
ctum fisci patronum temporaliter ex iusta causa
posse concedere hunc saluum conductum, iusta
tamen causa est paupertas, cum adhuc ad benefi-
cium Regis proueniat, lex enim fina. C. qui bonis
ced. poss. loquitur de hominibus in hac materia
quinquennalis dilationis concedendæ actiuè, &
passiuè, & iam habemus fiscum cōprahendi ho-
minum appellatione in add. Bar. in l. mortuo ff. de
fideiuss. taliter quod habetur, prout cæteri homi-
nes creditores in materia prædicta.

Quod dictum est de fisci patrono, & procura-
114 tore actiuè; an eadem regula procedat passiuè,
vt ad concurrendum similiter ad instantiam ma-
ioris partis concurrentis conueniri, & condēnari
possit, lege enim cauetur Principem debere viue-
re sm legem, quia ex lege eiusdem pendet autho-
ritas, licet non præcisè de potestate absoluta, sed
ordinaria, cum ipse Imperator dicat se legibus al-
ligatū, & ipsius authoritas pendeat ex lege regia,
quæ fuit nutu diuino promulgata, & ideò impe-
rium dicitur esse immediatè à Deo l. digna vox,
vbi Bal. & alij C. de leg. cum etiam tāmquā priua
tus se legibus subijciat l. non puto ff. de iure fisci,
O & secundum illas se viuere ostendit. (O)

Et causæ fiscales ita debent tractari secundum
ordinem iuris, sicut causæ aliorum priuatorum,
secundum Ias. in l. re coniuncti n. 121. ff. de leg. 3.
vbi etiam fatetur nihil plus speciale ipsum fiscū
habere, quàm priuatum, nisi hoc lege expræssè di
catur l. item videndum §. in priuatorum, & ibi gl.
ff. de pet. hæred. & l. 1. & ibi Bar. & alij C. de cond.
& procur. præd. fiscal. lib. 11. vndè lex in hoc pro-
uidit circa hanc concurrentiam in l. fi. C. qui bon.
ced. poss. non immeritò si condemnari potest pro
debito fiscali ad concurrendum, prout cęteri cre-
ditores priuati, Aufr. in add. Cap. Thol. dec. 134. &
ita in dies videmus in Magna Curia Vicariæ cō-
demnari procuratorem Fiscalem ad concurren-
dum cum alijs non concurrentibus, & de debito
dependente ex contractu: an autem pro eo, quod
dependet ex delicto explicabimus in moratoria
P concessa ex gratia: & infra (P)

Diximus de administratore constituto ab vni-
115 uersitate scolarium, & capitulo, videamus quid
censendum de Vniuersitate, & eius Syndico, & ad
ministratore si actiuè, & passiuè concurrere pos-
sit, & hanc concedere dilationem debitori Vniuer
sitatis, seù ipsa concurrente maiori creditorum
numero similiter concurrere teneatur. In hoc di-
cimus validum esse argumentum à simili, imò
maiorē rōnem habente l. illud ff. ad leg. aquil., ta-
liter quod dispositum in vno ex æquiparatis, dis-
ponitur, & in alio, maius enim priuilegium habet
fiscus, quàm Ciuitas, cum ille habeat tacitā hypo
tecam, quam non habet Ciuitas l. 2. & 3. C. de pri-
uileg. fisci, imò Ecclesia non habet tale priuilegiū
tacitæ hypotecæ, quæ cum æquiparetur Ciuitati,
vterq; caret hoc priuilegio, sm Bal. in l. fin. 4. col.
ver. quæro hic an ciuitas C. de sacros. Eccl. & Ne-
gus. in tract. de pignor. in 2. p. 4. membr. num. 121.
vndè si fiscus conueniri potest in hoc, & condē-
nari ad concurrendum cum alijs concurrentibus
creditoribus in maiori sūma, multò magis, & V-
niuersitas, auth. multo magis, C. de sacros. Eccle.
lex .n. fi. C. qui bonis ced. poss. quę in hac disponit
concurrētiæ materia nullā facit distinctionē inter
priuatos, & singulares hoēs, & psonas, & Vniuer-
sitatē, & vbi lex nō distinguit, nec nos distinguere
debemus l. pspexit ff. qui, & à quibus, ibi .n. tex. in
princip. de hoībus facit mētionem in hac materia
dilationis, quorū appellatione nedū Fiscus venit,
sm gl. in l. eos §. 1. ver. vsurarū noīe C. de vsu. Sed
ét Vniuersitas, Bal. in l. metū §. animaduertendū
ff. q met. caus. & in l. quicumq; 4. col. C. de ser. fug.
& subdit quod venit tàm masculus, quàm fœmi-
na, & per eundem in rubric. C. ad trebel. Add. ad
Bar. in l. mortuo ff. de fideiuss. & Iason in l. si quis
maior C. de transact. facit quod dixit Add. ad Pa-
piens.

piens.in sua praxi,de forma inquisit.in versi.hæc est quædam nu.26.in lit.A, vbi debitor reipubli-
Q cæ admictitur ad cess.bono.(Q)

Quomodo autem citabitur adhoc vniuersitas ipsa, dic quod per proclama factum in locis publicis Ciuitatis legendo citationem publicè, secundum Barto.in extrauagan.ad reprimend.in versi.scitatum, vel per edictum in loco affixum, vbi consueuit congregari, Bald.in l.etiam C.de exequut.rei iudic. Marant. in suo specul. in 6.p. in ver.proposui num.94.& Scaglio. in Ritu Magnæ Curiæ nume.38. Actiuè autem vniuersitas ipsa potest similiter hanc concedere dilationem debitori vniuersitatis ex causa paupertatis, quæ est consideranda in hac dilationis materia, secundum Carauit.in ritu 287 num.16 nam sicut mulier non potest sibi generare præiudicium in dote,etiam respectù temporis, tamen ex causa prædicta potest, secundum glos.in l.licet ff.de pact. dotal.& supra explicauimus,ita & vniuersitas,cũ ad inuicem æquiparentur Vrs. dec. 175.

Et æquiparatorum eadem est dispositio,multa
116 enim permictuntur ex causa paupertatis, quæ alias non permicterentur,cessio enim fraudulenta,& simulata præsumitur si facta reperitur contra dispositionem tex.in l.penult.C.mand. & tamen quando fit dicta actionis cessio personę pauperi,& miserabili, & sic ex causa paupertatis ob causam piam præsumitur facta, licet aliam causam necessariam non habeat,quo casu tenet secũdum Afflict.in const.statuimus 7.colum.quæst.6. inter miserabiles enim personas pauper connumeratur Abb. in cap. significantibus,extra de officin delegat.& dictæ paupertatis priuilegia quinquaginta septem enumerat Cauens.in rit.Magn. Curiæ 290.eiusq.incommoda alia enumerat con-
R tra paupertatem ibid.(R)

Et sic ex causa prædicta, & necessaria multa à iure permictuntur,quæ alias denegarentur, iuta notata in auth. res quæ C.commun.de leg. & in l.quamuis ff.solut.matrimon. sicut potest vniuersitas ex obligatione antidorali remunerare, & donare, quod alias esset prohibitum, secundũ Bar.in l.ambitiosa ff.de decr. ab ord.faciend.

Sicut etiam dictum est de tutore, dummodò ipsa Vniuersitate legitimè congregata, iuxta not.per Paul.de Castr.in l.nulli ff.quod quisque vniuers.nom.& more solito, Capic.dec.4.& Alexand.in consi.22.volum.primo,fuerit concessa ex quo alias non dicitur vniuersitas, nec vniuersali nomine quid actum,ipsique vniuersitati non noceret,tamquam non legitimè gestum,cum ex dispositione Pragmat mandantis syndicum teneri de non exactis à debitoribus Vniuersitatis,& si ob impotentiam euenit debet hoc notificare Vniuersitati,vt quid agendum sit statuatur circa dilationem decernendam, & debitoribus statuendam,vt in Pragm.de regim.vniuers. taliter quod ex causa potest hanc concedere dilationem iure
S permictente. (S)
117 Quo verò ad Syndicum, & administratorem Vniuersitatis hanc cõcedentem dilationem quinquennalem debitori Vniuersitatis, dicimus ipsũ æquiparari tutori,& administratori, secundum Barto.in l.ius iurandum 9.defensor ff. de iure iurand. quia dicuntur legitimi administratores habentes liberam administrationem, Alex.in consi. 22.volum.primo,num.11. dummodò sit constitutus secundum formam traditam per Paul. de Castr.in l.prima,§.1.circa finem ff.quod quisque Vniuersit.nomine, & possunt facere ea omnia, quæ mandatum speciale requirunt, secundum prædictos,& Capyc.decisio.5.num 1.non immeritò si prout tutor, & procurator cum libera ex causa,prout supra explicauimus hanc possit concedere dilationem quinquennalem, hi enim publici administratores generale mandatum cum libera habere dicũtur à lege,nec est necesse, quod in illius constitutione ab Vniuersitate apponatur terminus cum libera, prout in aliorum procuratorum constitutione,potest enim transigere,in qua facienda aliâs requireretur speciale mandatum,secundùm glos.in l.mandato generali,ff.de procur.Bar.& Iaso.in l.præses, C.de transact. potest similiter expedire ea omnia, quæ requirunt speciale mandatum,secundum Alex.& Iaso.in d.l.præses,& secundum eos potest petere in integrum restitutionem nomine Vniuersitatis,absq; alio speciali mandato,dummodò dicta electio sit facta à toto populo,vel à concilio generali repræsentante totum populum,& iuxta solitum,& cõsuetum Vniuersitatis Capy. dec. 4.

Secus si à decurionibus,seù deputatis Vniuersitatis esset Electus,quia tunc tamquam priuatus procurator censeretur,quo casu non cum libera dicitur,nec sic à lege reputatur, secundum prædictos in d.l.præses, & successiuè quicquam gerere non posset in Vniuersitatis præiudicium, licet tamen liquidum debitum remictere non possit, quia remictere donare est l. si quis delegauerit ff.de nouat. & in generali mandato non venit donatio,secundum Barto.in leg.final. ff.quæ in fraudem credito.& Iaso.in d.l.præses, & nedum istam peremptoriam,sed etiam dilatoriam,secũ-
T dum Bart.in d.l.fi. nisi ex causa ex prædictis (T)

Solent,vt plurimum Vniuersitates contrahere
118 debita ex causa, quæ vt obligentur congregari debet,prout not.Capyc.in dec.4.& nedum modo prædicto, imò ipsarũ administratores possunt obligare bona ciuitatis, quando pro ea accipiunt aliquam pecuniam l.si is qui bona in princ. & ibi Bar.ff.de pignor. dummodò pecunia per eos accepta conuersa fuerit in vtilitatem ciuitatis,secũdum glos.& Bar.in d.l.si is qui alias si pecunia non esset versa in vtilitatem Vniuersitatis, tunc ipsi administratores tenerentur,qua tamẽ actione,& qualiter probetur pecuniam versam in vtilitatem Vniuersitatis, vide Barto.& Iaso.in l.ciuitas ff.si cert.petat.& Negusan.in tract.de pigno.in 3.part. 1.membr.num.44. cum sequent. ob quæ debita sic contracta deueniunt Vniuersitates nedum ad paupertatem, sed etiam ad extremam necessitatem,quæ nedum indigent hac temporali dilatione,sed etiam remissione, maximè in his temporibus,taliter quod ipsis indigentibus solent creditores ipsarum in maiori tamen summa concedere hanc dilationem quinquennalem, petentes alios recusantes in minori summa condemnari ad concurrendum;dubitatum extitit si concedi possit,cum non habeant commune,vnde sa-

tisfieri posset; Et dicendum videbatur debere concedi, cum lex non faciat differentiam in d.l.fi. C.qui bon.ced.poss. inter vniuersitatem, & alias personas, sic cum hominibus sit concessum, vt ibi, & sub eorum nomine maximè in fauorabilibus Vniuersitas compræhendantur secundum Iaso.in d.l.si quis maior C. de transact. & persona ficta dicitur Vniuersitas, secundum Castr. in l.sicut §.primo, in princip. ff. quod quisquè vniuers.nom. in tantum quod si hoc non gauderent beneficio pro ipsarum debitis capi possent administratores ipsarum, secundum Castr.ibi; contrarium verius videtur dicendum, cum hoc miserabile beneficium dilationis detur miserationis gratia ratione impotentiæ, & infortunij, Vniuersitas enim vnquam dicitur impotens, & impossibile videtur quòd non sit soluendo, quæ & si in communi non habeat vndè satisfacere posset singuli de Vniuersitate sunt tunc exigendi ex impositione collectæ inter ciues, ipsis etiam inuitis, & hoc per superiorem parte instante, secundum Paul.de Castr.in l.prima §.primo ff. quod quisq; vniuers. nomine, quæ qualiter imponatur, & qui collectari possint, Alexand.in l.4.ff.de re iudic. & melius Afflict.in constitu.Regni incip. dubitationes iuris petitorum, Marant.in suo specul. in 6. parte vltim.actu num.51. vbi prohibet fieri executionem pro debito Vniuersitatis in vijs, theatris, & similibus, quæ sunt ad vsum ciuium, & ipsius Vniuersitatis, sed per impositionem collectæ compellitur Vniuersitas soluere, prout in dies videmus fieri, prout intendebat facere, & per ipsum non stetit in Ciuitate Regindæ Minoris quidam creditor, & hac ratione motus tenet Afflict. in const.Regni incip. super incisionibus numer. 34. versic, sexta dubitatio, qui loquitur respectû cessionis bonorum, scilicet quod vniuersitas cedere non possit bonis, nisi dicit ibi, quando debitum esset tale, quod omnes de vniuersitate non possint illud debitum soluere, tunc singuli de Vniuersitate cedendo bonis eorum liberantur; iuxta dict. l. fin.C.qui bonis cedere poss. quæ remedia à pari procedunt, similique beneficio singuli vti possent, prout in cessione bonorum facta debitorum diuisione, an autem ob defectum cessantis teneantur alij de ciuitate in impositione collectæ, quę temperanda est respectû pauperum, qui non collectantur, dummodò sint pauperes ea paupertate, de qua per prædictos in locis citatis, & Petrû Piccol.super Pragmat.collect. & bona tenent., & sic cessante ratione prædicta, cessare debet, & legis dispositio, cap.cum cessante de appell, in princip.licet secus in alijs Vniuersitatibus scholarium, fabrorum, & similium, secundum Aret. & Iaso.in §.fin.instit.de actio. & ita audiui fuisse decisum in Sac.Consi.Neapo.in causa dilationis prædictæ inter Vniuersitatem Nolæ, & illum de Lantaro, ex quo Vniuersitas semper dicitur esse soluendo, Crau.de antiquit.temp.4.p.nu.34.c.320.l.2.ff.de fund.dot.

119 Ad id quod modò dictum est de procuratore Fisci aduertendû est, quod respectû iudicij contumentiæ [illegible] eum, in quo petitur ipsum cum alijs condemnari ac [illegible] endum, tunc rectè procedit cum solo [illegible] procuratore habita præsentia Fisci patroni, quæ semper præsumitur in Tribunali, absque tamen eius consensu, cum omnes instantiæ cum procuratore fiant; sed si in dilatione ab eo concedenda tunc procurator sine aduocato, & aduocatus sine procuratore quicquam facere non posset, cum vtriusque consensus sit necessarius, aliàs actus non tenet Afflictus in constitu.Regni incip.præsides 7. not. & melius Carauit.in ritu j4. per totum; & sic intelligenda, quæ prædicta sunt, & ibi Carau.tres species procuratorum Fisci proponit nu.5. & à quo dependent, Et quæ curiæ habeant Procuratorê, & Aduocatum Fiscalem, an Episcopi, & Archiepiscopi V & Barones ibi Car.nu.11. (V)

Et aduerte quod in omni casu Fiscus potest conueniri ad concurrendum, cum pro pœna pecuniaria descendente ex delicto non teneatur côcurrere, cum in casu impotentiæ veniat resoluenda in corporalem, nàm qui non habet in ære, luit in corpus leg.final.ff.de in ius voc. cum pro ea ad miserabile beneficium cessionis bonorum non admictatur cum in his obligationibus, quæ ex delicto veniunt non sit locus cessioni bonorum leg. quicumque C.de seruis fugit.& Bal.in l.sed si ex parte in princ.ff.quod cum eo, quod intelligendum est procedere in pœna pecuniaria ordinaria descendente ex delicto, vt statuitur in l. angraria, ff.de termino moto, & alijs, secus quando pecuniaria pęna extraordinaria pro delicto venit imponenda, & in multa, pro contumacia, quia tunc non habet locum regula, quòd qui non habet in ære, luat in corpus, secundum Bart.in l. illicitas §. fina.ff.de officio præsid. nec tunc impeditur cessio bonorum, vide Phil.Franc.in cap. repræhensibilis nu.20.de appellat, & proceditur in tali causa, sicut proceditur in obligatione ex contractu, vel alia ciuili causa in quibus habet locum cessio bonorum, secundum Bald.in l.fina.§.& si præfatam versi.alij dicunt C.de iure delib.& sic habet locû quod supradictum est in quinquennali dilat. Et an id quod dictû est in Fisco respectu pęnæ pecuniariæ dependentis ex delicto habeat etiam locum in priuato, cui veniret applicanda pœna ipsa ex iuris dispositione sic dictante, prout in pluribus delictis sic statutum reperies, quo casu teneatur concurrere, vel luat in corpus in casu inopiæ parte reluctante concurrere, dic quod talis debitor non debet luere in corpus, sicut dictum est in fisco, si nô habet in ære parte acclamante, sed expectabitur donec ad pinguiorem fortunam peruenerit, sed si ad interesse conueniretur, siuè ex contractu, siuè ex quasi delicto, tunc concederetur aduersus eum dilatio, sicut conceditur cessio bonorum, cû à pari procedant in his miserandis causis, secundum Abb.in c.odoardus col.1.opp.i.de solut. Anfrer.in add.C app.Thol.q.61.& melius q.134 (X)

X

120 Iure statutum est vtilitatem publicam præferri priuatæ c.scias 7.q.1. maxime quando modica est priuata vtilitas l.2.§.parui putant ff.ne quid in loco publ.Ias.in l.1.n.38.ff.solu.matr. quam enim necessarij sint mercatores, alijq; negotiatores rerum comestibilium, & aliarum in bonis ciuitatibus, qui varijs ex locis eas adducunt, & annonâ côstituût ad ciuitatê, sine quibus, vix viuere posset, tm Alb.de Ros.in l.2.p illû tex.cû gl.2.ff.de nûo. Vn-

Vndè ad instantiam concurrentium creditorũ in maiori summa non debent hi mercatores, etiã in minori summa renitentes concurrere cogi ad concurrendum in venditione rerum comestibilium, cæterorum animalium, vini, ac piscium, & similium in pleno foro facta, & maximè si absque termino soluendi per venditorem ipsis emptoribus dato, quia statim eis venditione facta debet solui d.l.2.ff.de nund. & dicuntur æpulæ forenses l.eos iuncta glos.prima, & ibi Alber.ff.de nund. in quibus priuilegiatis casibus prædicta dilatio non cadit, etiam si venditores dederint emptoribus ad soluendum terminum cum eorum obligationibus, quia non censentur à suis priuilegijs discessisse, quia si emptores tali gauderent dilatione à cætero vectores mercatores ad ferendũ in ciuitatem victualia retraherentur, & semper præsenti pecunia sine termino solutioni præfigendo venderent, quod redundaret in grande ipsius ciuitatis incolarum damnum, & præiudicium non esset modicum, quod euitari debet per l.quoties vbi etiam Docto. & Iaso. ibi not.3.C.de precibus imper. offerend.

Et nedum de victualibus ad homines, sed etiã ad equos, & alia animalia, cum illorum appellatione hæc omnia compræhendantur l. verbo victus, ff.de verbor.signif. & Bald.consi.318. inchoante, Boer.decisio.296.num.6. & Vrsil.decisi.238 in princip. & hoc etiam ratione præsumptę fraudis ex vicinitate actuum, iuxta dicta per Bartol. in d.l.post contractum ff.de donatio. & supra explicaui, & ita aliàs fuit iudicatum in Magna Curia, dum quidam emisset equum in foro magno Ciuitatis Neap. & pro pretij solutione apocham directam campsori consignauit venditori, qui antequam pecuniam reciperet à campsore fuit ad instantiam quorundam creditorum maiorum in quantitate prædicti emptoris conuentus ad concurrendum, & ex prædictis fuit absolutus venditor ab impetitis per eos, & sic per arrestum coactus ad soluendum; Et meritò cum necessaria sint prædicta, non comprænhenduntur sub lege vniuersali, quæ in his non habet locum, secundũ glo.in l.item quamuis ff.commun. diu.

Nec locum habere debet dilatio ista quinquen-
121 nalis aduersus creditores recusantes concurrere ex causa depositi, quæ similiter priuilegiata est l. siquis vel pecunias C. depos. cum omni exceptione reiecta, & protestatione restituendum sit deponenti à depositario, cum tale instrumentũ publicum depositi habeat exequutionem paratam, ita quod non valeat aliquo modo impediri, ibi (illico reddere omnibus modis compellatur quàm celerrimè) quod intellige in deposito vero, secus in deposito, seù instrumento depositi cõfessati, quia confessus fuit aliquam rem habere depositam, quo casu tali priuilegio non gauderet Bald.cons.181. volum.3.Castr.in leg.penul. C.de pos. & Boer.in decisio.296.num.4. & decisio.295. num. 7. & 8. etiam quod depositum sit in pecunia numerata, quę non haberetur loco speciei, ex dictis per Salyc.in dict.l.si quis pecunias, & de Franch.decisio.551. & Caroc.in tract.de depos.in rub.de depositi probat.f.84. & in titu.de casu f.50. nu, 83.

Idemque iudicandum est in pensionibus locationum domorum, secundum Boer.in cita.decisi. sequitur Vincent.Caroc.in tract.loc. & cond. in ver.de beneplacito quæst. 16. vbi non tantum in his, sed etiã in vecturis, & mercedibus, quæ nec sequestrari possunt secundum eum, quia salarij, & mercedis materia fauorabilis est, cum iure diuino sit inducta, vt operarius sit dignus merce de sua, (non maneat merces operarij tui, vsque mane) Caroc.in cit.tracta.sub titul.de bonis quæ lib. quæst.1.num.7. & quoad sequestrationem intellige quando alia adsunt bona debitoris, super quibus posset sibi creditor satisfieri, aliàs si alia non sunt bona, vel si supersunt haberi possunt cum nimia difficultate, quo casu salaria officialium, & pensiones sequestrari possent authore prætore, ita Castr.in l.stipendia, C.de exequutione rei iudicatæ, & Caroc.in cita.tract. in titul.de sequestro quæst.3.

Et nedum in casibus prędictis, sed etiam in cõmodato, & præcario, in quibus similiter quæstio dominij restricari non potest per commodatariũ, iuxta l.si quis conductionis C.loc. & in alijs contractibus rem restitui, Paul.de Castr.in l.rem alienam ff.de pignor.act.Salyc.in d.leg.si quis conductionis Add.ad Abb.in c. inter dilectos de fid. instrum. & Caroc.in d.tract.in 6 p.remed.14.ad.
B d.l.si quis conductionis. (B)

Quoties namque valeat hæc quinquennalis di-
122 latio concedi ab eisdem creditoribus concurrentibus pro eisdemmet creditis eidem debitori aduersus eosdemmet creditores non concurrẽtes pro eisdemmet eorum creditis; videtur dicẽdum istud esse beneficium, quod ab homine conceditur mediante beneficio, & ministerio iuris, vt d.leg.fina. C.qui bonis cedere poss.quod quando sic procedit pro prima, & vnica vice tantum intelligitur l.boues, §.hoc sermone ff.de verborum significat. & l.dotis promiss.ver.fin.ff.de iure dot. vbi Bartol.dixit quod sermo simpliciter prolatus intelligitur de primo, est tex.in cap. non potest §. 1.de præb.in 6. & per illum tex. Alber. de Ros.in 2.par.stat.quæst.182.incip.quod per dominum fratrem Vber. circa finem dixit quòd si Vicarius Episcopi, vel Episcopus cõcedit alicui licentiam intrandi in claustro Monasterij Monialium, intelligitur de vnica vice tantum, & Alex.in consil. 8.volum.4.in 10.column.

Quod si Papa delegauit alicui, vt possit dare licentiam de alienando, vel dando in emphyteosim aliquam rem Ecclesiæ, dicit quòd intelligitur de vnica vice tantum, Angel. & alij in l.vtimur ff. de sepulcr.viol. quod si Princeps fecerit securitatem bannito veniendi, & recedendi intelligitur
C similiter pro vna vice tantum. (C)

Et Bald.in prohem.decre.7.colum.in fine notabiliter dixit quod si testator in testamento mãdauit bona sua distribui in maritandis mulieribus pauperibus, & sic ordinauit exequutores, licet sic indistincte disposuerit, si tñ esset aliquę mulieres viduæ, pauperes, & agenæ non possent eis aliquid dare, hæc enim dispositio intelligitur de primis nuptijs, non autem de viduis, & in capit. olim ex literis in 15. column. de rescript. & in cap.fin. 10.colum.de consuetud.si arbitris est data

potestas prorogandi terminum compromissi, intelligitur de prima, & vnica prorogatione tantú, nisi esset dictum toties, quoties; & Specul. in titu. de arbitr. §. excipitur ver. sed quid si fuerit actum in compromisso, & idem Bald. in l. licet C. loc. in 4. quæst. tenet quòd si aliquis conduxit molendinum destructum cum pacto reaptandi, vel reficiendi, intelligitur de prima aptione tantum; Vndè Bart. in l. cum quid ff. de ann. leg. & in l. eum qui. ff. de verbor. obligation. dixit, quòd si testator reliquit in testamento fratribus minoribus in festo Sancti Francisci vnam pietantiam, intelligitur semel tantum, & idem Bart. in l. hoc articulo, vlt. col. ff. de adult. de scholari.

Contrarium tamen est verius in materia, de qua agitur, quia in materia fauorabili debet fieri extensio in pluribus actibus, secundum Alexan. in cons. 171. 2. colu. 2. volum. maximè cum simus in dispositione legis, non hominis, vt d. leg fin. C. qui bon. quo casu fit extensio, & non tantum de vno actu, sed de pluribus intelligitur Alexa. in l. si cum dotem §. 1. ff. solut. matri. & in consil. 212 10. colum. lib. 2. sic Tiraquell. in d. l. hoc sermone, §. boues n. 90. ff. de ver. sign. & residet Scaglio. in rit. 283. in fin.

Hinc corollariè inferri potest ad quæstionem,
123 quam habui de facto dum quidam esset debitor in diem pro summa ducatorum centum vigore obligationis pœnes acta, quæ habet executionem paratam, & iam in termino non soluente debitore fuit accusata obligatio, ob quam iam incidit in pęnam ad rationem caroleni vnius pro quolibet ducato, deindè creditor ille prorogauerat terminum debitori, quo termino prorogato elapso debitor minimè etiam soluit, taliter quod creditor iterum accusat obligationem, an iterato teneatur soluere aliam pœnam, & fuit dictum quod sic; quia bis deliquit contraueniendo, vndè bis debet soluere pænam, ex Bar. doctr. in l. sepulchri dę sepulch. viol. Maran. in suo spec. in sexta, p. 6. & vlt. par. nu. 99.

Filius familias an concurrere possit dilationẽ
124 concedendo eius debitori, & vti maior in quantitate petere alios minores in summa renitentes concurrere compelli ad concurrendum cum eo, & hoc absque consensu patris, sub cuius potestate reperitur, & an iudicium sic agitatum valeat, ipsique dilationi possit pater dissentire; & in hoc sic dicendum, quod aut loquimur de debito contracto ex causa peculij Castrensis, vel quasi, & tunc filius familias habet integram personam, nedum concedendi hanc dilationem, sed etiam disponendi, & testandi, absque consensu patris, vt l. fin. C. qui testam. facere poss. & l. fin. C. de inoffi. testam.

Aut loquimur de debito contracto ex causa peculij profectitij, quo casu cum patri acquiratur quoad proprietatem, & vsusfructum nullum propterea potest per filium generari præiudiciú patri, cum in omnibus pater sit dominus, & quid quid acquirit filius, acquirit patri l. placet ff. de acquirend. hæred.

Aut loquimur de peculio aduentitio, & tunc, aut in eo pater habet vsumfructum, & tunc filius non habet integram personam standi in iudicio, iuxta l. fin. §. necessitatem. C. de bonis quæ liber. nec disponendi, & aliquid faciendi in præiudiciú patris, absque eius consensu, vt l. tam is §. 1. vbi Bar. ff. de donat. caus. mort. & Doct. in d. l. fi. C. qui test. facere poss. Eò maximè ex dispositione Pragmaticæ incipie. per Excellentem, cum de eius interesse tractetur;

Aut loquimur de peculio aduentitio, in quo pater nõ habet vsumfructũ, & eo casu filius nedũ integram personam standi in iudicio habet, vt in c. fi. ad finẽ de iudic. in 6. sed etiã disponendi absq; patris consensu tamquam moderator, & arbiter in re sua iuxta l. in re mand. C. mand. tàm inter viuos, quàm in vltima voluntate per viam donationis causa mortis, tamen non testandi, rationẽ differentiæ assignat Roman. in cons. 513. & Alex. in d. l. fin. & licet Pragmatica generaliter loquatur per illa verba, (vel contractus aliquos) quia intelligitur respectù bonorum, in quibus pater ius prætendit, cuius contemplatione fuit emanata Pragmatica, & ob eius interesse, quòd secus in alijs, & ita Carauit. in dict. pragmat. §. 11. num.
D 49. (D)

Quæ namque sint bona filij, in quibus patri (dico) aduentitijs non quæratur vsusfructus, vide auth. excipitur, cum sequenti auth. item hæreditas, & sequentib. C. de bonis quæ liber. & ibi glos. Castr. in l. prima, C. de bonis maternis, & Caraui. in ritu 201. & Ariu. Pinell. in d. l. prima, in 1. part. n. 9. & 12. fol. 78. cum nedum eo casu, quo quæritur patri vsusfructus filius non potest disponere, sed nec renunciare iuri quærendo in patris præiudicium, & si renunciat patri non præiudicat, ipseque solus agere potest ad illud ius per filium recusatum, in add. ad Bar. in l. cum multa
E C. de bon. quæ liber. (E)

Non enim potest proprietarius aliquid innouare in re, in qua alius habet vsumfructum l. sed & si quid circa finem cum ll. sequentib. ff. de vsufruct. taliter quòd dilatare tempus prædictũ quinquennale spectat ad patrem vsufructuarium, non filiũ proprietarium durante vsufructu; sic etiam ad quinquennium locare, leg. si quis domum §. 1. ff. loc. Vincent. Caroc. in tracta. loc. & conduct. in titu. de vsufructuario q. 2. num. 1. Cum in eo pater sit legitimus administrator, secundum Bald. & alios in l. prima, C. de bonis matern. & l. cum oportet C. de bonis quæ liber. ipsamque concedere tunc poterit pater, absque filij consensu, ipsiq; tunc filius stare tenetur, etiam moriente patre infra quinquennium, prout in locatione, Arius Pinellus in leg. prima, C. de bonis matern. in 3. par.
F nu. 63. (F)

Et nedum in locatione, sed etiam in pecunijs mutuo datis ad tempus, prout in tutore sic concedente l. si tutelæ ff. de administrati. tutor. & Pinell. ibi. quod secus in peculio castrensi, vel quasi, seu aduentitio, in quo patri non quæritur vsusfructus, glos. in l. vero procuratori, ff. de sol. cũ ei solui non possit tunc, quod filio debetur, vt ibi Bart. & glos. quod autem dicatur peculium castrense, vel quasi, & quod aduentitium, vel profectitium adeas Carau. qui melius quàm alibi in ritu 201. & Christof. Por. in §. 1. inst. per quas personas nobis acquiritur.

Et

Et alias fuit dubitatum an acquisita per filiũ
125 Actuarium,seù Notariũ dicatur quasi castren-
se,& de Notario loquuta est glos.in d.l.fin.in ver.
memorialibus,maximè Curiarum, & officialiũ;
Sed quid de Scriba, & Actuario, non Notario,&
in hoc text.in cap. quoniam contra de probatio.
& ibi glo.dicit quod duo scriptores habentur pro
Notario,& sufficit quod vnus scribat, & alius sub
scribat,secundum Abb ibi, & sic cum sit loco No
tarij scriptor habita alterius subscriptione eiusdẽ
Notarij,gaudere debet priuilegio illo,cum æqui-
paratorum eadem sit dispositio Bal.in l.2.C.de
G patribus,qui fil. & l.fin. C.de ind.vid.toll. (G)

Et quod dicitur de filio agente, & concurrente
dicimus procedere in filio conuento ad concur-
rendum,recusante concurrere, & sic regula præ-
dicta procedit,tàm actiuè,quàm passiuè d.l.fin.§.
necessitate,& ibi etiam glos.taliter quòd si sumus
in debito dependente ex peculio castrẽsi,vel qua-
si,vel aduentitio, in quo pater non habet vsum-
fructum,nec legitimus potest dici administrator,
quo casu legitimam habet personam filius standi
in iudicio, cum eo tantum erit procedendum, se-
cundum Afflict.in d.decisio. 180. & in alijs mi-
nimè procedi poterit cum solo filio,absque patris
consensu,aliàs iudicium erit nullum d.§. necessi-
tate,& Afflict.in d.decisio. qui patris consensus
pro Iudicis conualidatione, vbi necessarius est in
quacumque parte iudicij interuenire potest, se-
cundum Afflict.ibi cum patri,non filio exercitiũ
actionis quæratur,nimirum si filius agens, absq;
consensu patris tamquam is,cui minimè compe-
tit iuris exercitium frustra agere, & hæc dum-
modo filius sit maior, aliàs enim si minor esset
deputandus erit curator ad illam litem, secundũ
Docto.in d.§.necessitate;& si citatus est pater, vt
præstet assensum,& non comparet, sed latitat, &
contumax est,an iudicium teneat,quod sic,secun-
dum Bald.in dicta leg.fina.§. voluntate,Marant.
in suo specul.in 4.part.16.distioct.nume.30. cum
H sequent. (H)

Pone quòd filius sit creditor patris, ex quo for-
126 san creditori paterno soluit cum cessione iuriũ,
an pro eo,cum sit maior in summa concurrere
possit,& patri dilationem quinquennalem con-
cedere,& petere alios creditores paternos mino-
res in summa recusantes concurrere compelli ad
concurrendum,si sumus in filio, qui de castrensi,
vel quasi soluit, pro quo sit creditor paternus,
quia tunc repetit inuito patre,l.si dubitetur §.fin.
ff.de fideiuss.in eo enim,vt pater familias habetur
l.2.ad maced. & l.2.C.de cupress. vbi Barto.libr.
10. Et tanquam extranea persona habetur, se-
cundum glos.in l.si filius pro patre in ver. cum
solueret C.de neg. gest. si verò de profectitio sol-
uit,tunc de propria bursa patris soluisse videtur,
& tunc concurrere non posse, quia creditor non
denominatur,secundum glos.ibi, cum ipse pater
soluisse censeatur, & sui ipsius non possit esse cre-
ditor,& debitor,cum actio, & passio non possint
stare in eodem subiecto, leg. neque pignus,& ibi
Dec.ff.de regul.iuris; Quid autem de aduentitio
tunc si non animo donandi,sed repetendi à patre,
secundum Barto.in d.l.si filius,& ibi glos.verum
repetitio non datur tunc filio viuo patre, sed eo
mortuo per actionem familiæ herciscundæ, arg.
leg.cum oportet.C.de bonis quæ lib.& glos.ibi in
d.l si filius,taliter quòd isto vltimo casu inanis est
actio viuo patre, & sic paria sunt nullam habere
actionem,vel habere, & nullum producere effe-
ctum,vel quod per exceptionem infirmetur l.ni-
hil interest ff.de regulis iuris;& l.actiones cum
glos.ff.de act.& obligat. cùm nulla in his lis pos-
sit esse inter patrem,& filium l.lis nulla ff.de iud.
dum in patris potestate est; emancipatus verò po
I terit petita tamen venia. (I)

Nec obstat si diceretur regulam prædictam
habere locum, quando pater opposuit talem ex-
ceptionem iuris, aliàs si non opponeret præsenti
die diceretur debitor,& filius creditor,& concur
rere posset,iuxta glos.in l.si vnus §. pactus ne pe-
teret, ff.de pact. quam sequitur Bart. colum. an-
tepenulti. dicens,quòd si petij à te decem,in qui-
bus eras debitor meus, licet fecerim tibi pactum
de non petendo,nisi tu opponas exceptionem Iu-
dex te condemnabit,& ibi Paul.de Castr. colum.
fin. & alij sequuntur, Aret.in §.omnis colum.2.
inst.de verbor.oblig. quia vbi est fundata intentio
actoris, nisi exceptio ex parte rei probetur fertur
sentẽtia pro Actore, c.post electionem, & c.cum
super de concess.præbend. Nam respondetur qđ
hoc oppositũ non procedit,quando ex actis con-
staret exceptionem competere, quia tunc Iudex
supplere potest in his, quæ ex actis colliguntur,
secundum Dec.in l.non videtur cœpisse, ff.de re-
gul.iur.Iura enim hanc dant exceptionem aduer-
sus actionem filio in casu prædicto contra patrẽ
competentem, vt eo viuo non conueniatur, licet
L pater non opponat,Iudex supplet. (L)

Et nedum Iudex,imò creditores non concur-
rentes pro eorum interesse, quo casu opponere
possunt,etiam de iure tertij, maximè quando est
exceptio exclusiua intentionem agentis, secun-
dum Soccin.in leg.secunda,ff.de exceptio. rei iu-
M dicat.(M)

Vndè in fraudem facere dicitur pater ob com-
127 moditm repræsentationis in tempore,l.ait præ-
tor,§.si cum in diem,ff.quæ in fraudem creditor.
& sic esset præstare consensum filio agenti ad be-
neficium patris consentientis,quod non decet spe
cialiter,secundum Dec.& alios in leg.senium,C.
N qui testam.facere poss. (N) & quando possit pa-
ter renunciare vsufructui sibi debito super bonis
filij in præiudicium creditorum,in Add.Bar.in
O l.idem est §.sin autem,C.de bonis quæ lib.(O)

Quæ an procedant in creditore hypotecario
Negui.in tract.de pignor.in 4.part.4.membr.nu.
41.de Franch.decisio.14. & 101. Et quæ dicta
sunt,procedunt,siuè filius soluerit ex voluntate,
siuè ex necessitate,vt quia fideiusserat pro patre,
secundum Castr.in d.l. si filius; & quod soluit de
profectitio peculio, in quo pater habet vsumfru-
ctum,filius verò concurrens proprietatem, aliàs
autem si quoad proprietatem, & vsumfructum
peculium spectaret ad filium, prout supra nota-
tum est, tunc viuo adhuc patre exigere posset fi-
lius,secundum Castr.ibi. & successiuè concurre-
re,tamquam extranea persona,nisi animo donan
di soluerit, quod qualiter præsumatur, Add. ad
Bar.in l.1.§.1.in ver.respondeo ff.de don.& qđ di-
ci-

citur in castrẽsi, vel quasi, idẽ intellige, quãdo filius esset emancipatus, secundum Castr. in d. l. si filius, & glos. in d. l. actiones, & in alijs casibus ibi not per glo. & Specul. in tit. de actore §. t. vers. sed nunquid filius ponit casus, in quibus filius potest esse in iudicio sine consensu patris, quem refert Afflict. in decis. 180. Et ne dum quando filius pro patre creditori paterno soluit hæc procedunt, sed etiam quando cum ipso patre contraxit in casibus prædictis, in quibus habetur tanquam pater familias; quando autem præsumatur donatio, ipsaque valeat inter patrem, & filium vide Bart. & ibi in Add. in d. l. t. §. t. ff. de donat. quid autem in tutore soluente de suo durante tutela creditori pupilli, an interim dicatur creditor, & eius iura experiri possit, & sic concurrere, auth. minoris debitor C. qui tutores dant.

128 Solent enim concurrentes creditores maiores in summa concedere hanc dilationem quinquennalem debitori, ne dum respectù ipsius, sed etiam respectù eius fideiussorum, prout possunt, nam sicut permittitur ad beneficium principalis, ita & fideiussorum, prout quotidie videmus in libellis, & sententijs inde sequutis, vt pendente dilatione, nec ipse, nec eius fideiussores molestari valeant; & sic quæ dicta sunt primo loco procedunt, quando de fideiussoribus nulla facta est mentio in libello, nec sententia: modò debitor obtenta dilatione, iterum agnoscit debitum, ob quam tali beneficio sibi concesso non intendit vti: an talis recognitio afficiat ipsos fideiussores, ita quòd possint cõueniri virtute prædictæ recognitionis, nulla habita ratione quinquennalis dilationis concessionis; dic, quòd non, nam ius quæsitum fideiussori, etiam ex persona rei, non potest reus illi adimere, tex. est in l. fin. ff. de pact. quod tamen intellige quando ius de præsenti erat quæsitum; secus si non dum erat quæsitum, sed sperabatur acquiri, vt quia fuit intentatum hoc beneficium, & non dum concessum, tunc bene potest pacto rei impediri ne acquiratur fideiussori l. 3. §. si is pro quo, cum glos. ff. quod quisque iuris, Paul. de Castr. in d. l. fin. quem ibi sequitur Ias. t. col. vers. limita; & limita etiam nisi fideiussor ipse consentiat tali nouæ debitoris agnitioni, secundum Ias. ibi; de nouo dicitur debitum agnoscere, si de nouo promisit, vel partem debiti soluit, aut pignus dedit, vel fideiussorem de certa quantitate, aut summa, quam debet præstitit, secundum Bar. & alios in l. cum notissimi §. imò C. de præscript. 30. annorum, Boer. decis. 333. num. 3. & aduerte quód talis recognitio debiti, vt nouam producat actionem, & interrumpat exceptionem quinquennalem, requiritur quòd fiat de certa summa, aut quantitate, secundum glos. & Doct. d. §. imó super verbo interrupta, glos. in l. cum quis §. si quis pro reo in vlt. sol. ff. de solut. quam ibi Bart. & Paul. de Castr. sequuntur; vndè si debitor de nouo promittit quod debet, non expressa certa summa non videtur sibi præiudicasse in exceptione quinquennali, secundum Doct. prædictos & Boer. in cit. decis. An autem ista tacita recognitio, seu expressa inducat tacitam remissionem, ac renunciationem quinquennalis dilationis concesP sa, vide quæ inferius tractabimus. (P)

Hinc nota quòd si filius familias accepit mutuo pecuniam, pro qua dedit fideiussorem, cui iam 129 quæsita est exceptio macedoniani, quòd mutuũ reconciliatur patre ratum habente l. fin. C. ad Macedon. nunquid pater possit hanc facere ratificationem in præiudicium fideiussoris, quòd sic, nam illa ratihabitio initium contractus respicit, & influit ipsi initio virtute obligationis, vndè cum reconcilietur in principali, reconciliatur etiam in accessorio l. si quis pro eodem §. si quis nũmos ff. de fideiuss. ita Bald. in d. l. fin. iuxta princ. & Caualc. in decis. 3 t. num. 33. 1. part. vbi etiam factus sui iuris potest talem facere ratificationem; sed quis præferatur in bonis, primus creditor per ratificationem sic factam, vel secundus qui contraxit cum eo facto sui iuris, ante tamen ratificationem, Caualc. in cit. decis. num. 34. vide adhoc not. per Dec. in l. contractus ff. de regul. iuris, & l. bonorum Q vbi Bart. ff. rem ratam hab. (Q)

130 Quid dicendum si in petitione est dictum de fideiussoribus, in sententia autem est ommissum per iudicem. ex quò tantummodo respectù debitoris concessa est dilatio, & nihil dictum de fideiussoribus, an eo casu teneat sententia, etiam respectù debitoris, & sic pro parte valeat sententia, vel dicatur casus ommissus, vt iterum respectù ipsorum iudicari possit, vel tacitè absoluti non concurrentes respectù fideiussorum, vel valeat tàm respectu principalis, quàm fideiussoris, & sic tacitè cõpræhendatur in sententia, in hoc dicimus negotiũ prædictum, & causam esse diuiduam, eum aliud sit respectù principalis, & aliud respectù fideiussorum, quo casu iudex potest pronũciare super vna parte eorum, quæ deducta sunt in iudicio, & sententia valet pro ea parte, & sic respectù principalis; respectù verò fideiussorum, videtur supersessum, & sic non censentur absoluti, nec condemnati, taliter, quod respectù ipsorum poterit alia die pronunciari, an gaudere debeant dilatione prout principalis, vel ne, vt in l. non idcirco in princ. & ibi Bart. & alij ff. de iudic. & Bart. in l. quinta §. fi. vers. pone quod vnus ff. de verb. obligat. nam quando iudicium contra plures est captum, respectù vnius potest sententia ferri, & respectù alterius iudicium differri, Castr. in l. t. num. 8. vers. item procedit C. si aduers. rem iudic. & Vant. in tract. de de null. in rubr. de null. ex defectu process. num. 100.

131 Et licet non in omnibus gaudeat fideiussor beneficio principali reo concesso; tamen quando lex, vel statutum omninò prohibet totalem obligationem, ex qua nec ciuilis, nec naturalis nascitur obligatio, prout est in furioso, prodigo, infante, & in eo, cui bona sunt interdicta, nam istis non potest accedere fideiussor, & si accedit nulla est obligatio l. is cui ff. de verb. oblig. l. pupillus ff. de cond. in deb. & l. pupillus ff. de act. & oblig. sic dicimus in filiofamilias, qui omnino prohibetur contrahere in vita patris sine eius expresso consensu, aliàs nullus est contractus, quo casu si in eo accedit fideiussor nulla erit obligatio fideiussoris, cum ex tali contractu nulla nascatur obligatio, nec ciuilis, nec naturalis, cum sit ille, qui non habet consensum, sicut in macedoniano, quod venit ampliatiuè ad Pragmaticam incip. per excellentem l. sed si pater §. non solum, & ibi glos. ff. ad macedon. pro qua vide

vide Caualc.in decis.31.1.part. verum datur tunc cautela creditori contrahenti cum filio fam. contra formam prædictæ Pragmaticæ per excell. vel alio prohibito contrahere, vt fideiussor ibidem intercedens remaneat adhuc obligatus non obstante, quòd contractus sit nullus, vel veniat annullandus respectù principalis, prout refert Carau. in ritu 200. & melius Caualc. in d. decis. vt fideiussor se obliget pro filio fam. & soluere promittat casu, quo talis filius, vel minor non soluerit, vel non probauerit souere iustitiam, vel obliget se soluere in casu succumbentiæ, aut euictionis ipsius filij, pro quibus obseruandis obliget se ipsum, & eius bona, vel se principaliter, & insolidum, & cum iuramento promittat; secus si se obligasset, vt fideiussor, & insolidum sine illa dictione principaliter, per text. in l. sed. & si is C. de præd. minor. & Ca-
R ualc. in cit. dec. (R)

132 Si debitori creditor vti maior in summa concedit hanc quinquennalem dilationem, pro qua summa intercesserat fideiussor ad certum tempus, an per huiusmodi prorogationem termini sic factam per concessionem huius quinquennalis dilationis intelligatur liberatus fideiussor, quando sic est actum, & dictum de prorogatione in concessione dilationis, quo casu sic distinguunt doctores, quòd aut sumus in termino finiendæ obligationis, prout dicimus in conductore conducente domum vsque ad annum, pro quo intercedit fideiussor si prorogatur annus ad alium annum ignorante fideiussore, cum adueniente termino finiatur obligatio fideiussoris absque eius consensu amplius nõ reuiuiscit l. fin. ff. de pact. l. si cum hærmes C. locat. l. item quæritur §. qui impleto ff. locat. Doct. in l. si vous ff. de pact. & in singul. casu dixit Dec. in cõs. 107. Aut loquimur in termino destinato ad soluendum, tunc eo elapso fideiussor non liberatur, imò remanet obligatus, & constituitur in mora, ita Ias. in l. 1. vbi concordantes allegat C. de iudic. Dec. in cons. 92. cum suis qualitatibus censetur facta prorogatio, Vrs. decis. 110. in fine, & isto casu dicitur, quòd fideiussor ista gaudet dilatione concessa debitori, quia obligatio fideiussoris est accessoria ad principalem obligationem §. fideiussores inst. de fideiuss. Accessorium autem sequitur naturam suæ principalis obligationis, regul. accessorium, lib. 6. si igitur principalis obligatio renouatur, meritò & fideiussoria eidem accessoria Caroc. in tract. loc. & conduct. in tit. de renouat. locat. q. 23. nu. 21. quia prorogatio termini censetur facta cum omnibus qualitatibus, accessionibus, hypotecis, & fideiuss. modò quo supra, & Bal. in l. leg. lege C. loc. & propriè prorogatio dicitur fieri quandò non dũ est finitum tempus primo loco concessum, arg. l. sed si manente ff. de precar. Alex. & Ias. in l. 4. in princ. ff. de damno infect. Lanfranc. de oria. in tract. de arbitr. col. 7. vers. prorogatio, quia nihil aliud est, quàm prioris termini extensio, & Socc. cons. 99. col. 2. vers. ex quibus clarè infertur vol. 3. & Boer. in decis. 294. in princ. taliter quòd sub termino isto prorogationis compræhenditur, & fideiussor, & Vincen. Caroc. in d. tract. loc. de renouat. locat. q. 13. in fine, & Ias. in d. l. 1. quia nouatio prioris obligationis, & contractus nunquam fit, nisi expressè agatur, iuxta l. fin. C. de nouat. Contrarium videtur dicendum, cum ea, quæ dicuntur in noua dilatione concessa per creditorem debitori militent in prorogatione, cum idem significent in effectu, & sicut fideiussor in casu prædicto non liberatur per prorogationem factã debitori post dilationem finitam, sic neque dilatione concessa durante primo termino, quæ prorogatio dicitur propria ex dictis per Ias. in cit. loco, & Aufre. in Add. Capp. Tholos. q. 181. & Caroc. in cit. loco q. 22. nu. 7. & per totam; & sic ea, quæ dicta sunt respectù fideiussoris in dilatione quinquennali militant in casu prædicto prorogationis, quæ à pari procedunt in essentia.

133 Illud tamen sciendum est quando debitor effectus est per prorogationem termini non soluendo prout erat tempore solutionis, & facilis erat exactionis, cuius namque periculo erit, & an fideiussor tunc teneatur vltra ea, quæ dicta sunt supra, vide Caroc. in cit. loco d. q. 22. num. 9. & Thessau. decis. 125. num. 12. vbi necessariam refert esse protestationem fideiussoris se nolle vlterius teneri & prædictam distinctionem affirmat maximè existente clausula, quòd salua sint iura primæ cautelæ; Ego puto contrarium esse de iure verius, & sic primam opinionem veriorem, nám aliud est de nouo concedere dilationem finita prima, & aliud est prorogare primum terminum solutionis sine interuentu nouæ stipulationis, vt tenet Iacobin. in d. l. 1. C. de iudic. quo casu fideiussor non liberatur vt refert Thess. in cit. decis. num. 15. ea enim potissima ratione, nam mora principalis nocet fideiussori l. mora ff. de verb. oblig. vnde si prorogatur terminus solutionis principali, censetur etiam prorogatus fideiussori, ne committatur mora, vt in [illegible] still. Abb. in c. constitutus in fine de fideiuss. & sic cum omnibus qualitatibus censetur prorogasse, prout in primo termino vt supra: in noua verò dilationis concessione non videtur habuisse respectũ nisi ad principalem debitorem, cui tantum specificè concessa est dilatio, ex quo si voluisset concedere, & fideiussori, vtique expressisset, quia actus agentium non debent operari vltra voluntatem, & intentionem eorum l. non omnis in princ. ff. si cert. petat. & sicut dubitant Doctores, prout Iacobin in cit. loco quòd per nouam termini concessionem mediante stipulatione liberatur fideiussor, quòd secus in simplici prorogatione, & sic maior ratio est in nouatione, quàm in prorogatione, secundum Apostill. Abb. in cit. loco vnde concluderem quòd facta temporis prorogatione simpliciter principali, censetur facta, & fideiussori. secus si nouam facit dilationem, licet infra tempus primi termini, & sic militant, quæ dicta sunt in dilatione vt su-
S pra. (S)

134 Hinc corollariè infertur, quòd si dun sint rei debẽdi insolidum, pro quibus fideiussit Titius, modò hic creditor vti maior in summa concedit hanc dilationem quinquennalem vni ex his debitoribus, & fideiussori Titio, vel ad sic concurrendum condemnatur vti renitens, & minor in summa ad instantiam alterius eorum creditoris, hac quinquennali dilatione pendente hic creditor non valens agere contra hunc debitorem correum ob dilationem, nec contra eius fideiussorem, intendit proindè agere contra eũdem fideiussorem Titium, non

vt

vt fideiussorem eius, qui dilationem obtinuit, sed vti fideiussorem alterius correi debendi, cui dilatio non fuit aliter concessa, & sic si vna via prohibetur, an altera censeatur concessa; Dic quòd aut totam pecuniam per hos correos debitam in veritate constat ad illum correum, cui fuit dilatio concessa peruenisse, quo casu hic correus dicitur tacitè fideiussor, secundum Hyppol. in sing. 2. & Add. Bart. in l. Marcellus ff. de fideiuss. & exceptionem excussionis opponere posset saltim, quòd eius expensis excutiatur, & isto casu cum non possit conueniri talis correus, ex quo dilatio prædicta concessa prædicto correo debendi sibi prosit, cum intersit ipsius correi huic alteri prodesse, ex eo quod solutum per eum tali creditori repeteret à prædicto correo saltim actione negotiorum gestorum, secundum Thess. etiam absque cessione, vt in eius decis. 191. siuè ex lucratiua, siuè onerosa sint correi debendi, & sic per indirectum pateretur molestiã, si correus non gauderet hac eadem dilatione, secundum Bart. in l. ex duobus ff. de duobus reis, & melius Papiens. in sua praxi de forma libell. contra plures reos deben. vers. quilibet insolidum num. 11. siuè sint socij, siuè non, secundum eum, & eo etiam casu similiter gauderet fideiussor, quia sic fuit sibi concessa cum eius principali, ne in plus obligetur quàm principalis l. hi qui access. ff. de fideiuss. & Papiens. citato loc. num. 9. & sic nihil operaretur dilatio si talis aduersus correum fieret exactio, si verò tota pecunia peruenit ad commodum istius correi, tunc totum incommodum debet esse suum, taliter quòd alter correus, qui habuit dilationem diceretur fideiussor, vt supra respectù ipsius, & si solueret nihil exigeret, à correo, secundum Thessaur. in cit. decis. num. 7. meritò cum non intersit ipsius correi alter eius dilatione gaudere non debet, secundum Papiens. in cit. loco num. 11. sic nec eius fideiussor ex persona ipsius, cum primo loco concessio dilationis factæ huic fideiussori fuerit correspectiua ad personam sui principalis debitoris correi, ad quam habuit respectù creditor, & successiuè ad dictum eius fideiussorem, ne in futurum à fideiussore ipso incommodum pateretur, vt suo loco diximus, vndè ille actus non debet operari vltra eius intentionem d. l. non omnis ff. si cert. pet. & sic poterit isto casu ex persona istius correi conueniri ad solidum fideiussor, prout posset eius principalis; Si verò ad vtrumque peruenit, tunc proportionabiliter ab alio portionem dari, secundum Thessau. ibi, & pro ea parte interest huius correi ne molestetur alter correus, & quatenus huius paciscentis ex dilatione gaudentis interest, eatenus alter correus gaudebit dilatione, secundum Papiens. ibi, & successiuè eius fideiussor; Et si non constat ad quem peruenerit, tunc ad vtrumque pro parte præsumitur peruenisse, iuxta l. vir vxori §. fin. ff. ad velleian. Boer. dec. 23 num. 10. per text. in l. reos §. cum in tabulis ff. de duobus reis, & militat præcedens dispositio, secundum Papiens. ibi, quòd si ad neutrum peruenit, quia ex vnius solutione alter liberatur æquum est, vt qui liberationis commodum sentit, is etiam incommodum solutionis ferat pro parte, Thessaur. ibi in fine, & eadem in hoc procedit ratio, de qua supra quandò pro parte constat ad vtrumque per-

135 uenisse, & in casu prædicto quando non constat ad quem peruenerit, an procedat respectù patris, & filij, an ad patrem tantum, quando filium gubernabat, & è contra, quando pater à filio gubernatur Aret. in §. est & aliud inst. de donat. Boerius tamen in cit. decis. contrarium refert, licet æquitatis sit, quòd ad gubernantem præsumatur peruenisse, quæ æquitas cum non sit scripta rigor iuris seruandus erit, nisi aliter probaretur; Et an sufficiat indemnitas facta ab altero alteri correo, & sic per eam arguatur ad promittentem indemnitatem totam peruenisse pecuniam, vel quòd alter correus ex post facto sic declaret ad eum totam peruenisse pecuniam, Add. Bart. in l. si constante §. quoties ff. solut. matrimo. Paul. de Castr. in l. sciâ ff. ad Velleian. & ita audiui fuisse decisum in Sacro Consilio referente Magna Curia in causa Ioannis Antonij de Fusco, cum Scipione della Valle, & Nicolao Antonio de Martino, Actuario Terracciano.

136 Debitor si dilatione quinquennali pendente concessa per maiorem creditorum numerum moriatur, an ad eius hæredes transeat beneficium illius dilationis, ita quòd durante termino non valeant molestari à prædictis creditoribus, prout molestari non poterat defunctus Alexan. in l. quia tale ff. solut. matrim. refert quando priuilegium est concessum alicui, & eo viuente cæpit competere, & illud defensionem, vel exceptionem peremptoriam continet, vt à creditoribus non possit conueniri, tunc ad hæredes transit, quia cæpit exceptio causata à priuilegio suo sibi competere l. 3. §. quod autem ff. quod quisque iuris; Aut inducit defensionem, vel exceptionem temporalem, & dilatoriam. & tunc non transit, & eò magis cum hoc beneficium dilationis dicatur potius ius iniquum l. si quis iniquum ff. quod quisque iuris, & Afflict. in decis. 61. quòd eo casu non transit ad hæredes l. in omnibus causis ff. de regul. iuris, & Ias. in l. 3. §. quod autem num. 1. ff. quod quisque iuris, & pactum temporale non transit ad hæredes l. si inter debitorem vers. neque vllo iure ff. de pact. contrarium de iure puto esse verius: cum hæc exceptio rei iudicatæ respectu huius dilationis obstare debet hæredi, & contra hæredem l. si mater §. eadem ff. de except. rei iudic. & factum cum defuncto operatur respectù hæredum l. si pactum ff. de probat. hæreditas enim cum sua causa, suisque vitijs transit in hæredes, nec in plus tenentur hæredes creditoribus, quàm defunctus, & beneficia adepta per defunctum transeunt ad hæredes quotiescunque agendo, vel excipiendo competunt l. non solum ff. de in integrum rest. ita Bald. in l. fin. in fin. C. qui bonis cedere possunt, & in Sacro Consilio Neapol. dum fuisset tentatum hoc, non fuit aliter decisum, ex quo non est verisimile, vt quis adeat simpliciter hæreditatem eius, qui moritur pendente dilatione quinquennali, & concessa, quæ nisi oneratis debitis conceditur, testatur de Franch. dec.
T 179 num. 8 (Γ)

137 Quæ an militent respectù hæredis, qui adijt hæreditatem prædicti defuncti sic morientis dilatione pendente quinquennali cum beneficio legis, & inuentar. quòd non, ea enim fuit ratio concessionis huius dilationis, ne debitor in carceribus morietur,

rietur, & vt infra hoc tempus dilationis potuisset acquirere, vel quæsita augere, ex qua acquisitione creditores omnes commodum consequerentur, & non lædentur creditores conueniri, nisi in tempore, quæ læsio modica est, quo elapso poterit procedi & ad venditionem bonorum, & ad capturam personæ, quod cessat mortuo debitore principali, & talis heres cui beneficio legis, & inuent. non tenebitur vltra vires hæreditarias, & sic postquàm talis hæres non potest esse in damno, non tenentur hi creditores expectare quinquennium, ex quo in nihilo possunt releuari, & talis hæres nec debet esse in lucro ex hac dilatione, & licet fructus, quos interim percipiunt tenentur hi hæredes restitue-

138 re creditoribus, secundum Phanuc. de Phanuc in tract. de inuentar. in 3. part. à num. 36. cum sequen. tamen in ipsorum restitutione magna requiritur discussio, & ita iudicauit Sacrum Consilium Neapol. teste D. de Franch. decis. 179.

139 Quid dicendum si debitor prædictus pendente dilatione quinquennali sibi concessa effectus sit monachus, an adhuc hi creditores teneantur expectare lapsum quinquennij, vel conuenire valeant successores, proximiores in gradu, qui succedent monacho, si monasterium non est de ordine successibili, vt fratrum minorum, vel similis ordinis, secundum Doct. in auth. ingressi C. de sacr. sanct. eccles. & Ias. in auth. si qua mulier in fine C. de sacr. sanct. eccles. quia monachus quoad mundum habetur pro mortuo, & talis mors ciuilis in omnibus sic operatur, sicut naturalis, vt in c. placuit 16. q. 1. & in hoc casu erit iudicandum prout diximus de hæredibus prædictis in casibus prædictis: pòstquàm per ingressum monasterij non liberetur à contractu debiti ante ingressum secundum Abb. in cap. 1. de eo qui furtiue ordinem suscepit, sed si monasterium est de ordine successibili, & retinere potest bona in communi, vel particulari, quo casu monasterium non iure hæreditario succedat monacho, sed ad illud pertineat iure acquisitionis naturalis, & eo casu adhuc durat beneficium dilationis, cum ipse monachus pro dictis debitis conueniri possit, & debeat, & non monasterium, vt in auth. causa quæ fit cum monacho C. de Episcop. & Cleric. & Bart. in d. auth. si qua mulier num. 15. C. de sacr. sanct. eccles. in tantum quód ecclesia non tenetur pro debitis monachi in totum sicut heres, sed eatenus, quatenus ad eam peruenit, secundum Bart. ibi, & Abb. in cap. in præsentia de

V probat. (V) & hoc ad cognoscendum ad quid teneatur Ecclesia finita dilatione.

140 Et coram quo conueniendus est Clericus factus post debitum contractum. Aliqui ex nostris dixerunt debere attendi statum, & tempus obligationis, & contractus, quo subijciebatur foro seculari, quemadmodum in delictis, secundum Bart. in l. 1. ff. de pœnis; Magna Curia pluries determinauit contrarium, & nunquam voluit in eos manus imponere, per ea, quæ not. Alexan. in l. nemo potest col. 8. vers. habes, & ex dicta glos. 2. num. 32. ff. de leg. 1. vbi si post contractum quis efficeretur Clericus, quód non potest conueniri, nisi in foro Episcopi, dummodó non in fraudem fecerit, vel si antè clericatum post obligationem contractam fuerit præuentus a iudice seculari, per text. in l. si quis postea ff. de iudic. sequitur Ias. ibi col. penul. num. 121. & quando fiat præuentio, vide glos. in c. proposuisti in vers. præuentus de foro competent. de quo per dictum de Franch. decis. 209. Et in causa Pauli Palumbi, fuit decisum in Magna Curia effecti Clerici in sacris post delictum, qui fuit remissus, Actuario de Petris.

Quid è contra si tempore Clericatus contraxit, & demum effectus est laicus, quòd debeat remicti testatur Gramm. decis. 10. ad Iudicem Ecclesiasticum, per ea quæ dixit Bald. in l. affinitatis C. commun. de success. & idem fuit determinatum in causa Vespesiani Paulilli, vt refert Francis. Anto. de de Maczia in add. Francis. Anto. de Iudic. in tract. liquid. instrum. consid. 4. num. 71. dicit tamen ipse quód semper teneret contrarium per illud dictum Alexan. in d. l. nemo potest, quód attendi debet status, quo conuenitur; & ad Grammat. respondet, quòd ibi per prius ius erat quæsitum Iudici Ecclesiastico per citationem, vel informationem, & propterea per mutationem status non poterat præiudicare iuribus Iudicis Ecclesiastici, cui per prius subijciebatur, & in his terminis iudicauit Sacrum Consilium in d. causa Vespesiani Paulilli, qui fuerat præuentus à Iudice Ecclesiastico, de qua vide per D. de Franch decis. 417 De clerico verò succedente laico corã Ecclesiastico conueniendus est, iuxta not. in auth. vt omnes obed. iudic. §. li. et considerantes, sequitur Anto. à Canario in tract. de exequut. instrum. q. 47. num. 96. & si iudicium erat cæptum cum defuncto, tunc instantia transit ad heredem etiam Clericum coram eodem met iudice laico l. hæres absens, & ibi Doct. ff. de iu-

X dic. (X)

141 Et quæ dicta sunt in hærede debitoris morientis dilatione quinquennali pendente, an procedant in hærede creditoris, qui concessit dilationem, & moriatur dilatione pendente, & sic ei teneatur stare talis heres, quòd sic, cum exceptio rei iudicatæ in hac materia dilationis obstet hæredi, & contra hæredem l. si à te §. Iulianus, & l. exceptio ff. de except. rei iudic. item factum cum defuncto operatur respectù hæredum l. si pactum ff. de prob. etiã quòd expresé non dicatur, & hæres tenetur habere rata facta per defunctum l. cum à matre C. de rei vendic. & faciunt dicta per D. de Franch. in d. dec. 179. in princ. & in dec. 83. in hærede cum beneficio inuentarij:

142 Hinc nota, quòd illa regula, quæ se habet, quòd singularis successor non tenetur stare colono, procedit etiam è contra, scilicet quòd conductor non tenetur stare emptori, & sic singulari successori l. quod fundum ff. locat. tamen quando venditor cedit emptori omnia iura, & facit eum procuratorem in rem propriam; quòd eo casu conductor tenetur stare emptori, Bart. in d. l. quod fundum in fine, & Vital. in tract. clausul. fol. 70 t. ver. cedit em-

A ptori:(A)

143 Et quæ dicta sunt in hærede prædicto, an procedant respectù fideicommissarij, vt si hæres rogatus restituere hæreditatem alteri antè euentum restitutionis fideicommissi debitori hæreditario hanc concesserit quinquennalem dilationem, qua pendente venit casus restitutionis fideicommissi si huic dilationi per hæredem concessæ talis fidei

com-

commissarius stare teneatur, ex dispositione text. in l. lex vectigal. ff. de pignor. quòd resoluto iure datoris, resoluitur ius acceptoris, videbatur dicendum non teneri, cum fideicommissarius in casu restitutionis non veniat, vt hæres primi hæredis, quo casu teneretur habere rata facta defuncti, iuxta d. l. à matre, sed vt hæres testatoris, cui dicitur succedere, & non hæredi l. cohæredi §. cum filiæ ff. de vulg. & pupill. subst. & de Franch. decis. 153. num. 19. cum aduersus alienata per hæredem detur auocatio l. fin. C. commun. de leg. & l. fin. & ibi Doct. ff. de leg. 2. quæ non daretur, si vt hæres primi hæredis succederet: Contrarium videtur verius, cum hæc dilatio quinquennalis, quæ à creditoribus debitori conceditur miserationis gratia concedatur ob miseriam, & paupertatem debitoris, & in hoc adhuc vtilitas concedentium versatur, ne cedat debitor bonis, ne latitet, habeant quod conueniant, lucretur, & de quæstu creditoribus satisfaciat, vt supra explicauimus, & de Franch. cit. decis. 179. & in hoc aliqua non potest applicari culpa, vel dolus hæredi, imò necessitas, taliter quòd potius vtile, quàm damnum hæreditati infertur, & ne dum dilationem concedere, quæ in modico lædit ius partis, sed etiam compromissum facere poterit super rebus, & iuribus hæreditarijs, & fideicommissarius tenetur ratum habere tanquàm bene fecerit hac necessitate ductus, & sic sponta nea non dicitur concessio, quo casu præiudicare non posset fideicommissario, secundum Castr. in l. facta §. si hæres ff. ad trebel. sed causatiua, & necessitatiua, secundum eum, sicut potest alia facere, quæ concernunt administrationem, cum sit dominus pleno iure, & omnia fideicommissarius tenetur ratificare, & nedum in arbitrium, sed etiam in arbitratorem, cum ad restitutionem sit dominus, & plenus administrator secundum Castr. & Angel. in l. cum hæreditas ff. ad Trebell. facit l. præses C. de transact. Et sententia lata contra hæredem nocet fideicommissario, etiam non citato, cù hæc iudicium esset inchoatum cum persona legitima, & sic de pactis, & transactionibus, vide Castr. in l. si patroni §. fin. ff. ad Trebell. In tantum quòd talis fideicommissarius tenetur stare colono hæredis Alber. de Ros. in l. postulante §. 1. ff. ad Trebell. Vinc. Carocc. in tract. loc. & conduct. in ver. successore q. 10. Et opposita habent locum in alienatione, quæ magis afficit, vt cit. iuribus, maximè hæc procedunt si actio erat quæsita per hæredem

144 post mortem testatoris, quæ neque venit in restitutione accessione, nisi expressè agatur, ex quo si quis cesserit omnia iura alicui, quæ habet, vt hæres, quæ hæres habet, & contraxisset occasione rerum hæreditariarum, sed solum venient actiones quæsitæ per defunctum, quia illas habet vt hæres, sed prius habet, vt ipse, vnde dat cautelam Castr. in l. cum hæreditas la 1. ff. ad Trebell. vt cessionarius in instrumento cessionis faciat apponere omnes actiones, quas habet occasione rerum hæreditariarum, post autem restitutam hæreditatem minimè in hoc potest se intromittere hæres in præiudicium fideicommissarii, Castr. in l. facta §. 2. ff.

B ad Trebell. (B)

145 Quid iudicandum in dilatione quinquennali cô cessa per patrem vti vsufructuarium, & legitimû administratorem bonorum filij in potestate debitori filij, si adhuc durat, eique stare teneatur filius mortuo patre, iam statutum est de iure patrem habere vsumfructum in bonis filii ex quocunque titulo peruentis præter certos casus exceptos in auth. excipitur cum sequent. & ibi per glos. C. de bonis quæ liber. & præter peculium castrense, vel quasi, in quibus similiter caret vsufructu secundum Castr. in d. l. 1. C. de bonis matern. & Carau. in d. ritu 201. & ibi benè explicat, quòd dicatur peculium castrense, vel quasi, & in his bonis, in quibus habet talem vsufructum pater dicitur etiam legitimus administrator, & nedum in immobilibus, sed etiam nominibus debitorum, secundum Bald. in l. postquam omnium ff. de vsufructu earum rerum, quæ vsu consum. In tantum quòd si filius ipse est hæres patris, non est dubitandum omninò stare debere pactis, & conuentis per patrem, ne dum respectu huius dilationis, sed etiam dispositionis, & alienationis, secundum Castrens. in d. l. 1. C. de bonis matern. & d. l. cum à matre C. de rei vêdic. sed si secus esset, tunc in bonis, in quibus pater non habet vsufructum in his aliquid præiudiciale statuere non potest sine consensu filij, cum in his legitimus administrator non dicatur, secundum Doct. ibi, & Car. in cit. ritu num. 6. Dubium stat quando pater habet vsufructum, & legitimus tunc dicitur administrator, nec patris hæres extitit vel extitit cum beneficio tamen legis, & inuentar. secundum Doct. in d. l. cum à matre, & Phanu. de Phan. in tract. de inuen. 7. par. n. 1 to. & 147. an tunc resoluto iure datoris, resoluatur ius accipientis, iuxta l. lex vectigal. ff. de pign. & Bart. in l. in diem ff. de aqua pluu. arcen. & Guid. Pap. decis. 575. & Boer. decis. 181. & sicut extincto vsufructu per alterum ex modis notatis in §. finitur instit. quibus modis vsusfruct. finitur extinguitur locatio facta per vsufructuarium de vsufructu, eique proprietarius stare non tenetur, secundum Alexa. in l. cum filiosfam. §. si vir in quinquenn. ff. solut. matrim. sicut neque vendere, neque obligare poterit, sed intacta filio conseruare d. l. quicquid; contrarium est verius, quia pater est legitimus administrator filij, etiam eo inuito d. l. 1. C. de bonis maternis cum ibi not glos. in l. non solum §. si pater ff. de procur. lex enim multum confidit de persona patris in filium, vt salubrius consilium ad fauorem filij præsumatur eligere l. nec in ea ff. de adulter, etiam si faceret actum, qui prima fronte non videretur vtilis filio, per Bart. in l. 1. ff. de vulg. & pupill. in tantum quòd pater ipse ex causa potest alienare bona filij minoris absque decreto curiæ, quòd fit modò respectu dilationis, vt pluries diximus, adhuc & ad beneficium creditorum redundat, cum modici ad huc dicatur præiudicij dilatio, & sic præsumitur patrem potius ad commodum filij fecisse; Item

146 si possunt tutores, & similes, vt supra, multò magis, qui longè plus potest, nam sicut potest pater locare bona aduentitia prædicta, in quibus est legitimus administrator ad modicum tempus, eique filius stare teneatur, secundum Caual. in tract. de vsufructu, à marito vxori relicto num. 176. fo. 345. & Caroc. in tract. loc. & conduct. in ver. patria potestate q. 4. num. 4. sic & dilationi prædictæ, quæ ex causa conceditur respectu paupertatis debitoris, & com-

causa conceditur respectù paupertatis debitoris,
& commodum creditorum, & nedum prædictæ
locationi ad modicum tempus, sed etiam ad lon-
gum tempus, ex causa tamen vtili, vel necessaria
factæ filius stare tenetur, & causam vtilitatis assi-
gnat Vinc. Caroc. in citat. loco num. 5. Et an eo
casu facta solutione patri totius pensionis pro to-
to tempore, si venit casus prædictus quòd tenea-
tur stare tali locationi, similiter stare teneatur tali
solutioni, quod vide penes Abb. in cap. querelam
num. 8. ne prælati vices suas.
Hinc notari potest, quòd si pater contraxit de-
147 bitum, de qua pecunia alimentauit filium, & pa
ter non valeat conueniri per talem creditorem
mutuantem, vel ex causa dilationis prædictæ pa-
tri concessę, vel ob aliud impedimentum, quòd
eo casu datur actio de in rem verso contra filium
secundum Barto. in l. his solis ff de condit. indeb.
sequitur Franc. Cremens. sing. 37. Nec eo casu fi-
lius gaudet beneficio Regiæ Pragmaticæ per Ex-
cellentem, quia illa non habet locum quando fi-
lius ductus necessitate contrahit, secundum Abb.
in c. quia pleriq; ad finem de immunitat. eccles. &
C Hypp. singu. 670. (C)
Dubitari contingit si quæ dicta sunt in hærede
148 locum habeant in cessionario, & sic post factam
cessionem per creditorem cedentem nominis de-
bitoris cessionario dilationem concesserit huic
debitori cesso, illi cessionarius stare teneatur; in
hoc aduerte, quòd aut fuit cessio facta ad commo
dum cedentis, quod contingit quãdo illud, quod
exigeretur per cessionarium esset restituendum
cedenti, quia sic actum extitit inter eos, & tunc
ipse cedens non cessionarius reputatur dominus,
quo casu potest nedum hanc concedere dilatio-
nem, sed quicquid vult, eique tunc cedens, & ces-
sionarius stare tenentur; Si verò facta est cessio
ad commodum cessionarij, quòd est quando cõ-
modum est sibi remansurum, licet facta sit ex cau
sa emptionis, & sic vertitur commodum etiam
cedentis quantum ad pretium, de quo non est cu
randum, & tunc aut est actus, qui si non noceret
cessionario debitor remaneret in damno, quia sol
uit, vel transegit, & soluit partem, & tunc distin-
guitur, aut ignorabat cessionem, & nocet cessiona
rio ne remaneat in damno sine culpa, aut sciebat,
& tunc qualitercumque sciebat, etiam nõ ab ipso
cessionario, nec per aliquem de modis contentis
in l. 3. C. de nouat. tunc nocet cessionario, & sibi
imputet debitor, postquàm sciebat cessionem fa-
ctam, si verò non remaneret in damno, sed non
lucraretur, vt si cedens fecit pactum, tunc si igno-
raret cessionem factam, vt in casu nostro dilatio-
nis concessæ, & ista non prosunt debitori, nec no-
cent cessionario, cui cedens post ius quæsitum
non potuit præiudicare, secundum Castr. in l. fa-
cta §. si hæres ff. ad Trebell. & Alexand. in consil.
15. volum. 7. quæ leg. 3. dispositio, scilicet quòd in-
teruenıente vno ex illis tribus ibi notatis non
liberatur debitor soluendo cedenti, ex quo non
sufficit notificatio sola per cessionarium facta,
si in ea non exprimitur causa, quare solutio non
debet fieri cedenti, quia tunc ei soluendo libera-
149 tur, secundum Barto. in leg. non solum §. morte
ff. de noui operis nuncia. in materia protestatio-
nis, ideò cautela est, quòd creditor ei legat instru-
mentum debiti, vel copiam pœnes eum dimittat,
limitatur regula ista non habere locum, quando
apud eum, qui cedit nihil remanet, eo quia solum
vtiles habet, quia tunc ei solui non poterit, ex
quo nihil apud eum remanet, secundum Bartol.
in leg. ex asse ff. ad Trebell. nec illa lex habet lo-
cum, in eo, qui habet vtilem actionem ex vltima
voluntate, nam semper ille præfertur habenti di-
rectas, & debitor habet exceptionem contra ha-
bentem directas, quòd secus in contractibus vbi
seruanda est distinctio dictę leg. 3. ita Bald. in leg.
si pecunia ff. de legat. primo, Alexand. consil. 96.
column. septima. fallit etiam ille tex. quoties ce-
dens omnem actionem cessisset, & transtulisset in
eum omnem spem, & exercitium actionis, ita
quod apud cedentem nihil remanet, tunc eo casu
cedens nullo modo agere poterit contra debito-
rem, contra quem facta est cessio, quod aliàs pos-
set, si vnum ex illis tribus non interuenisset, Soc-
cin. in regul. 80. 1. fallent. & regu. 79. & Cæpolla
cautel 190. in tantum liberatur debitor soluens
non interueniente vno ex illis tribus, quod & si
cedens posuisset cessionarium in locum suum,
vel si cessisset vtiles, & directas actiones non suf-
ficit, & sufficit qualiscumque scientia debitoris,
etiam non facta per cessionarium, quando cessio
tendit ad beneficium cessionarij, secus verò si ad
beneficium cedentis, quia tunc denunciatio de-
bet peti per cessionarium, alias alia scientia non
sufficit, ita glos. in leg fina. ff. de transact. & Vrsill.
decisio. 335. num. decimo octauo; licet tamen
cedens exigat in casibus prædictis, tenetur resti-
tuere cessionario, quando ad commodum cessio-
narij facta est cessio, secundum Vrsi. ibi in fine;
quid si denunciatio facta est patri debitoris, an
si post modum eius hæres soluit cedenti, libere-
tur, vide Decium in leg. qui in alterius ff. de reg.
iuris, Castr. leg. de peculio ff. de trib. act. & alias
not. limitat. tradit Iaso. in l. si cum emptore à nu-
me. quarto ff. de pact. & Guid. Pap. decisio. 530. &
D 567. (D)
Verùm est dicere hanc dilationem quinquen-
150 nalem concessam per maiorem creditorum
partem in quantitate debitori aduersus alios non
concurrentes minores in summa non afficere,
nec comprehendere creditores de nouo per hunc
debitorem quæsitos post dilationem concessam
secundum Doctores in leg. quoties, C. de preci-
bus imperat. offerend. Alexand. in Add. Barto. in
leg. prima, colum. secunda in princip. in ver. cre-
ditor C. qui bonis cedere possunt, quæ de nouo
emergunt, nouo indigent auxilio l. de æta. §. ex cã
ff. de inter. act.
Modo hi noui creditores, vel veteres non com
151 prehensi in dilatione vtramque actionem de-
duxerunt aduersus hunc debitorem, & persona-
lem carcerando eum, & realem procedendo ad
venditionem bonorum debitoris, cum vtraque
sit eis permissa actio, secundum Bart. in leg con-
sentaneum, C. quomodo, & quando Iudex, taliter
quòd detento in carceribus debitore, & facta
eius bonorum venditione in pretio comparent

hi creditores concurrentes, seù ad concurrendum condemnati, & vti priores in tempore intendunt sibi ipsis satisfacere, & similiter arrestare debitorem, aduersus eos opponitur per hos nouos creditores exceptio rei iudicatæ in hoc iudicio concurrentiæ, & sic pendente quinquennio acquiescere iura ipsorum creditorum concurrentium: Ego indubitanter dicerem minimè obesse hanc exceptionem, ac posse durante dilatione in casu prædicto experiri eorum iura, cum ea ratione dicimus fuisse concessam dilationem debitori, ne in carceribus moreretur, & vt infra hoc tēpus potuisset acquirere, & quæsita augere, ex qua acquisitione creditores omnes commodum consequantur, & non lædentur creditores conuenti, nisi in tempore, vt d. leg. si cum ibi not. C. qui bonis cedere possunt, & de Franch. decisio. 179. in princip. nu. tertio, & quarto, quæ causa fuit principalis huius dilationis, & si non est expræssa, à iure, est tamen ab homine, cum in libellis dilationum sic asseratur, & si asserta non est, sed tacitè compræhenditur, habetur tamen pro expręssa, & inducit condictionem, & repetitionem eius defectus, cum de natura huius dilationis sit præmissa adimplere, & consequi, vt superius declarauimus, ita Bald. in leg. si repetendi C. de condic. ob causam, & de Franch. dict. decisio. 179 vndè cum cesset ratio carcerationis debitoris, & augmenti patrimonij ob dictam carcerationem, & venditionem bonorum, cessare etiam debet, & dilatio ipsa sic concessa, secundum Dom. de Franch. in citat. decisio. num. 6. frustra enim essat expectare
152 tempus, cuius euentus nihil operaretur leg. aliquando §. fina. ff. ad velleian. vndè cessante causa huius dilationis, cessare debet eff. ctus dilationis, cap. cum cessante de appella. & l. adigere §. quamuis ff. de iure patrona. quid enim prodesset expectare exitum dilationis, si in euentu nihil superesset de bonis, & debitor aliquid ob carceratione̅ acquirere non valuisset, vndè rectè experientur aduersus hos nouiter quæsitos creditores, & aduersus eos potiora iura habebunt in pretio: Et ita audio fuisse decisum in Magna Curia in causa .N. Alphonsi de Fusco cum creditoribus Gregorij Cumbali in eius concurrentia: Actuario de Angelis.

Et nedum in his præferuntur priores ipsi cre-
153 ditoribus nouis, sed etiam in nouiter quæsitis post obligationem cōtractam cum his nouis creditoribus, cum sub illa generali obligatione comprahendantur leg. fin. C. quæ res pignor. obliga. possunt, fallit tamen in fisco, & muliere ratione eorum priuilegiorum, secundum Bart. in l. is qui ff. de iure fisci, & Negusant. in tracta. de pignor. in quinta part. secundo membr. nu. vndecimo, quod ego intelligerem procedere quando illa bona futura tacitè venirent in obligatione illa generali, secus si creditor primus expræsse obligationem reciperet bonorum præsentium, & futurorum, & sic licet taciti, & expræssi eadem sit ratio, l. cum quid ff. si certum petatur, tamen magis afficit expræssum, quàm tacitum, & mulier habens expræssam posteriorem, non præfertur habenti expræssam anteriorem, licet tacitam sic, vt not. glo & Doctores in §. fuerat institution. de act. & in leg. assiduis Codic. qui pot. in pignor. habeantur.

Et si hi noui creditores posteriores ad cartera-
154 tionem debitoris non procederent, nec venditionem bonorum, taliter quòd prædicta cessant, & benè tamen vacant, vt de quæstis possint satisfieri, & si sic actum extitit in pecunia in ea prioribus creditoribus non datur auocatio, dilatione pendente, cum experiri tunc non valeant, nec ea finita, Affl. d. decisio 190. & Capyc. decision. 78. Et nedum non datur auocatio in casu prædicto, sed neque quando secundus creditor exigisset pecuniā à nomine debitoris sui, ad quod facit Bartol. in leg. solutum §. solutam ff. de pignor. act. & Vrsil. in cita. decisio. 190. num. 4. vbi limitat non habere locum, quando secundus creditor ex causa lucratiua habuisset pecuniam, iuxta doctrin. Bar. in l. 1. in fi. ff. de distract. pignor. & Gramma. E dec. fin. (E)

Et quæ dicta sunt in casu prædicto, an militent
155 quando dilatione pendente debitor ipse ad pinguiorem deuenit fortunam, taliter quòd factus est omnibus soluendo ob opulentam hæreditatem sibi obuentam, vel aliundè effectus est diues, an possit interim conueniri pro solutione, non obstante dilatione quinquennali, ex regula cessante causa, cessare debet effectus leg. adigere §. quamuis ff. de iure patrona. iam diximus causam huius dilationis fuisse infortunium, & paupertatem, ac miseriam debitoris, ne in carceribus detruderetur, nec cessionem bonorum faciat, sed interim acquirat, & de quæsitis satisfaciat; modò cessant ob superuenientiam diuitiarum, vndè cessare debet effectus dilationis lege à filia §. alumno ff. ad Trebell. vndè si Iudex statuit actori terminum decem dierum ad probandum, & reo aliorum decem post talem terminū ad reprobandum, si actor facit suas probationes prima die statim incipit currere reo dilatio sua, nec expectatur quòd alij dies labantur; vndè si statutum dicat quòd debeat quis appellare infra decem dies, & quòd post decem dies habeat terminum quinquaginta dierum ad prosequendum prout extat Regni Constitutio incipien. Appellat. tempora, si appellauit in prima die statim incipit currere tempus ad prosequendum, nec expectatur lapsus illorum nouem dierum, secundum Paul. de Castr. in l. fin. §. fin. C. qui admitti; meritò si cessante causa huius quinquennalis dilationis, cessare debeat effectus dilationis, ne inducta ad fauorem, retorqueantur in odium; & adhoc facit, quod dixit Alexand. in l. si cum dotem §. si maritus ff. soluto matrimon. per text. in l. vera §. deficientium ff. de muner. & honor. & l. his oneribus §. penultim. ff. de vacat. muner. Vbi si pro-
156 pter paupertatem aliquis sit immunis ab oneribus publicis, & posteà superueniant diuitiæ cessat immunitas; Et ad idem, quod notat Cynus & Bald. in leg. generaliter C. de Episcopis, & clericis in illa quæstione quando cessante causa, cesset effectus, & concludunt, quòd si causa habet tractum successiuum in futurum, tunc cessat effectus, per textum in leg. si tutor ff. de excusation. tutorum, prout in casu de quo agitur, cum hoc beneficium dilationis tractum

hag

habeat successiuum respectû paunertatis, quia
cessante cessare etiam debet effectus concessio-
nis; & melius facit tex. in l. non tantum §. eos qui
ff. de excusatio. tutor. vbi Nicol. de Neap. in lectu-
ra Bartol. not. quod priuilegium, & immunitas
concessa propter paupertatem finitur auctis fa-
cultatibus, & Ludou. Roman. in consi. 404. incip.
in casu propos. consuluit quòd pactum factum
per creditores cum debitore fallito, vel fugitiuo
propter eius paupertatem cessat si perueniat ad
pinguiorem fortunã. & alia adhoc adducit Hyp-
pol. in l. prima, num. 23 de raptu virgin. ita Tira-
quell. in tract. cessa. causa in t. p. nu. 230. sequitur
Scagl. in rit. 283.

Vndè corollariè infertur quòd si tempore cõ-
157 cessæ dilationis per hos concurrentes credito-
res is debitor, cui conceditur sit omnibus soluen-
do, taliter quod non indigeat hac dilatione, an
eo casu non concurrentes in minori tamen sum-
ma concurrere teneantur, adhoc enim est intro-
ductum hoc beneficium, vt debitor tot creditorũ
fasce oppressus hujusmodi indulgeretur dilatio,
vt ob temporis dilationem sibi ipsi consulere pos
set, & demum creditoribus satisfacere, cum ex
parte vtriusque concurrat fauor respectu credito
rum, ne debitor aufugiat, & non habeant quem
conueniant, vel ne cedat bonis, ex parte debitoris
ne detrudatur in carceribus, modò cessat causa
prædicta cum sit omnibus soluendo, immo frau-
dulenta, ac damnosa esset dilatio, quàm miserabi-
lis; & licet hæc ratio non fuerit expræssa à lege,
prout fatentur Doctores allegati, tamen debet
haberi pro expræssa, cum tacitè colligi possit ab
ipsa lege, secundum Alexand. in consi. 52. num. 15
volum. 4. cum mens potius attendi debeat, quàm
verba l. in venditione vbi etiam glos. ff. commu-
nia prædiorum, imò expressè est hæc causa dedu-
cta à lege, vt d. leg. final. C. qui bonis cedere poss.
vndè cessante ratione, quæ finalem causam con-
cessionis ostendit leg. fin. ff. de hæred. instit. & leg.
prima, ff. ad maced. cessare debet effectus ipse di-
lationis cap. cum cessante de appell. & cessante
causa dilationis, cessat effectus ipsius l. continuus,
§. cum ita ff. de verborum obligation. ne debitor
cum aliena iactura locupletetur, in reg. nemo de
regul. iuris; paupertati sunt iura, quæ fauent §. itẽ
propter paupertatem, vbi Aret. inst. de excus. tu-
torum, aliàs manifestam contineret iniquitatem,
quod iura non patiuntur, per ea, quæ not. Bartol.
in l. fin. vltim. colum. ff. de appell. recip. & Alexan.
in leg. & suum §. hodiè num. 14. ff. de pact. item
cessio bonorum. & quinquennalis dilatio à iure
sunt statutæ, & quoad quid conueniunt, & in om-
nibus respectu causæ finalis, scilicet ne debitor
detrudatur in carceribus, & nos videmus, quòd
si quis debitor aliorum est diues, & idoneus ad
soluendum creditoribus, ad cessionem bonorum
non admittitur, secundum Bald. in l. prima, col. 2.
versi. quæro numquid ille qui habet nu. 10. & ibi
Paul. de Castr. C. qui bonis cedere possunt; quia
non potest carcerari de iure, & ad carcerem non
deuenitur de iure communi, nisi prius discussis
bonis, ergo superuacuum beneficium non debet
per Iudicem approbari, nam Iudex non debet il-
lud admittere, nisi causa cognita, secundum Bald.
in loc. cit.

Indè quæritur si debitor post habitam dilatio-
158 nem quinquennalem à maiori creditorum par
te respectù quantitatis efficiatur bannitus, quem
forisdicatum in Regno appellamus, vt in consti.
Regni incip. pœnam eorum, an hi creditores om
nes valeant tunc non obstante dilatione, eaque
pendente eorum debita exigere, & experiri super
bonis prædicti banniti, dum cesset causa dilatio-
nis, quæ fuit, vt prædiximus, quòd debitor non
latitet, sed pendente dilatione acquirat, & ex quę-
stu satisfaciat. & ad finem ne cedat bonis, & in
carceribus non moriatur, cessantibus modò ra-
tionibus prædictis, cessare sic debet effectus hu-
ius dilationis concessæ; contrarium est verius, suf-
ficit enim à principio iustam fuisse causam dila-
tionis respectù paupertatis, illudque beneficium
ob causam superuenientem bannimenti non am-
mictere, cum bannitus non perdat beneficia iuris
communis, secundum Barto. Ange. & Alios in
leg. ex facto §. ex facto ff. ad Trebell. Barto. & alij
in l. prima, C. de hæred. instit. & idem Barto. in sua
159 disput. incip. Lucanæ ciui. Bald. in l. gallus §. &
quid si tantum ff. de liber. & post hum. Alexa. in
consil. 75. volum. 1. licet perdat iura ciuilia illius
loci à quo est bannitus, vnde si statutum diceret,
quod mortuo patre relicto filio, & filia, filia non
succedat, prout in Regno, iuxta Const. Regni in-
cipien. In Aliquibus, si filius reperiatur bannitus
non poterit vti beneficio statuti, vt excludat filiã,
sed benè vtetur beneficio iuris communis, secun-
dum Barto. & Alios, quos refert Christof. Port. in
§. 1. nu. 12. instit. quibus modis ius patriæ potesta.
soluit.

Et sic licet possit impunè offendi, cum habea-
tur pro mortuo, retinet tamen beneficia iuris cõ-
munis, & hanc dicit esse communem opinionem
Iul. Clar. in sua praxi in §. testamentum quæstio.
19. & 20. potest esse ex tractu temporis, vel quod
ei indulgeatur à Principe, vel alio modo reacqui-
rat libertatem, vel aliundè acquirat, vndè satisfa-
ciat, & sic cum possit esse, & abesse, quod satisfa-
ciat pendente, vel finito quinquennio, non debet
proindè priuari hoc beneficio, & sic non probat
hoc esse, quod ab hoc contingit abesse l. non hoc
C. vndè cognati, & ne detur afflictio afflicto, se-
cundum gio. in leg. tàm de mentis C. de Episcop.
audient. & Cauent. in ritu 290 nu. 11. expectandus
F est exitus dilationis concessæ. (F)

Sed an bannitus creditor possit hanc suo debi-
160 tori concedere dilationem quinquennalem, &
tamquam maior in summa valeat compellere
alios recusantes concurrere minores in summa
ad concurrendum, dic quod non, cum bannitus
non admittatur in iudicio etiam per procurato-
rem, siuè agendo compareat, siuè defendendo ex-
cipiat, cum audientia ei denegetur non purgata
contumacia, cum tamquam hostis publicus ege-
state laborare debeat leg. bona fides ff. depos. & de
Franch. decisio. 213. nume. 39. etiam pro mortuo
habeatur, nec dominium, nec possessionem suo-
rum bonorum retineat, & eorum exactio ei pro-
hibeatur, nec instructior nat ad fugam, de Frau-

chis dicta decision. non sic dicendum in contumace, cum Ritus Magnæ Curiæ 220. incipiens item si aliquis loquatur de bannito, non autem de contumace, & ad reputandum aliquem bannitum multa requiruntur, quæ statuuntur in Constitutio. Regni incipient. Grandis, & ibi per Afflictum, etiam si inter diuersas personas existeret bannitus, & sic non inter eas, inter quas lis pendet, sed sufficit esse bannitum per curiam ad instantiam cuiuscumque, & tàm in eodem Tribunali, in quo lis agitur, quàm etiam si in alio bannitus existeret, dummodò vtrumque Tribunal à Rege dependeat, pro vt sunt omnes Officiales Regni, secundum Cara. in rit. prædicto vers. tertio amplia nu. 6.

Sed an cessa per eum actione alteri contra debitorem, possit concedi dilatio ipsa per cessionarium, vel eidem obstet exceptio prædicta, quæ cedenti obstabat bannito, Carauita in citat. ritu numero decimo sexto, allegat Bal. in leg. apud celsum §. si cum legitima, ff. de doli exceptione, & in leg. si cum dotem §. si patre ff. soluto matrimo. & in leg. per diuersas C. mand. & non determinat, tamen Barto. in leg. certa forma num. nono, C. de iure fisci libr. 10. distinguit quod aut ex causa lucratiua cessio est facta, & obstaret cessionario exceptio, quæ obstabat cedenti, aut ex causa onerosa, & minimè, vide Nell. in tracta. Bann. parte secunda, secundo temp. qua stio. septima, viso quod nu. 187.

Aduertendum tamen ad prædicta de his bannitis; quòd bannitus nostri temporis ammictit omnia, quæ habet, omniaque eius bona confiscantur, seruata tamen dispositione, & distributione Constitutio. Regni incipie. Foriudicatorum cum sequent. in tantum quòd debita, & credita ad beneficium, & damnum Fisci tenderent, & à creditoribus bannitus venit liberatus leg. si debitor, & leg. si adempt. C. de sent. pass. & leg. si vt proponis & ibi Barto. & alij C. de bonis damnat. Bald. in leg. 2. C. ad leg. Iul. de vi public. & leg. 2. C. de sent. pass. & Add. Barto. in l. fina. C. de sent. pass. taliter quòd si bannitus esset postmodum rebanitus, & indulgentiam consequutus, si ab eius creditoribus conueniretur, vtique exceptionem spoliationis omnium eius bonorum opponere posset, quæ impediret processum ad vlteriora, Innoc. & Abb. in cap. nouit de appellat. sequitur Gramm. decisi. 85. & si restituitur per curiam ad patriam, & bona creditoribus omnibus, quibus per prius tenebatur eum teneri statutum est in l. 1. & fina. C. de sent. pass. quatenus illorum bonorum suppetant vires, secundum Roman. singul. 212. & in l. alia §. eleganter ff. solut. matrimon. per tex. in l. 2. in fine ff. de sent. pass. Et si sic restitutus est, bona prædicta acceptare compellitur, vndè passiuè contra eum nascatur obligatio, qua erat iam per cōfiscationem liberatus d. l. 2.

Et si per Principem restitutus nihil recuperat, aut illa bona, quæ non recuperauit casu, & fortuna deperdita fuerunt, puta quia casmate, vel eius debitores effecti sunt non soluendo, quo casu cū absque eius culpa hoc euenerit, beneficium sibi à iure indultum perdere non debet, cum ipse creditoribus satisfacere non valeat l. 1. C. de cess. bonorum; vndè si bona confiscata fuerunt durante banno per fiscum alienata, talis restitutus alienata non recuperat ab emptore, secundum Bar. in d. l. fin. colum. 3. Nec etiam debitorum nomine recuperat, quando debitores ad banniti iniuriam exacti fuerunt, vt consuluit Ruyn. in consi. 22. colum. 1. volum. 5. sed contra fiscum, qui bona illa alienauit, vel exigit actiones habet ad id, in quo locupletior est effectus, secundum Barto. in dicta l. fin.

161 Et aduerte quòd tunc rebannitus recuperat bona, quibus fuit spoliatus per Fiscum, quando per Principem fuit restitutus, quia verbum restituere est omnia in pristinum statuere, secus si per modum indulgentiæ, quæ ad pœnam refertur, nō ad bona, in dubio autem quando statutum, seu bannum bannitum rebanniuit, quæ cum sint dubia magis debent sonare restitutionem, quàm indulgentiam, secundum Barto. in l. fina. C. de sent. pass. nisi aliud esset expræssum in indulgentia, secundum Bart. in l. 1. C. eodem, quòd si verba gratiæ sunt dubia, quia possent adaptari ad indulgendum, & restituendum, vt quia mandauit Princeps, quòd banniti tollerentur de banno, & tunc idem quòd restituere, sequitur Christ. Port. in §. 1 nume. 7. inst. quibus modis ius patr. potest. soluit. de qua restitutione, & indulgentia benè per D. de Franch. in dec. 113. quando ad bona, & ad quę cēseatur restitutus, & restitutio, seu indulgentia dubia regulatur à petitione, & supplicatione, secundumquam debet regulari, & facta censetur secūdum eum ibi nu. 44. l. de ætate §. interrogatus ff. de interrog. act.

162 Quid dicendum de excommunicato creditore an possit hanc concedere dilationem quinquennalem eius debitori, & cum alijs concurrere in necem nolentium concurrere, vti minorum in quantitate, excommunicatus enim contumaci, & bannito æquiparatur, secundum Bald. l. 1. nu. 12. versi. si autem C. de hæred. inst. & Afflict. in constitu. Grandis num. 13. 7. not. & quæ dicta sunt in bannito militant in excommunicato respectū iudicij, ista enim exceptio excommunicationis repellit talem agentem ab agendo, & reconueniendo, dicit tex. in c. decernimus de sent. excommun. in 6. & cap. cum inter extra de except. & nedum per se comparere non potest, neq; per procuratorem c. fi. de procur., licet tamen obligatus cū iuramento ad soluendum in certo termino teneatur tunc soluere excommunicato gl. in c. nos sanctorum 15. q. 6. quæ omnia intellige in excōmunicatione maiori, quia minor excommunicatio non posset facere tales effectus, vt not. gl. in d. c. decernimus in vers. & testificādo, & Spec. in tit. de acto re nu. 13. in fin. vers. quid de minori, & illa dicitur maior, quæ etiam anathema appellatur, & nōnisi pro mortali crimine imponitur contra incorrigibiles, vt dicit tex. in cap. nemo episcoporū 11. q. 3. illa est, quæ à perceptione Sacramentorū, à suffragijs ecclesiæ, à cætu fidelium separat, Abb. in rub. de sent. excomm. Excommunicatio verò minor est cum excommmunicatis participare, dicit tex. iuncta glos. in cap. cum excommunicatio 11. q. 3. &

Et Carau.in ritu 236. enumerat 20. pœnas, quas
patitur excommunicatus.

Aut loquimur respectu debitoris, cui per hos
concurrentes conceditur hæc dilatio quinquen-
nalis,& tunc rectè procedit iudicium,ipsaq; gau-
dere dilatione concessa, eum à iure non censea-
tur prohibitus excommunicatus impetrare tale
beneficium, & impetrato gaudere, secundum
Bald.in titu.de rescript. lib.6. sequitur Apostilla
ad Abb.in cap.intelleximus de iudic.in ver. assi-
stens actori; & si potest postquam est carceratus;
multo magis ante carcerationem,cum melius sit
antè tempus prouidere, quàm post tēpus occur-
rere l.fin. C.in quibus causis in integr. restitutio.
non est necessaria,cum hoc miserabile,& pium
dicatur beneficium l. fina. C. qui bonis cedere
poss.

In tantum,quod in huiusmodi causa dilatio-
163 nis tanquam pia,& miserabili non est locus re-
missioni petitæ per non concurrentes creditores
ad eorum Iudices competentes, iuxta cap.fina.de
foro competent. nec declinatoria fori locum ha-
bet,ita videtur tenere Federic. de Senis in consil.
193. refert Tartagl. in eius praxi capit. secundo,
num.26.

Et aliàs in facto euenit in Magna Curia, dum
nonnulli concurrentes creditores cuiusdam Pe-
tri Anelli de Manso tāquam maiores in summa,
& numero personarum petijssent condemnari
quemdam creditorem renitentem concurrere
minorem tamen in quantitate, & in promptu
demonstrarunt per legitima documenta eorum
credita concurrentes, verùm antè dationem ter-
mini ipse renitens petijt remissionem causæ ad
Regiam Cameram Summariæ, ex quo erat Mer
cator Tabularum,& alium non recognoscebat Iu
dicem competentem, nisi dictam Regiam Ca-
meram,& dum facta esset citatio ad dicendum
super remissione petita, facto verbo fuit iudica-
tum, & condemnatus ipse creditor renitens ad
concurrendum cum alijs concurrentibus, non
aliter prouiso prius super remissione prædicta,
vndè dubitabatur de validitate sententiæ, & ma-
gna fuit altercatio in Magna Curia, non obstan-
te,quòd esset actus fauorabilis, & in eo procedi-
tur sola facti veritate inspecta, iuxta dispositionē
Pragmat.incip.dispendia litium; Dicebatur pro
parte conuenti sententiam sine citatione fuisse
expeditam,quæ est de essentia,& ommicti non
potest,etiam in causis prædictis,iuxta cap. sæpe
de verb.signific.in 6.Capic.dec.1. & Cauens.in d.
Pragm. & quod fuerit sic determinata allegaba-
tur doctrina Barto.in leg.fin.§.fin.ff.quod vi, aut
clam, vbi si actus fit alia hora, vel die, vel loco,
164 quàm loco,& die citationis, actus est nullus, cū
dicatur factus parte non citata, & melius Hypp.
in l.de vnoquoque num,45.& sequent. ff. de re
iudicat. Eo magis quia conquiescebat officium
Iudicis pendente hac dilatione,secundum Iaso. in
l.qui pro Tribunali ff. de re iudic. Causidici Ma-
gnæ Curiæ erant in contraria opinione, & non
sine ratione,ex quo eo ipso,quod Iudex procedit
ad vlteriora, tacitè censetur rejcisse exceptionē
dilatoriam, Barto.in l.si à procedente C. de dilat.

& attenta qualitate facti dum esset carceratus de-
bitor, quia partes deuenerunt ad conuentionem,
non fuit aliter super hoc decisum; Coppula A-
ctuario.

Et quæ dicta sunt de excommunicato impe-
trante hanc dilationem, non habent locum si es-
set excommunicatus per sententiam ab Audito-
re Sacri Palatij,eo enim casu, nedum tali non
gaudet beneficio,sed nec ad cessionis bonorum
beneficium admittitur,vt refert Egid.in dec.199.
G vtrum Auditor.Camer. (G)
165 Ex prædictis dubitatur quid in fœmina debi-
trice multorum,[si eidem à maiori creditorum
numero conceditur hæc quinquennalis dilatio,ad
concurrendum adhuc teneantur renitentes con-
currere minores in quantitate, dum per eos alle-
garetur cessare causam dilationis in fœmina, ex
eo quod dilatio ad hūc effectum principaliter est
introducta ne detrudatur in carceribus, & vt nō
latitet,& ex quæstu satisfaciat, modò mulier non
carceratur pro debito ciuili,auth.sed hodie C.de
officio diuers.iudic.& §.necessarium in authen.vt
nulli iudic.quarè cessante causa dilationis, cessa-
re debet ipsa dilatio d.cap.cum cessante; vndè si
non molestant mulierem in persona, intendunt
eorum iura consequi super bonis;Contrarium
est verius, nam hæc dilatio non tantum ad bene-
ficium debitoris est introducta, sed etiam credi-
torum,vt supra maximè posteriorum in tempo-
re,cum anteriores de facili eorum iura consequi
possent super bonis, & sic fieret fraus, quæ non
permictitur, prout inferius demonstrabitur, an-
teriorem licet maiorem non posse in persona
concedere dilationem,non autem in bonis, & sic
res deueniret ad casum à quo incipere nō posset;
nec lex finalis C. qui bonis cedere possunt po-
nit differentiam in hac materia dilationis inter
masculinum,& fœmininum, vndè cum non di-
stinguant, nec nos distinguere debemus leg. pro-
spexit ff. qui & à quibus, & si loquitur in genere
masculino adhuc, & femininum comprælendit,
maximè in hoc fauorabili beneficio,secundum
Dec.in l.fœminæ,num.13. ff.de regul.iur.

Non obstat quod dicitur de carceratione,cum
166 dentur de iure communi casus, in quibus mu-
lier carceratur,quos Iaso.enumerat in l.plerique
ff.de in ius voc.& Bar.& alij in authent.matri, &
auiæ C. quando mulier tutelæ officio fungi po-
test,& hodiè de iure nouissimo mulier carcerari
potest habita consideratione sexus,& status, vt si
inhonesta erit in carceribus carcerabitur,vbi aliæ
carcerantur mulieres,& inhonesta dicitur, vt me-
retrix, quæ tunc dicitur, & præsumitur quoties
probatur per pecuniam concubuisse, quia ista
est proprietas meretricum, secundum Bald. in
l.3.§.quoties ff.de cond.ob turp.causam,& glo.in
cap.vidua 34.distinctio.vel si decem homines ad
eam accesserunt,eosque admiserit,in Add. Bald.
in d.§.quoties, & Afflict.in constit. legum aspe-
ritate n.6.& Alex.in consil.13.in fine vo um. se-
ptimo.

Si verò honesta est fit ei mandatum pœnale,
quod aliquod monasterium eligat,illudq; ingre-
167 diatur,& loco carceris detineat à quo nō exeat

donec parti satisfecerit, & in defectu Monasterij Monialium nolentium eam recipere, eligat ipsa domum aliquam honestam, & si eligere non curauerit, & ingredi dabitur electio creditori, & facta electione cogetur ipsa ingredi, prout ita seruari testatur Franc. Anto. de Iudice in tract. liquidat. instrument. consid. 4. num. 43. & sic ad finem euitandi carceres tali potest gaudere dilatione sibi concessa, prout gaudes quilibet homo in casu sibi concesso; & nedum tali gaudere potest beneficio, sed etiam cessionis bonorum, ad quam admittitur l. penult. C. qui bon. ced. poss. ibi vtriusque sexus, & Bal. in l. 1. eod. tit. n. 5. in ver. quæro cum

H in ciuitatibus. (H)

Dilatio ista quinquennalis, seù moratoria ad instantiam creditorum concurrentium in maio-

168 ri summa concedi non potest, neque debet aduersus creditores non concurrentes, etiam minores in quantitate pro eorum creditis censualibus ex dispositione Regiæ Pragmat. incip. Alphonsus Dei gratia censualis, cum hi contractus censuales habeant exequutionem non obstantibus quibusuis moratorijs, saluis conductibus, guidaticis, & inhibitionibus, ex quauis causa concessis, siuè publicis, siuè priuatis, quæ directè, vel indirectè impedirent eorum exequutionem, ibi (& si forte à nobis; quibus non obstantibus suum debitum sortiantur effectum) nec dicatur pragmaticam illam locum habere tantum quando à Principe conceduntur moratoriæ, non autem quando de iustitia in terminis d. l. fin. C. qui bonis cedere poss. cum ibidem text. dictæ pragmaticæ comprahendat omnes causas, & genera moratoriarum, tàm à Principe, quàm à creditoribus concessarum, ibi (à Nobis, vel à nostris successoribus Officialibus, seù Ministris nostris, seù eorū quouis officio, aut potestate fungentibus,) & sic beneficium, & priuilegium illud habet locum etiam in casu d. l. fin. & in omnibus alijs casibus, in quibus de iure communi maior pars creditorum hoc facere posset, licet in moratorijs à Principe concessis loqueretur ex glos. 1. in d. l. fina. ibi dum dicit, vel ab alio Iudice, quia expressio in dict. pragmatica facta est de his, quę communiter accidebant.

Prout videmus in fortioribus, ex quo per gra-

169 tiam concessam Neapolitanis, non potest contra Neapolitanos impetrari à Principe aliqua dilatio, neque fieri cessio bonorum, vt per literas Regis Federici editas in anno 1499. quæ specificè loquuntur, quando à Principe conceditur (ibi *perche molti s'hanno impetrato, & impetrano da noi*) nihilominus fuit extensa etiam quando conceditur dilatio in terminis d. l. fin. ratione prædicta, vt testatur de Franch. decis. 173. in fine. quam intellige non posse concedi contra Neapolitanos pro censibus, & pensionibus agrorum existentiū, & conductorum tàm in Ciuitate Neapolis, quàm extra vt in pragm. incip. Regente f. 99. & in dict. Cap. Neap.

Ipsaque gratia, & priuilegium Neapolita-

170 nis concessum intelligendum est de originarijs Neapolitanis tantum, non de alijs, qui fortan incolæ essent, & per incolatum effecti sunt ciues, Grammat. cons. 8. & cons. 23. vel essent creati Ciues Neapolitani ex dispositione Regiæ Pragmat, qua disponitur, vt quis estimatur Ciuis Neapolitanus, quòd habeat vxorem, & familiam, & hoc quia non verè Ciuis, secundum Vrsil. in deci. 38.

I nu. 7. & dec. 238. n. 9. (I)

Et pluribus modis quis dicitur Ciuis Neapolitanus, primò qui in ciuitate Neapolis ortus est, vt supra, & l. 1. in princip. ff. ad municip. siuè ipse ortus sit ibi, siuè eius pater, & sic oriundus, secundum glos. in d. l. 1. & l. assumptio §. filius ff. ad municip. Secundò, qui in eadem Ciuitate manumissus est d. l. 1. & ibi Bar. num. 7. Tertiò qui ab aliquo Neapolitano adoptatus est, vt probat tex. in d. l. 1. & ibi Bar. num. 9. Et hoc donec durat adoptio, & non aliter, secundum Barto. ibi, & l. sed si is ff. ad municip. Quartò qui ab ipsa Ciuitate Neapolis in Ciuem receptus est, vt fit quotidie per specialia priuilegia, quæ Ciuitas ipsa, & aliæ concedunt, vt d. l. 1. & ibi Bart. num. 16. & Afflictus decisi. 384 num. 14. dummodò ibi habitet, & domum habeat, aliàs non recipitur in Ciuem, nec priuilegium sibi conceditur, nam sola domus cōparatio, sine habitatione non sufficit, verū si postquàm receptus est in Ciuem, & priuilegium sibi concessum, non habitet per vnum, aut duos sanctum annos, adhuc priuilegijs, & prærogatiuis Neapolitanorum gaudet, secundum Cara. in ritu

L 301. nu. 20. (L)

Quintò, qui in ea est electus ad aliquem honorem, seù dignitatem, vt quia Officialis ipsius, secundum glos. in l. ciues C. de incol. lib. 10. in versi. electio, & Bart. in d. l. 1. num. 16. Hinc Baro dicitur Ciuis suæ terræ, imò primus ciuis, vt probat text. in cap. ex parte de foro comper. ex Regia Pragm. 5. in fine, item *perche li Baroni* in titu. de Administr. Vniuers. & Cara. in cit. rit. nu. 21.

Sextò ille, qui in ipsa Ciuitate vti miles stipendia meretur, vt l. municeps la 2. in fine vers. ff ad municip. & glo. in d. l. ciues, & ex hoc omnes Milites Hispani, qui sunt in Ciuitate Neapolis gaudent priuilegio Neapolitanorum, & hoc siue sit miles armatæ militiæ, siuè legalis, vt Doctor, secundum Barto. in d. l. municeps, quod quidem potest etiam trahi ad Doctores exteros, qui in studio Neapolitano conducuntur ad legendum, & ibi stipendia merentur, Septimò, qui in ea est Rector alicuius Ecclesiæ, vel Prelatus, vt dicit Innocen. in cap. ex ore versi. item in casibus de priuileg. Barto. in d. l. 1. num. 13. versi. quæro etiam.

Octauò ille, qui in ipsa Ciuitate est Munachus alicuius Monasterij, vt dicit Barto. in d. l. 1. nu. 14. versi. ad propositam, ratio est secundum eum, quia sicut adoptatus transit in potestatem adoptantis, & eiusdem ciuitatis efficitur ciuis, eodem modo, & Monachus in potestate Capituli, & Abbatis, qui secundum eum ibi num. 52. sunt ciues ciuitatis, durat tamen ista ciuilitas donec Monachus durat in ipso Monasterio, & ipso inde recedente finitur, sicut in adoptione diximus.

Nonò efficitur ciuis mulier illa, quæ virum duxit Neapolitanum, secundum Bart. in d. l. 5. n. 13. verum non efficitur verè ciuis, sed Incola, vt l. fin. §. id . n rescripserunt ff. ad municip.

Et est differentia inter Ciuem, & Incolam, vt dicit text. in d. l. ciues, & licet non sit ciuis, sed in-

co-

cola, tamen gaudet eisdem priuilegijs, quibus alij ciues, secundum Bald. in l. ciues num. 4. C. de appell. Alex. in consi. 20. in fine volum. 2. Socc. in consi. 129. vers. circa secundam vol. 1.

Et an vxor sequatur forum viri, iuxta l. cum quædam puella ff. de iurisdict. omnium iudicum, quòd sic de iure communi competentem, sed an forum, quod marito competit ex speciali priuilegio, vel ratione artis, vel personæ, vide Dom. de Franch. dec. 363. quod priuilegium an tunc retineat vxor vidua, quod sic secundum Bart. in leg. filij §. t. ff. ad municipales, & de incol. dummodò honestè viuat, vt ibi in Add. Bart. Ex quo vidua adhuc dicitur esse in matrimonio, secundum Bart. ibi, si inhonestè viuit perdit priuilegium viduitatis, Carau. in ritu 19. nu. 10. Sed an mulier Neapolitana, quæ nupsit viro extero mutet eius forum, & viri forum sequatur in tantum, quòd si agat, vel conueniatur in viri foro conueniri, vel agere debeat, vel suum retineat priuilegium, ita quod trahat, & non trahatur, vide de Franch. decisio. 416. Et in materia statuti, vel consuetudinis appellatione ciuis, non nisi originarius comprehenditur, secundum glos. in l. 1. in fin. ff. de tut. & curat. datis ab his,

Et aliàs in Magna Curia obtinui dispositionẽ
171 dictæ pragmaticæ habere etiam locum respectù pensionum domnrum vrbanorum, ea namq; ratione, nam de iure bona inuecta, & illata in domum vrbanam esse tacitè hypotecata pro pensione domus, quod non procedit respectù pensionum agrorum rusticorum, secundum Doct. in l. item quia ff. de pact. vbi modo est eadem ratio, imò maior, ibi debet esse eadem iuris dispositio l. illud ff. ad leg. aquil. & de hoc est dec. Boer. 296. & facit quod dixit D. de Franch. cit. decis. 79. in fine, & Franciscus Ant. Maczia in Add. ad Franc. Anto. de Iudice in tract. de liquidat. instrumento. consid. 4. nume. 66. vers. pone; quid tamen respectù pensionis tabernæ, appellatione domus non venit taberna, secundum Alexand. in l. lex cornelia §. si fundum ff. de iniur. & Vrsi. decis. 401. nume. 4.

Et in tantum dicti ciues originarij, quatenus sunt nati in Ciuitate, & quòd in ea habitent, & nõ extra detineant domicilium, secundum glos. in l. assumptio § filius in versi. domicilium, ff. ad municipales, ibi natus in Ciuitate in omnibus subit munera ratione suæ originis, vel manumissionis, nisi habeat alibi domicilium, quia tunc nihil subit oneris, vel honoris; propterea dicebat Bald. in auth. & omn. 8. colu. C. ne vxor pro marito quod si ciuis originarius habitaret extra prouinciam originis dicitur deserta ab eo prouincia originis, & idem dicit de Ciuitate; Hinc solemus dicere quòd ciuis muneribus, & oneribus cognoscitur l. ciues C. de incol. qui ergo non participat muneribus, & oneribus Ciuitatis, non dicitur propriè ciuis, quia non tractatur, vt ciuis in eo, quod est primum, & maximum ciuilitatis, Bald. dixit in l. si non speciali, C. de testamen. benè tamen natus Neapoli dicitur de Ciuitate Neapolis, sed non dicitur ciuis Neapolis, & subdit ibi Bald. faciens differentiam an talis sit ciuis Ciuitatis, vel originatius talis terræ, vel patriæ, ciuis enim deserens ciuitatem perdit priuilegia Ciuitatis, & desinit esse ciuis, secundum Bald. in l. 2. C. de infant. expos. quæ omnia intellige dummodò continuò alibi extra Ciuitatem Neapolis habeat domicilium vel ibi pro maiori parte anni habitet, secundum glos. in l. 1. in vers. maneat, & ibi Barto. ff. de liber. agnosc. aliàs si rarò, vel momentanea habitatione non desinit esse ciuis Neapolis, etiam ratione domicilij, secundum Bald. in l. t. versi. sed pone, ff. de statu hominum, & Afflict. in decisio. 384. vt si quis propter pestem, vel causa studij recessit, sed dicitur habere animum redeundi ad Ciuitatem, Barb. in consi. 52. num. 10. volum. 2. & Bald. in d. l. t. & si extra Ciuitatem habitat, & in ea habet fratrem, vel familiam suam, qui substinet onera, dicitur in Ciuitate habitare, & remanet ciuis, & gaudet priuilegijs ciuibus Neapolitanis cõcessis, secundum Boer. in decisio. 272. & sic habitare dicitur, qui habet domicilium, idest vxorem, & familiam, secundum Gramm. in consil. 87. sequitur Vrsi. in decisio. 384. nu. 5. & sic ibi dicitur habitare, vbi cum vxore, & familia habitat l. vxorem ff. de leg. 3.

Et ex hoc dicebatur dum tempore, quo status
172 Amalfiæ fuit redactus ad Regium demanium in anno 1584. quo tempore ego assistebam Iudex in Ciuitate Amalfiæ, & Scalarum creatus à tunc Domino Duce status prædicti, & cõfirmatus per Illustrissimum tunc Proregem Ducem Ossunæ, & sic continuaui per annum, & tunc temporis fuit concessum priuilegium inter alia statui prædicto, quòd Officiales non possint esse in statu prædicto de ipso statu, sed distent per milliaria duodecim, quòd intelligitur de Ciue Originario, & non de creato per priuilegium, vel aggregationem, secundum Gram. in cons. 5. in ciuil. sequitur Vrs. in cit. dec. 384. nu. 7.

Hinc datur differentia inter habitantes, & habitatores, habitator enim dicitur ille, qui habet vxorem, & familiam, habitans verò, qui tantum stat in loco, absque vxore, & familia, secundum Afflict. in const. Regni Quisquis num. 6. sequitur Vrsill. decisio. 384. num 6. Vndè in impositione gabellarum requiritur Assensus Regius, sine quo exigi non possunt per Vniuersitates imponentes, aliàs inciderent in canonem, & pœnam, iuxta l. 1. & toto titu. C. vectig. noua imponi non posse, & Barto. in l. vectigalia ff. de public. & vectig. dicitur procedere respectù Forensium, non autem ciuium, qui possunt sibi ipsis grauamen imponere, & bursam communem facere l. prima in fine ff. quod cuiusque vniuer. nomine, propterea in ipsarum impositione Princeps in interpositione assensus; dicit dummodò inter ciues, & habitatores fiat exactio, taliter, quod respectù forensium non habitantium cum vxore, & familia minimè exigi potest, & hoc est, quod in dies altercatur in Ciuitate Reginde Minoris inter exteros habitatores, & exactores vectigalium, qui intendũt exigere ab illis non habitantibus cum familia, sed exercentibus hic mercaturas, alibi tamen vxorem, & familiam detinentes contra formam rescripti Principis, cum de iure nõ valeat, ex d. Bar. doctr.

Diximus creditorem renitentem concurrere pro

173 pro debito censuali non posse ad concurrendũ
condemnari, non tamen negamus, quin credito-
res censuales non valeant pro his creditis concur
rere ad beneficium censualis debitoris contra
alios renitentes concurrere ex alia causa, cum
hoc introductum sit ad fauorem huius creditoris
censualis, cui fauori, & priuilegio iam renunciare
potest l. si quis in conscribendo C. de pact. & in-
tellige pro censibus decursis, & maturatis tantum
tunc temporis, non autem pro sorte principali, in
qua non potest denominari creditor purus, iuxta
ea, quæ not. Iaso. in l. item quia num. 9. ff. de pact.
& hoc vigore Bullæ censualis, & Pragmaticæ prę
dictæ, vbi facultas datur debitori affrancandi
quandocumque, & non creditori petendi sortem
principalem ad sui libitum, per ea, quæ not. Do-
ctor. in l. qui Romæ, ff. de verborum obligation.
verum dantur casus, in quibus licet huic credito-
ri nedum petere census, sed etiam sortem princi-
palem, vt si ita conuentum sit, quod si defecerit
debitor à solutione censuum per annum, vel bié-
nium, quod eo casu liceret vtrumque petere, pro
vt in dies hæc pacta apponuntur, tunc ob defectũ
solutionis census licet vtrumque petere, de cuius
pacti validitate infra aliqua declarabimus, & sic
obseruaui in Magna Curia, & rescisso contractu
pro tota summa concurrit, datur tamen ius pur-
gandi moram soluendo census, secundum Vrsill.
in decisio. 174. num. 3. quæ nedum debitori ipsi,
sed etiam tertio pro eius interesse, vt infra subij-
ciam.

Rescinditur etiam contractus censualis ob fal-
sam assertionem factam per debitorem in con-
tractu censuali, asserendo rem francham, & libe-
ram, & demum reperitur alteri anteriori credito-
ri obligata l. si dolo malo C. de rescind. venditio.
& l. si quis affirmauerit ff. de dolo malo, Vrsi. dec.
241. num. 7. & 8. Negusant. in tracta. de pignor. in
3. par. 1. membr. num. 21. Et nedum rescinditur
contractus, imò debitor quandò fructus non
sufficiunt vtrique debito, punitur etiam crimi-
ne stellionatus, secundum glos. in leg. 3. ff. de cri-
min. stellio. sed si vtrique debito sufficiunt, euitat
pœnam, & rescinditur contractus, & ita obtentũ
in causa propria in Mag. Cur.

Quid in simplici contractu mutui, in quo de-
174 bitor promisit creditori soluere summam de-
bitam in tribus terminis, seù pagis, cum pacto,
quòd si defecerit à solutione in prima paga, quod
eò casu liceret creditori consequi, & agere pro
tota summa debita, dixerunt aliqui Docto. quod
si defecerit in dicta prima paga erit creditor pro
tota summa, licet tempus solutionis aliarum pa-
garum non dum euenerit, & sic purus poterit di-
ci creditor, & pro tota summa concurrere, non
obstante, quòd alij termini solutionis non dum
aduenerint stante pacto prædicto. Et nedum in
casu prædicto sic conuento, imò si non esset con-
uentum, quòd deficiente debitore à solutione
primæ pagæ, liceret totam summam petere, sed
simpliciter promisit soluere in tribus pagis, quòd
adhuc petere poterit totam summam ob defectũ
primæ pagæ, si cum iuramẽto sic promiserit, quia
propter periurium priuatur iure suo, & non po-
terit amplius allegare conuentam dilationem,

secundum Alcia. in l. si quis maior C. de transact.
quem refert Bologn. ibi num. 33. In hoc tamen
contrarium tenet Marant. in suo specul. in 6. par.
9. distinct. num. 39. quod eo casu mora purgari
posset, nisi renũciatum sit facultati purgandi mo-
ram, Caualca. dec. 43. n. 19. 1. p. & Cara. in rit. 173.
nu. 5.

Et prædicta quando uia ritus proceditur vigo
re pacti, tàm pro censibus, quàm pro sorte prin-
175 cipali; Sed si ordinariè ageretur ciuiliter, tunc
solet Magna Curia cum comminatione manda-
re debitori quòd soluat cẽsus decursos, aliàs pro-
uidebitur super rescissione contractus, & præce-
dentibus binis decretis, & mandatis, ac non cu-
rante debitore soluere, fit tunc rescissio contra-
ctus prædicti, qua resolutione contractus facta,
non licet amplius purgare moram, secundum
Specul. in titu. locat. §. nunc aliqua vers. 48. & Do-
cto. in l. 2. C. de iure emphyt. Bald. in cap. 1. 3. col.
quo tempore miles, vbi quotiescumque iure per-
mittente facta est resolutio contractus à iure,
vel ab homine, non est tractandum de moræ pur
gatione, & not. in l. si insulam ff. de verbor. obliga-
tion.

Et si ad impediendam talem liquidationem
instrumenti pro sorte principali, & censibus cõ-
pareant hi non concurrentes creditores, & satis-
factionem allegarent non impedirent liquidatio
nem, nisi in promptu docerẽt de ea, cum hi aliàs
non possint allegare, & proponere exceptiones,
nisi quas principalis ipse proponere posset, vndè
si principalis hanc opponeret, eatenus admittere-
tur, quatenus in promptu demonstrarent, sic &
tales creditores, secundum Ritum Magnæ Cur.
Foller. in sua praxi censuali in ver. vt vides num.
72. fol. 228. Possent tamen hi recusantes concur-
rere impedire rescissionem prædictam, ne demũ
concurrentes ipsi valeant pro sorte ipsa concur-
rere, soluere census decursos l. lex vectigal. in ver.
tàm debitor, quàm creditor ff. de pignor. & ibi
Barto. & Angel. sequitur Iason in l. 2. num. 67. C.
de iure emphyt. imò moram purgare soluentes
census, prout posset principalis, secundum Folle.
in citat. loco; quæ moræ purgatio datur vsque ad
tempus rescissionis, vt supra, & Doct. in cap. po-
tuit, locati, Afflict. dec. 174. & ibi Vrsi. Nec vale-
ret pactum in contrarium, quod debitori non de-
tur facultas soluendi sortem principalem, nisi ad
placitum creditoris, & interim soluantur vsuræ,
secundum Castr. in l. item quia, ff. de pact. quem
ibi sequitur Ias. quia contra libertatem, per glo.
in l. fi. C. de pact. pign.

Numquid pendente hac quinquennali dilatio
176 ne currant vsuræ, seù interesse, Paul. de Castr. in
l. item quia nu. 7. ff. si cert. petatur, refert quan-
do creditor paciscitur cum debitore, vt non pos-
sit agere, vsque ad certum tempus, si interim cur
runt vsuræ, & dicit si de vsuris nihil est dictum,
& tunc aut antea currebant ex mora, iuxta l. opti
mam, C. de contrah. & committ. stipul. & tunc
currunt intra hanc dilationem, aut non curre-
bant, nec nunc incipient, cum ex mora non pos-
sint incipere deberi, cum non possit committi l.
lecta sed cum sortis ff. si certum petat. aut curre-
bant virtute stipulationis, quia in contractu sunt
de-

deductæ, iuxta finem d.l.lecta, & etiam tunc current l.non solum l.2.§.1.in tex.& glos.ff.de liber. leg.secundum Salyc.in l.quoties num 4. versicu. item quæro, C.de prec.imper. offerend. & Thesaur.decisio.91.nume.secundo, & decisio.186.nu-
M me.7. (M)

Et si ad certum tempus est obligatus debitor soluere, & antequam tempus labatur fit concessio dilationis quinquennalis per hos concurrentes creditores, an tunc per lapsum primi termini currat interesse durante termino hoc quinquennali, & diceretur quòd non, quia per lapsum primi termini non erat debitor in mora stante prorogatione, iuxta not.in d.l.lecta, & in l.1.C.de iu-
N dic.(N)

Sed an per lapsum quinquennij concessi currat tunc interesse, & videtur quòd non, quia non promisit illud soluere, si non solueret debitum in termino isto prorogato, & sic mora non operatur ob lapsum vltimæ dilationis quinquennalis, quia sic actum non extitit, nec de eo loquutū, sed tantum de lapsu primi termini, in quo operatur tacita legis interpellatio, per d.l. optimam; contrarium tenet Paul.de Castr. in d.l. lecta nu. 12.per illum text.per ea, quæ not.Barto.& alij in l.prima, §.& post operis ff. de nou. oper. nunc. & Innoc.in cap.præterea el segundo. de appell.cum in prorogatione intelligatur etiam prorogata pœna contenta in primo termino prorogato, secundum Bald.in cap.venerabile penult. column. de electio.idem Bal.in l.acceptam 7.q. C.de vsu. & in l.vnica 10.quæstio. C. de his, quæ pœnæ nomine, Paul.de Castr. in l.insulam §.primo, ff.loc. & l.cum in plures §.lege ff.eodem, quia prorogatio termini intelligitur facta sub eisdem pignoribus, pænis, renunciationibus, & clausulis, prout erant in primo termino, l.legem C.loc.vbi Bart. & Bal. ibi tractant si potest instrumentum liquidari pro affictu taciè prorogato, & faciunt, quæ dixit Bart.in l.cum stipulatus sim mihi à proculo in princip.in penult.colum.ad fin.ff.de verbor. oblig.de qua materia prorogationis vide Ias.in d.§.& post operis.

Sed an dictum interesse sic decurrens in casu
178 prædicto pendente quinquennali dilatione, peti possit, cum nouum debitum videatur, ad quod non se extendit dilatio, audiui hanc quæstionem disputari à quodam Egregio Doctore in contingentia facti coram Circumspecto Antonio Orificio, tunc Sacri Consilij Præside, qui tenebat negatiuè, quod ratione probatur, & ex eo quòd principale cum peti non possit, neque accessorium, ex regula nihil dolo §.cum principalis ff.de regu. iuris, actio namque petendi hoc interesse nascitur ex primæua actione, quæ inutilis est ad agendum pendente quinquennio, cum ab ea dependeat, non de per se, per ea, quæ not.Dec.in leg.certi conditio §.si nummos, ff.si certum petat.ex regula cum principalis ff.de reg.iuris, vbi cum principalis causa non subsistit, plerumque nec ea quidem, quæ sequuntur locum habent, & Dec.ibi re scisso principali rescinditur accessorium, not.per glos.in l.si patronus §. si patronum, ff.si quid in fraud.patr.facti text.in l.[illegible] §.legatum cum glos.[illegible] leg.vbi sublato principali, cætera cessant, per Barto.in quæstio.17.num.8.Paul.de Castr.in l.lecta num.11.ff.si certum peta.vbi pactum appositum super sorte ad accessoria, vt vsuras extenditur, & ibi Alexand.num.8. vndè dilatio concessa super principali, in dubio censetur concessa super accessorio l.cum soluendæ, ff.de distract.pign.& ibi in Add.not.Bart. faciunt notata per Iaso.in l.prima, C.de leg. & in leg.huiusmodi § legatum ff.de legat. primo, Dec.in l.prima, ff.quod quisq.iuris Mars. sing.175.

Et nota vnum, quòd in casibus, in quibus de
179 iure fit rescissio contractus, donec non fit exactio sortis currit interesse ad eandem rationem ex pacto informato per primæuam stipulationē, & ita dicebat viua voce D.Horatius Marchesius Regius Consiliarius Neapolitanus, cuius anima per misericordiam Dei requiescat in pace; per ea, quæ not.Bald.& Alij in l.iuris gentium, §.quinimo.ff.de pact. illudque probari debet, nec sufficit ab initio fuisse in contractu deductum per partes, nisi probetur, cum tali assertioni non stetur, Bald.in l.rogasti §.si tibi ff.si certum pet. taliter quod instrumentum continens promissionē certæ quantitatis pro interesse est illiquidum, & præsentari non potest, si non probatur de vero interesse, Fricz.in tracta.de præsentat. instrum.7.p.
O quæstio.21.(O)

In hac dilationis quinquennalis materia an ha-
180 beat locum retorquutio, vt si creditores sunt condemnati ad concurrendum ad instātiam aliorum concurrentium creditorum maiorum in numero, & quantitate ad beneficium debitoris, qui est etiam creditor prædictorum non concurrentium creditorum, & si possit eos conuenire dilatione pendente, vel possint opponere exceptionē compensationis ad inuicem, non obstante dilatione prædicta, cum pro prædictis eorum creditis, de quibus opponunt compēsationem fuerint ad concurrendum condemnati, & sic prædicta retorquutionis exceptio obstat, iuxta l.si quis iniquum ff.quod quisque iuris, ita Afflict.dec.66.& sic eadem mensura debet ipse metiri, ne introducta ad fauorem retorqueantur in odium, secundum Felyn.in cap.dilectus lo 2. de rescript. Et licet hæres infra tres menses, & sic infra tēpus conficiendi inuentarium non valeat in actione personali à creditoribus conueniri, tamen ipse potest alios conuenire l.fina.§.donec, C.de iure delib. tamen responde, quòd hoc priuilegium hæres habet à lege, hic tamen ab homine d.leg.3. ff. quod quisque iuris, & Iason. in 1.not. Guid.Papa quæst.571.num.8.Dec.consi.633.& Vrsil.in cita.decisio.66. & sic prædictus debitor non poterit durante hoc quinquennio conuenire prædictos eius creditores pro eius debito, cum sibi obstet exceptio prædicta retorquutionis, & compensationis, & sic eandem legem debet ipse cum illis obseruare, qua aduersus eos vtitur, ita Firmi. in suo repert.in ver.moratoria num.2.vbi allegat Barto.in l.fina.C.de [illegible] rescindi non posse, Quæ omnia intellige procedere in creditis contractis ante concessionem dilationis, in alijs vero contractis post dilationem [illegible], sicut diximus in ce[illegible] bonis, quod pro creditis, & debitis contractis ante cessionem nec agere, nec conueniri poterit, se-

tus-

cus in postea quæsitis, quòd super his agere poterit. Item si vnus in princip. & ibi glo. ff. de arbitr. & ita videtur residere Brunus in suo tractat. cess. bonorum quæst. 18. princ. in princ. & num. 3. vbi loquitur in moratoria, Capell. Tholosan. quæstio. 136.

Et nedum ipsi principales creditores hanc ex-
181 ceptionem retorquutionis, & compensationis opponere poterunt aduersus debitorem, & creditorem durante dilatione, sed etiam eorum fideiussores, etiam si prædicti principales non possent ex aliquo eorum defectu, vt quia excommunicati, vel banniti, vel alia causa, ita Abb. in c. cum inter de except. Aufrer. in Add. Capel. Tholos. q.
P prima. (P)

Differt enim hæc dilatio, quæ in iustitia consi-
182 stit, & à creditorum maiorum numero in quantitate conceditur, ab ea, quæ in gratia consistit, & à Principe conceditur, ex quo debitor quando sibi hæc conceditur dilatio à creditoribus concurrentibus aduersus recusantes concurrere, non tenetur aliter præstare cautionem de soluendo debita prædicta, prò quibus sibi conceditur dilatio finita dilatione, lex enim finalis, C. qui bon. cedere possunt non aliter disponit de hac fideiussione, vnde seruanda est iuxta dispositionem, & si debuisset prouidere voluisset, vtique disposuisset Imperator, prout disponit in dilatione à Principe concedenda iuxta l. quoties, & l. vniuersa, C. de prec. imper. offeren. de qua suo loco declarabimus, meritò non tenetur debitor hanc præstare cautionem, & ita videtur esse de mente Guid. Pap. quæstio. 109. & licet Castr. in cit. l. fin. num. 3. dicat quod debitor debet præstare cautionem prædictam de soluendo infra terminum, vel adueniente termino, dummodò possit, alias sufficeret iuratoria cautio cum stipulatione pœnali, tamen intelligendus est in dilatione à Principe concedenda, iuxta d. l. vniuersa, non autem quando à creditoribus, & ita praxis obseruat, & numquam videmus talem præstari cautionem in hac dilatione de iustitia concedenda, vt testatur Vrsil. dec.
Q 288. nu. 2. (Q)

Nec dilatio ista quinquennalis à creditoribus
183 concessa debitori operatur effectum suum aduersus alios non concurrentes, agentes tamen rei vendicatione pro rei restitutione contra prædictum debitorem, non videntur quod generalis quietatio à creditoribus debitori facta non se extendit ad bona, quæ vendicari possunt à debitore Angel. in consi. 189. Alexand. in consi. 49. volum. 1. Vrsil. in repert. dec. in vers. quietatio, & l. aurelius §. mæuia ff. de liber. leg. & facit, quod dixit Iaso. in l. Nesennius §. 1. ff. de re iudic. vbi licet quis habeat exceptionem ne conueniatur nisi in quantum facere potest, quòd talis exceptio non prodest debitori conuento reiuendicatione pro re per eum detenta, etiam si summa concurrentium excederet pretium fundi petiti, cum ille non sit creditor in pretio, sed dominus rei, & si hoc concederetur mille in dies fierent fraudes; sicut videmus in cessione bonorum, quæ licet liberet cedentem à creditoribus, non tamen liberatur à restitutione rei aduersus dominum, secundum Alexan. in Add. Bar. in l. is qui bonis la seconda, ff. de cess. bonorum; Sed si pro restitutione fructuum perceptorum conueniretur, ex quo mala fide percepit, iuxta l. qui scit, ff. de vsur. pro quorum restitutione, seu eorum pretio actione personali tenetur nata ex quasi contractu, tunc liquidato fructuum pretio per sententiam, quæ facit ius l. si & iure ff. qui pot. in pignor. habea. & Capyc. decisio. 107. in princ. diceretur creditor in pretio actione personali, & eo casu ad concurrendum conueniri, & condemnari posset vti minor in quantitate.

Quando autem faciat fructus suos possessor, & dicimus si de industrialibus loquimur, tunc bonæ fidei possessor facit suos pro cultura, & expensis l. bonæ fidei, ff. de acquirend. rerum dom. l. fructus in princ. de vsur. & §. si quis à non domino insti. de rerum diuis. fructus autem naturales similiter facit suos si cum titulo possidet d. lege bonæ fidei, Barto. in l. fructus 1. oppo. ff. de rei ven. & in l. ex diuerso ff. eodem; nota tamen quod si dictus bonæ fidei possessor de fructibus perceptis, & consumptis effectus est locupletior catenus tenetur per conditionem sine causa l. si me, & Titium, & ibi Angel. ff. si cert. petat. & l. si malæ fidei, C. de cond. ex lege, cum rei vendicatio non detur, ex quo consumpti sunt bona fide d. l. fructus, & Barto. in d. l. ex diuerso; vnde Iaso. dat cōsilium in l. Nesennius §. 1. ff. de re iud. quod deducat, & probet bonæ fidei possessorem ex fructibus consumptis, locupletiorem factum, & speciē locupletationis deducat, quia non sufficit deducere, & probare quod in vsus suos conuertit, quia per hoc non sequitur ergò locupletior factus est, sicut non sufficit probare, quod in vsus suos, & familiæ splendidius viuēdo conuertit, ex quo tūc non dicitur locupletior, refert Angel. in consilio 160. & sequitur Dom. de Franch. decisiō. 31. licet glos. in l. virum ff. de pet. hæredit. secus dixerit, & Salyc. in l. fina. C. de pact. conuent. qui namque dicantur fructus industriales, qui verò naturales, Alex. benè in l. maritus ff. ad leg. falcid. & in consi. 63. volum. secundo, & Barto. in l. fina. ff. de iure fisci, & in Add. in d. l. ex diuerso, & Christo. Port.
R in d. §. si quis à non domino. (R)

Numquid autem obligato ad factum possit p
184 creditores concedi hæc quinquennalis dilatio inuito, & recusante creditore, qui habet prædictū debitorem obligatum ad factum; si omnes essent creditores ad factum vtique concurrente maiori ipsorum numero personarum concedi valeret, & tenerentur alij in minori numero concurrere, quando omnes ad idem factum tenentur, sed si in diuersis factis, vel concurrentes in pecunia, nō concurrentes ad factum, tunc si talis debitor ad factum obligatus ad interesse conuenitur, & tunc est debitor prout in pecunia, & cōsiderabitur maior, & minor summa concurrentium, & non cōcurrentium, vel si ad factum conuentus tale sit factum à quo interesse præstando liberatur, quod est, quando personæ industria electa non est, tunc quia interesse præstando liberatur, ita est ac si in pecunia esset debitor, & considerabitur, vt supra maior, & minor summa; si verò personæ industria electa est, quo casu præcise ad factum tenetur, cum per alium expediri non possit, prout, de teri-

ſcriptore notatur in l. ſtipulatio §. ſiue ff. de noui oper. nun. tunc intereſſe non conſideratur, nec in conſideratione poteſt eſſe maior, & minor ſumma ad finem decernendi ſi actéia maiori, vel minori ſumma concurrere teneretur, & hac diſtinctione motus Alber. de Roſ. in rub. C. qui bon. cedere poſſ. colum. 1. verſ. item quæro numquid debitor tenet reſpectù ceſſionis bonorum. Et non tantum intereſſe non ſuccedit loco facti, quando electa eſt induſtria perſonæ, ſed etiam quando cũ iuramento eſt quis obligatus ad factum, quo caſu præcisè ad factum tenetur, quia iuramentum debet præcisè impleri in forma, in qua iuratum eſt, nec tunc habet locum regula, quòd præſtando intereſſe liberetur, iuxta l. ſtipulationes non diuiduntur in ver. celſus ff de verborum obligat. ita gloſ. in l. ſi pecuniam in verſ. neceſſe habes ff. de cond. ob cauſ. quam ſingul. allegat. Iaſ. in l. eum qui §. 1. num. 6. ff. de iure iuran.

Sic etiam quando quis per ſententiam eſt condemnatus ad factum, quo caſu ceſſat præſtatio intereſſe, ſed præcisè tenetur ad factum, ſecundum Bald. in l. 1. penul. column. C. de ſent. pro eo quod intereſt, & Ald. in l. qui reſtituere per glo. ibi ff. de rei vend. c. quæ verè procedunt ſi facultatem faciendi habet, alioquin ob impoſſibilitatem, & impotentiam ad intereſſe deuenitur, & ſic impoſſibilitate actenta ad factum obligatus conſiderato intereſſe, quod ob non faciendi impoſſibilitatem præſtari debet, & ſic creditor tot de bonis ſuis, quantum eius erit intereſſe factum non præſtari accipiet, & in eo denominabitur creditor, ſecundum Iaſo. & alios in §. fin. inſt. de actio. & ſic pro ea ſumma ſi minor erit reſpectù concurrentium concurrere tenetur, aliàs ſecus, de qua obligatione, quando perſonæ induſtria cenſeatur electa, habes etiam text. in l. inter artifices ff. de ſolut. cum ibi not. per Bald. in l. quiſquis num. 2. C. de Epiſc. & cleric. verſ. adducis, & Caualcan. deciſio. 25. numer. 38. 2. part. & Bartol. in l. mandatum ff. mand. Hyppo. in l. vnica num. 6. de raptu virg. & melius Barto. in l. 1. C. de præpoſ. agent. in rebus libro 12. Aret. in §. 2. inſtitu. de vſufructu, & melius per Iaſo. in l. ſtipulatio iſta §. ſi ſtipul. num. 4. ff. de verb. oblig.

Et ſemel vidi dubitari in Magna Curia, dum per eam fuiſſet commiſſum Actuario cuiuſdam Ciuitatis, vt nomine Magnæ Curiæ caperet quãdam fideiuſſionem, & obligationem, qui Scribæ commiſit, & ſtipulatus fuit, ſi hoc fieri poterat, cũ perſonæ induſtria eſſet electa, & ex dictis in add. Barto. in l. 1. num. 4. in ver. committere ff. de offic. conſul. videbatur dicendum non valere, & ſic cõtrauenientem non incidiſſe in pœnam.

An verò inſtrumentum, in quo aliquid fieri eſt promiſſum poſſit dici liquidum, & præſentari ſecundum formam Ritus Magnæ Curiæ contra debitorem facti, & fuit iudicatum quod ſic, quando ad factum præcisè tenetur, prout in cauſa Ducis Seminariæ, cum D. Hieronymo Colũna obligato ad faciendum inſtrumentum ratificationis venditionis cuiuſdã feudi factæ per eius matrem dicto Duci, qui cum recuſaſſet fuit conuentus via ritus, & condemnatus, qui ad euitandum carceres fecit ratificationem, vt refert de Iudic. in tracta. præſentat. inſtrumentor. 2. conſider. fo. 356. num. 6. quod ſecus quando præcisè non teneretur ad factũ, & ſuccedit actio pro intereſſe
S ſecundum eum. (S)

Si creditores maiores in quantitate concedunt
185 hanc quinquennalem dilationem debitori petentes renitentes creditores condemnari ſimiliter ad concurrendum, qui ſeruatis ſeruandis veniunt abſoluendi ab impetita dilatione prædicta, vel quia non tenentur ex cauſa concurrere, vel forſan ſunt maiores in quantitate his concurrentibus, vel alia cauſa; modò hi, qui concurrerant, & dilationem conceſſerant poſtquàm nõ habuit effectum reſpectù non concurrentium, intendũt conuenire ipſum debitorem pro debitis, pro quibus concurrerant; quibus ſe opponit debitor, allegãs exceptionem dilationis conceſſæ, & ſi dicunt non habuiſſe effectum, poſtquàm adhuc finem conceſſerunt, vt renitentes ſimiliter concurrerent, & pendente dilatione acquireret, & de quæſitis ſatisfaceret, vndè ceſſante cauſa, ceſſare debet effectus dilationis per eos conceſſæ, quam alias non conceſſiſſent, niſi ad effectum prædictũ, dic tamen quod ineptè agunt, nam à principio ſi hi creditores voluiſſent abſolutè concedere huic debitori talem dilationem pro eorum debitis, abſque concurrentia aliorum renitentium concurrere, non ne potuiſſent, vtique ſic, cum ſint moderatores, & arbitri in rebus eorum l. in re mandata C. mand. & licet tempore conceſſæ dilationis eorum talis fuerit intentio, quòd alij creditores ſimiliter concurrerent, aliàs ipſi non cõceſſiſſent, attamen non ex hoc corruit dilatio per eos conceſſa reſpectù ipſorum, cum defectu illius cauſæ in mente retentæ non pariat conditionem illius dilationis conceſſæ; nec dicatur quod illa cauſa tacita, ſcilicet quòd ideo cõceſſerunt, vt alij ſimiliter renitentes concederent, cum illa tacita cauſa ad finem inducendi talem conditionem ob cauſam non ſequutam, non habeatur pro expræſſa, & ſic propoſitum in mente retentum nihil operatur, ita Bald. in l. ſi repetendi in princip. C. de condic. ob cauſam, & tale propoſitum in mente retentum, dixit Bald. in l. 1. 2. quæſti. C. qui admiſſi, quod eſt tamquam poſthumus exiſtens in vtero, qui ſi non producitur in lucem, nihil operatur, & ſic cauſa illa in mente horum concurrentium retenta, vel ex parte cogitata nihil operatur, quantum ad inducendam repetitionem dilationis, ita Iaſo. in l. 2. §. ſi liber. ff. de cond. ob cauſam, & licet taciti, & expræſſi eadem ſit ratio, iuxta l. eum quid ff. ſi certum petat. taliter quòd ſi expræſsè ſic fuiſſet conceſſa, ſcilicet quatenus alij renitentes concurrerent, & ſic cauſa tunc non ſequuta daretur repetitio, ſic in iſta tacita; tamen in hac materia conditionis non idem operatur tacita, prout expræſſa, ſecundum Bal. in d. l. ſi repetendi, vndè dicit ibi Bald. quod aut eſt cauſa finalis ex vtraque parte ſubintellecta, & habetur pro expræſſa, aut ab altera parte tantum, & tunc ſecus, & intelligitur tacita ab vtraque parte, ſi cauſa eſt de natura actus videtur tacitè actũ ab vtraque parte, ſecus ſi non eſt de natura actus, modò videmus, quod non eſt de natura actus dilationis quinquennalis, quod creditores nolentes concur-

rant

rant,sed sufficit quod concurrant qui volunt con
curree, & qui non tenentur non compellantur;
& si secus intendunt, in concessione sic conci-
T piant. (T)

Creditorum aliqui sunt,qni dilationem quin-
186 quennalem concedere volunt, alij verò cessio-
nem bonorum desiderant,in hoc maior pars vo-
lentium dilationem concedere attenditur, quàm
cessionem bonorum, idemque seruatur si partes
sint in discordia,Roma. consi.839. & l.maiorem
ff.de pact.& l.fin.C.qui bon. ced. possunt,Vrsill.
decisio.288.num.3. per illa verba ibi (humanior
sententia) & nedum in concursu creditorum,
sed etiam qnando dissentio esset inter creditores
volentes hanc concedere dilationem, & debitorē
ipsum recusantem recipere dilationem, sed ces-
sionem bonorum facere,electio erit tunc horum
creditorum,vt d.leg.fin, ibi (enim statur maioris
partis voluntati) ergo creditoribus electio com-
petit, quorum est voluntas,& latius per Brunum
in suo tracta.cess.bonorum quæstion.22.contra-
rium tamen est verius, cum debitoris sit potius
electio cedere bonis, & dilationem non admitte-
re,vt supra,& per Bart.in d.l.fin. & ibi etiam Sa-
lyc.C.qui bonis cedere poss.& de Franch. decisi.
351 Et hoc quia finita dilatione,de cætero non
valeret cedere bonis,secundum glos.in d. l.fin. &
Affl.in dec.378.

Et si concessa reperitur dilatio adhuc eidem
renunciare posset,& cessionem facere, cum à le-
ge sibi hæc tradatur electio,non ab homine dict.
l.fin,quo casu licet variare, dummodo actum nō
consumauerit,vel cæperit consumare,secundum
Docto.in l.serui electione ff.de leg.primo,& Bar
to.in l.eum qui certarum §.fin.ff.de verbor.obli-
gatio.& Salyc.in d.l.fin.2.colum. vers. & idem
dico. Et per hoc in facto dicebatur,dum pro de-
licto commisso extra Ciuitatem Neapolis que-
relasset,& accusationem porrexisset Neapolita-
nus coram Iudice loci delicti, prætendebat post-
modum variare, & accusare in Magna Curia, ex
quo Neapolitanus trahit, & non trahitur virtute
priuilegij Neapolitanis concessi,dicebatur non
posse,ex quo electio à principio dabatur,quæ ab
homine,& non à lege tribuitur, quo casu ex præ-
dictis non datur variatio, & licet Rex,qui con-
cessit tale priuilegium potuisset legem facere ge-
neralē,tamen non fecit,sed particulare hoc con-
cessit tantū Neapolitanis,pro qua vide Car.in rit,
V 301.nu.7. (V)

Et si nolit ipse debitor, nec vti dilatione con-
cessa,nec cedere bonis,dicit glos.in d.l.fin. quod
incarceratur per quatraginta dies,'vt interim ali-
quis misericordia ductus pro eo soluat, & demū
traditur lacerandus creditoribus,quod dicunt ibi
Doct. lege non caueri, & propterea stabit in car-
ceribus, etiam vltra quatraginta dies, secundum
Salyc.ibi,

Operatur enim inter cætera effectum hæc di-
latio quinquennalis, quod impedit liquidationē
187 instrumenti, quando sententia concessionis di-
lationis transitum fecit in rem iudicatam,Franc.
Anto.de [illegible] in tractat.liquidat.instrumentor.
declar.4.num 67. & Beraת Pand.in tract.liquid.
instrume.5.p. declar.32. Sicut impediunt exce-
ptiones nouationis, delegationis, nouæ conuen-
tionis,metus causa,& similes, secundum eum ibi
X probatæ in promptu per publica documenta.(X)

Verum quia debitores solent, vt plurimum
renūciare huic moratoriæ dilationi, imò sibi ipsis
concessa non vti, an non obstante renunciatione
prædicta valeat debitor ea vti si sibi conceditur
aduersus non concurrentes creditores, pro eorū
creditis, in quibus renunciauerat huic dilationi,
& videbatur dicendum quod renunciatio non
afficiat, quia ista renunciatio est de iure futuro,
cui renunciari non potest l. si quis hæres ff. de ac-
quirend.hæred.l.si ita scriptum §.1. ff.de leg.2. &
l.1.C.de pact. quòd autem sit de iure futuro non
ne competit nisi condemnatis creditoribus non
concurrentibus ad concurrendum, argum.l.pen.
ff.de cessio.bonorum; Secundò carcer,qui ad cu-
stodiam inuentus est l.aut damnum §.solent ff. de
pœnis,nunc esset ad pœnam per pactum inducē-
dum,sed quia pactum est contra bonos mores,&
naturalem æquitatem,quis contra humanitatem
igitur valere non debet l.alia §.eleganter ff. solut.
matrim.

Tertiò nam creditor de duritia, quæ iure re-
probata est, & contra bonos mores redarguere-
tur l.seruius ea lege ff.de seru.exportand. & quia
nihil agit, nisi vt efficiatur debitor, igitur non est
audiendus l.in fundo cum nihil ff.de rei vend.

Quartò æquiparatur beneficium quinquenna-
le cum beneficio cessionis bonorū,ex quo vtrūq;
miserabile, & ab eodem fonte dependent, & ad
eundem effectum tendunt, vt misereatur inopiæ
huiusmodi debitoris,& æquiparatorum eadem
est dispositio l.fin. C.de indict.viduit.tollen. mo-
dò beneficio cessionis bonorum renunciari non
potest,vt suo loco tractabimus,neque huic bene-
ficio quinquennalis dilationis:

Quintò maius est beneficium quinquennalis
dilationis,quàm cessionis bonorū,nam qui quin-
quennalem dilationem habet non molestatur nec
in persona,nec in bonis, quod secus in cessione
bonorum,cum vsque ad subuculam spolietur,qū
ergò conceditur illud, quod est minus fauorabi-
le, multo magis censetur concessum illud, quod
est magis fauorabile l.cui pacto in fine ff.de seru.
export. & sic cum non possit renunciari benefi-
cio quinquennalis dilationis.Contrarium est ve-
rius,ex eo quod quilibet potest renunciare priui-
legio suo l.si quis in conscribendo C.de pact.ma-
ximè quando cum iuramento illi esset renuncia-
tum,cum renunciationibus non detur regressus,
vt per Roland.cons.31.lib.2.& stante tali renun-
ciatione ab istis inducijs abstinetur,testatur The-
saur.seruare Senatum in decisio.186. num.8. &
hoc quando renunciatio est facta per debitorem
ad beneficium creditorum nolentium concurre-
re,quibus concurrentes præiudicare nō possunt,
nec aliquod generare præiudicium respectù hu-
ius renunciationis, & hoc quod renunciatur est
ius positiuum introductum merè in fauorem re-
nunciantis,nec renunciatio inducit aliquid, quod
est contra bonos mores, prout testatur Paul. de
Castr.in d.l.si quis in conscribendo in fines respe-
ctu verò concurrentium licet ad eorum benefi-
cium sit facta talis renunciatio, attamen possent

con-

concurrere,& renunciare, licèt iuramentum insit
in renunciatione facta per debitorẽ, cum super eo
habeat vim Apostolici in remictendo illud c. 1.
de iur.iuran. Ias.in l.fin.num.24.ff.qui satisd.cog.
Nec obstant contraria quod talis renunciatio
inducat pænam carceris, ex quo totum oppositũ,
cũ data hac quinquennali dilatione debitori, eaq;
elapsa non detur de cœtero beneficium cessionis
bonorum, sm̃ glos.in d.l.fina.C.qui bon.ced.poss.
vndè daretur potius occasio inducẽdi perpetuos
carceres, quare potius operatur contrarium effe-
ctum, & sic non potest diei continere turpitudinẽ
& contra humanitatem esse, quo casu non tene-
ret renunciatio, nám quando debitori aliud re-
manet beneficium à iure cõi dispositum non ob-
stante tali renunciatione tenet renunciatio, maxi
mè cum iuramento, & facillius est admictenda,
dempta modò hac dilatione per renunciationem
remanet beneficium cessionis bonorum, secundũ
Salyc.in auth.hoc nisi C.de sol.col.1. vers.quærit
Cyn.sequitur Decius in l.2.§.mutui datio 2.lect.
col.fi.vers.tertia est conclusio ff.si cert.pet.nec di-
catur hanc renunciationem esse similem renun-
ciationi cessionis bonorum, quam non valere te-
stantur Doctores, vt suo loco dicam, nàm eo ca-
su sublato remedio cessionis bonorum aliud re-
medium non superest, nisi quòd debitor in carce
ribus detrudatur in perpetuum, ꝙ secus in benefi
cio quinquennali pdicto, quo sublato per renun-
ciationẽ, remanet remedium prędictum cessionis
bonorum, & ita D.de Franch.arguit in decisi.31.
Quid tamen in dilatione à Principe concedenda
ex gratia, suo loco declarabimus.

Dubitari contingit si cõcessa hac quinquẽnali
188 dilatione per hos concurrentes creditores, ma-
iores tamen in quantitate, & iam obtenta contra
alios renitentes concurrere in minori summa,
eaq; pendente fuerit per debitorem satisfactus
vnus ex concurrẽtibus creditoribus, qua summa
dempta reliqui concurrentes remanent in mino-
ri quantitate respectù non concurrentium, an
propterea corruat dilatio sic modò prædicto con
cessa; & videretur dicendum quòd sic, ex quo si
antè sententiam concessæ dilationis talis creditor
sic satisfactus non concurrisset, vtiq; dilatio non
fuisset cõcessa, eodemmet modo si solutio fuisset
sequuta post dilationẽ concessam, nam cessante
causa, cessare debet, & effectus. Cõtrariũ tñ mihi
verius videtur dicẽdũ, ex quo hi creditores adhũc
finẽ concurrunt, vt debitor pendente dilatione
non detrudatur in carceribus, sed lucretur, & de
lucro creditoribus satisfaciat, aliàs nihil talis dila-
tio operaretur, & si secus diceretur duo nasceren-
tur absurda, vnũ scilicèt ꝙ debitor non satisfactis
creditoribus pendẽte dilatione concessa perpetuò
in carceribus maceraretur, cũ bonis de cętero ce-
dere nõ valeret, iuxt.gl.in l.fi C.de cess.bon.& sic
illud, ꝙ esset concessũ in beneficiũ retorqueretur
in odiu, & ad hoc facit, ꝙ dixit Paul.de Castr.in l.
sciendũ §.si fundum ff.qui satisd.cog.vbi excusa-
tio semel cõcessa propter aliq̃ causam durat, ꝗuis
cesset illa causa, ẽt si illa causa cessat facto ipsius
met, & Io.Andr.in regul.decet esse concessum in
mercurial.vbi siquis habet numerũ filiorũ 12.qui
sufficiat ad excusandũ ab oĩbus muneribus, iuxt.
l.1.C.qui numero liberor. & l.si qs decurio.C.de
decur. & aliquis ex filijs moriatur, ꝙ adhuc du-
189 rat immunitas patris, nam vbicumq; restant ali-
quæ reliquiæ priuilegij, licet cesset causa finalis
ipsius priuilegij, tñ non cessat ipsum priuilegium
propter reliquias, quæ remanent; Quo priuilegio
nedũ pater, sed ẽt mater gaudet, vt à muneribus
psonalibus, & patrimonialibus liberetur, quę aũt
dicantur personalia, & patrimonialia declarat Iu-
re consul.in l.fi.ff.de iure immunit. quæ hodiè in
Regno per collectas, & gabellas soluuntur, sm̃ D.
de Franch.dec.259. in princ. ꝙ procedit, ẽt, quod
filij nõ sint in potestate patris; & nedum filij, sed
ẽt nepotes ex filio mortuo, tñ filij prosunt auo, &
faciunt numerum, non m̃ eo viuo, qui tantum p
vnico habentur, secundũ eum ex Saly. doct. in l.
si pater, C.qñ prouo.non est necess.in fine, in quo
numero filiorum adoptiui, vel naturales non co-
plectuntur §.1.& 2.inst.de excus.tut.cũ gl. Thess.
dec.267.n.12.an aũt ab oneribus bellicis, & dona-
tiuis Principi faciendis excusetur d.dec.Thess. &
tam masculi, quã feminę faciunt numerũ Thess.
ibi, ẽt si filij masculi sint emãcipati, & fœminę nu
ptui traditæ, vel religionẽ ingressæ, sm̃ Thess.ibi
n.5.Similiter connumerantur filij legitimati, siuè
per subsequens matrimoniũ, siue rescripto Prin-
cipis, qui filij, licèt mortui sint dũmodò vixerint
tempore concessæ immunitatis prosunt, & suffi-
cit ꝙ mortui sint ante immunitatẽ concessam in
bello, sm̃ Thess.ibi, verũ, qui in vtero est pro nato
adhoc non habetur vt d.§.1.& 2.inst.de excus.tut.
cum gl.& habet locum immunitas ẽt ꝙ pater, &
filij sint diuites, verum si pater esset diues, & Vni-
uersitas esset pauper, & exilis tunc cum ea contri
buere tenetur, ne leges ad duritiẽ eam inducant,
Thess.ibi, & ita fuisse decisum refert, quòd immu-
nitatẽ nullo modo tollere posse Vniuersitatẽ re-
fert Thess.ibi n.10.qua immunitate nõ gaudebũt
filij, ẽt ꝙ indiuisi remaneãt mortuo patre Thess.
ibi; verũ ista immunitate gaudebit pater quo ad
onera, & debita contracta post immunitatẽ, non
aũt contracta antè immunitatẽ, iuxt.d.per Alex.
in l.1.§.si cohæredem n.2.ff.ad l.falc.& Bar.in l.in-
cola, ff.ad municip. prout viua voce audiui à D.
Reg. Ferdinando Fornario Protectore Status A-
malfię, circa immunitatẽ prædictã, qua intẽdebat
gaudere Mag.Io.Andr.de Ponte quo ad onera, &
debita contracta per Vniuersitatẽ Terræ Maiori
post immunitatẽ prædictam acquisitã per eũ ob
dictum numerũ liberorum, & sic debet gaudere
dilatione cõcessa is debitor, nõ obstante solutione
A facta ea pẽdẽte vni ex cõcurrẽtib⁹ creditorib⁹.(A)
190 Si creditorũ concurrentium in maiori summa
post concessã dilationẽ debitori, & iam obtẽtam
apparet aliquẽ ipsorũ concurrentium non fuisse
verũ creditorẽ tẽpore concurrentiæ, quam sic ho
die appellamus, quia forsan eius creditũ erat sa-
tisfactũ, vel alio modo erat indebitũ, an propterea
sententia reddatur nulla ẽt respectu aliorũ oĩum,
& sic debitor carere debeat dilatione concessa; &
in hoc sic respondendũ puto, ꝙ aut dẽpta illa sũ-
ma huius creditoris reperta soluta, & indebita re-
manet maior sũma creditorũ non concurrentiũ,
& ad concurrendũ condẽnatorũ, & non est dubiũ
ꝙ sententia redditur nulla respectũ oĩum, ex quo
non habet locum dispositio tex.in l.fi.C.qui bon.
ced.poss.& si aliter diceretur esset contra casũ il-

lius legis, & sic nulla ipso iure, iux. l. si C. qñ, puoc. nó est necesse, maximè respectú fraudis, q in quo libet actu suú operatur effectú, & reddit actum nullú tot. tit. ff. & C. q in fraud. cred. Aut dépta illa summa adhuc remanet summa maior aliorú cõcurrentiú creditorú respectu ipsorú non concurrentium creditorú, & sic ad concurrendú condénatorú. & tunc aliter iudicamus, p ea, q not. Alex. in l. iustè possidet n. 22. ff. de acq. poss. vbi decretú interpositum inter personas, quarú vna esset creditrix, & alia non, q valet decretum quo ad personas, q sunt creditores, seù creditrices, licèt non quo ad alias, & sic vtile per inutile non vitiaretur, iux. not. per Doct. Ias. & alios in l. si non fortè §. si centum ff. de cond. indeb. imò sententia de iure partim ex causa vera, partim falsa prolata, substinetur ex causa vera, sm Alex in d. l. iustè nu. 24. & optimè faciunt not. per Vrsi. in dec. 218. & Castr. in l. heredes palam n. 7. ff. de testam. & Hypp. sing. suo 385. taliter q gaudebit debitor dilatione concessa remanente summa maiori aliorum restátiú
B creditorum concurrentium. (B)

191 Quid si de huiusmodi solutione facta prædicto concurrenti creditori non aliter cóstat per legitima documenta, sed tm ipse creditor, qui concurrerat fatetur fuisse satisfactú pro eius credito, an talis assertio afficiat debitorem, ne in futurum gaudeat dilatione concessa, & hoc intellige quádo dempta illa summa; summa non concurrétiú remaneret maior respectu aliorum restantium creditorum concurrentium; & dicimus q si constat de reali solutione, & (iam supra explicauim⁹.) Aut constat de credito, de solutione minimè, sed tm adest prędicta confessio, constat tñ quod declarationem, & confessioné fecit in odium debitoris gaudentis dilatione, ne in futurum ea gauderet, & tunc nó afficit debitorem, per ea, quæ notat Paul. de Cast. in l. seia n. 6. ff. ad senat. cons. velle. operatur tñ confessio suum effectum à die confessionis, vt de cætero tanq̃ satisfactus non audiatur creditor, èt si erronea, & extraiudicialiter facta ad liberandum standum est illi, donec contrariú probetur adhunc finem fuisse factam, Paul. de Castr. & alij in l. error C. de iur. & fact. ignor. & sic hãc qualificatam cõfessioné poterit debitor recipere, scilicet q fuerit satisfactus, & respuere qualitaté, q fecerit in fraudem per prius, sm Bar. l. aurelius §. idem quæsijt ff. de lib. leg. cui confessioni èt absente parte factæ standum erit, cú tendat ad liberandum, & operabitur effectum ex nunc, non vt ex tunc, ne afficiat debitorem respectù dilationis, donec contrarium probetur de errore Thess. dec. 99. in fine, de facili enim colluderet in hoc creditor, stante maximè primęua confessione iurata, .f. creditum verum, & non exactú, & standú est magis iuratæ depositioni, q̃ factæ absq; iuramento, sm Bal. in l. gesta n. 6. C. de re iudi. Si verò constat de cõfessione, minimè tñ de collusione, & fraude, standum tunc erit confessioni, q̃ afficiet debitoré, si sic confitetur per prius fuisse satisfactum, & in fraudé creditorum concurrentium concurrisse, cum nulla maior detur probatio, q̃ oris confessio Maran. in sua praxi in 6. p. 5. actu n. 21. & impunè non transibit, non .n. taliter fuisset confessus, si verè nó fuisset satisfactus, vndè concurrétibus duobus verisimilibus, .f. in fraudem hoc facere, & p sumptione donationis, attéditur tunc illud, qd est magis verisimile, sm Ias. in l. si extraneus nu. 4. ff. de cond. causa data, causa non sequuta, & illud q est verisimile debet haberi pro expresso, sm Ias. ibi, cum nemo præsumatur velle iactare suú l. cú de indeb. ff. de proba. & sic non est verisimile talé fecisse confessioné, si verè non fuisset satisfactus, verum remanet firma regula si restantium creditorum concurrétium, vt supra est maior summa aliorum non concurrentium; Et facit q dixit Inno. in c. quia plerique de immun. eccles. & Hypp. in rub. de prob. n. 165. vbi licet senté tia fecerit transitum in rem iudicatam, adhuc per confessionem partis, in cuius fauoré fuerat prolata retractatur asserendo esse iniquam, & iniustè prolatam; nec q soluit debitor creditori pendente dilatione repetit, quia habens temporalé exceptioné soluendo interim non repetit, sm glo. in l. qui exceptionem in vers. pecuniam ff. de condit. indeb. & l. in diem, & l. nam & si cum moriar, ff. eodé, quasi nouasse censetur l. in fideicommiss. in fi. ff. de re iud. & nó ad alium finem tendit concessio huius dilationis, vt debitor ea pendente acquirat, & de quæsitis satisfaciat, sed si promiserit de nouo, vtiq; concessa dilatione non gaudebit, cum ex hoc renunciatio arguatur, per ea, quæ not. glos. & ibi Bart. in l. sed iulianus §. fi. ff. ad macedon. & l. ad solutionem C.
C de re iudic. (C)

192 Nec potest ista quinquennalis dilatio concedi debitori per hos cócurrentes creditores licet maiores in quantitate aduersus recusantes concurrere minores in summa, posteriores tñ in tempore horum concurrentium in persona tm non aút in bonis, ex quo hi anteriores creditores pendente dilatione concessa ad eorum, vel posteriorum instantiam poterat fieri venditio bonorum debitoris, & ipsi vti anteriores recuperarét pretiú bonorum, & sic nullú dánum sentirent, cum in effectu per receptioné prædictam ipsi non remanerét de cætero creditores, sed tm remanerent creditores hi, qui posteriori tpe contraxerunt, & ideò non erat par omniú creditorum conditio, quia re ipsa dilatio tendebat contra posteriores, non aút contra anteriores, quibus de bonis debitoris pendéte dilatione satisfiebat, & res deueniebat ad casum à quo incipere non poterat, & S. C. Neap. ita iudicauit, vt refert D. de Franch. dec. 179. n. 9.

193 Sæpè enim contingit, q creditor concurrés aduersus alios recusantes minores in quátitate colludit cum debitore, q dilationem, & si concedit hoc facit, vt ipse debitor gaudeat dilatione contra non concurrentes, respectu sui tñ minime operetur effectú, prout sic debitor promisit renunciando dilationi obtentæ respectú ipsius tm, si huiusmodi simulata, & fraudulénta dilatio opatur effectú suú contra hos nó concurrétes creditores cõdénatos tñ ad concurrédú si de fraude constat, & dicimus q non, quodcúq; .n. præiudiciale creditoribus factú in fraudé iudicatur actú p debitoré, ideò nó afficit táq̃ fraudulétú, & cõpetit actio reuocatoria l. 1. ff. q in fraud. cred. ibi (qualecúq; fuerit) hoc est cuiuscunq qualitatis, quotiescúq; .n. à iure aliq cõceditur beneficiú, seú immunitas respectú cãe, seù actus, intelligitur, dúmodò nó sit affectata causá, quo casu non operatur beneficium, nec gaudet immunitate §. item tria onera inst. de

ex-

excusatio. tuto. & ibi & Doct. vbi licet tria onera tutelæ, vel absentia causa Reipublicæ præstet excusationem ab onere tutelæ, intelligitur dummodò absentia non fuerit affectata, & faciant nota. per Paul. de Castr. in leg summa cum ratione ff. de peculio, cum simulatus actus nominari non debeat, l. quamuis C. si quis alteri, vel sibi, quia deceptis, non decipientibus, iura subueniunt, glo. in l. fœminis C. ad vell. vndè saltim per viam restitutionis in integrum ex clausula si qua iusta mihi causa competit subuenitur his creditoribus non concurrentibus circumscriptis aduersus cõcessam dilationem, quæ læsis, & circumscriptis qualitercumque conceditur leg. prima, ff. de resti. in integr. & de hac fraude constare dicimus quãdo per coniecturas probatur, ea enim, quæ liquidò probari non possunt probantur per coniecturas, & præsumptiones leg. non omnes §. à barbaris ff. de re milit. cum liquidò probari non possint, cum non adhibeantur testes quando committuntur, propterea ex indicijs probantur leg. dolum C. de dolo, Paul. de Castr. in d. leg. summa cũ ratione circa finẽ, maximè quando incontinenti apparet de promissione sequuta, iuxta notat. per Bald. in l. si absentis column. penult. C. si certum petat. vbi quietatio præsumitur facta sub spe futuræ promissionis, quando incontinenti quietanti appares facta promissio de soluendo, per tex. in l. minor 25. ann. cui fideicommiss. ff. de minor. & per Frecc. in suo tract. de præsent. instrument. 7. p. quæstio. 7. maximè ex clausulis appositis in contractu nouæ promissionis, quæ in arbitrio Iudicis rectè iudicantis remictuntur, & Veron. in tract. de simul. contract. in 6. casu princ. in fine, & Abb. in cap. nobis fuis num. quarto, de simon. & Barto. in l. post contractum ff. de donatio. & sic ratione fraudis currunt, cum dolus faciat illicitum, quod aliàs esset licitum, & in aliquo non debet opitulari, secundum Abb. in cap. si vir, vel mulier nom. 5. de cog. spirit. Cara. in ritu 67. num. 20. & quando fiunt ea, quæ verisimiliter fieri non debent, si fiũt arguunt non bonam fidem, & sunt indicia contra facientem, Docto. & Hyppo. in l. fina. ff. de quæst. de Franch. dec. 179. n. 8. & idem D. de Franch. dec. 180. & decis. 206. n. 23. & Carau. in ritu 228. n. 22. ponis 34. præsumptiones ad probandam fraudẽ; vel si probatur sic fuisse inter eos conuentum tempore concessæ dilationis, vt ea obtẽta debitor non vteretur contra sic concedentem, sed tantum
D contra reliquos non concurrentes. (D)

Diximus iam creditorem censualem posse
194 concurrere tàm pro censibus decursis, quam pro sorte principali rescisso prius contractu, dubitabatur si hæres est is, qui concessit dilationem, qua pendente, venit casus restitutionis hæredisatis, cui namque applicabuntur hi cẽsus maturati tempore concessæ dilationis, & postmodum, non tamen exacti ob dilationem concessam fideicommissario, vel successoribus hæredis grauati, & dicimus ad fideicommissarium, postquàm exacti non reperiuntur, secundũ Paul. de Castr. & Alex. in l. deducta 6. qui post sf. ad Treb. & D. de Franchis dec. 13. quod non alienum est à materia, post
E quam de censibus alloquuti fuimus. (E)

Conceditur dilatio ista quinquennalis per cre-
195 ditores concurrentes maiores in quantitate debitori aduersus alios creditores recusantes concurrere, minores tamen in summa, verum hi recusantes tempore concessæ dilationis erant creditores ad tempus, illisq; debebatur pecunia, pro qua fuerunt ad concurrendum condemnati indè ad triennium, & sic ipso triennio pendẽte fuerunt sic condemnati, quod illud triennium compræhenditur in quinquennio, & sic si pendente prima dilatione concessa, de nouo alia conceditur, taliter quod non debet gaudere debitor quinquennio, & triennio insimul, secundum Castr. in l. si quis suus C. de repud. hæred. quia dando secundam dilationem, quam ipsi dare videntur, licet Iudex dederit cum factum Iudicis, dicatur factum partis l. ob causam C. de euictio. videtur recessum à prima iure cuiusdam nouationis, & si de prima restabát quinq; dies non expectabuntur, sed incipiet statim currere secũda dilatio; Sic in dilatione à Principe concessa ex gratia per quinquennium, licet debitor habeat triennium conuẽtionale, illud suppleri debet vsq; ad quinquennium, arg. l. 4. §. si ex conuentione ff. de re iudi. tale enim quinquenniũ datur miserationis gratia, ideò debet restringi l. si cum militis §. cum intra ff. de compẽs. Hinc Bart. in l. in senatus cons. §. fin. ff. ad turpill. loquitur de statuto dictante, quod commictens homicidium condemnetur in mille, & stet ad confinia per viginti annos à die factæ condemnationis, cõtigit quod vnus facit homicidium, & pendente primo decennio, iterum aliud homicidium commisit, decennium secundum quando incipit à die finiti primi decennij, vel à die condemnationis super secundo latæ, & hanc firmat opinionem Castr. in d. l. si quis suus n. 3. & 4. Nisi expræssè in secunda à Principe data dicatur, quod à die elapsæ primæ dilationis secunda currere incipiat, quod facere potest motu proprio, & cum clausula nõ obstante quæ operatur idem quod clausula de plenitudine potestatis, secundum Bal. in l. si de testamento C. de testa. & vbi Princeps cum clausula non obstante rescribit, prout rescribere potest, secũdum Ias. in l. rescripta C. de prec. imper. offer. alterius iura tollere, & diminuere potest, quia quamuis aliàs ius tertij velle tollere, & diminuere non præsumatur, fallit tamẽ qñ clausula non obstante apponitur, secundum Alex. in cons. 92. vol. 6. & facit qd dixit gl. in ver. sequentes, & ibi Abb. n. 11. in c. cũ
F sit nimis de magistr. in 6. (F)

Iam diximus maiorem creditorum partem in
196 quantitate esse illam, quæ concedit hanc quinquennalem dilationem debitori, & petit minorẽ in summa numerũ non concurrẽtium creditorũ condẽnari ad concurrẽdum, prout de iure condẽnatur ad concurrendum, illudq; iudiciũ non inter creditores, & debitorẽ agitatur, sed tñ inter concurrentes, & non concurrentes creditores à quo namq; tpe currat huic debitori dilatio concessa à die latæ sententiæ, & concessionis, vel modò à die scientiæ debitoris, de iure certũ est dicere beneficiũ alicui concessum à superiore non aliter acquirere, nec currere, nisi à die scientiæ illius, cui conceditur, ità Bar. in l. beneficium ff. de const. princi. vbi priuilegium, seu beneficiũ alicui à Principe concessum non à die cõcessionis, sed à die sciẽtiæ

illius, cui conceditur cur, it p tex. in l. fi. & ibi gl. C. de consul. li. 12. & Cano. in c. t. de cōcess. præb. in 6. Alex. in l. qui absēti ff de acqui. poss. & hanc fatetur cōem opinionē Iaso. in d. l. beneficiū n. 46. & Bal. in l. labeo p illum tex. de iure codic. vbi dilatio concessa absenti non currit, nisi ei notificatū sit, maximè cū tractetur de eius adhuc incōmodo postquā finita dilatione, non gaudebit beneficio cessionis bonorū, iux. gl. in l. fi. C. qui bon. ced. poss. Et li. er vera sit conclusio pdicta, illaq; sic currat à die scientiæ debitoris, ipsaq; tñ sciētia debitoris arguitur, & præsumitur statim à die cōcessionis, validū est .n. argumentū à cōiter accidentibus, iux. gl. in l. neq; natales C. de proba. & l. certi conditio §. si nūmos ff. si cer. pet. Bal. in l. conuēticulā C. de Episc. & cler. Hypp. sing. 1. Caualc dec. 44. n. 116. in r. p. argumentū transfert onus probandi in aduersarium negantē. Hyp. in l. 1. §. si q dicitur n. 17 de quæst. cōiter enim qñ hęc cōceditur dilatio debitori p hos concurrentes creditores ipsemet debitor est, qui liti expensas ministrat, ipsiq; assistit, & alia facit, p causæ expeditione, vndè non tñ à die concessionis, & sententiæ, sed à die præmeditationis ipsius notitiam habet, taliter q ab illa die sententiæ scientiam habere dicitur, & sibi tempus currere, iuxta dict. Bar. doct. scientia enim præsumitur ex his, quæ cōiter fieri solent, dixit Dec. in cons. 303. n. 3. vol. 2. quis nam ignorat debitorem de his omnibus habere scientiam, cum statim cōcessa dilatione, obtētaq; sentētia, vel ēt à Principe impetrant moratoriam in forma consueta, vndè nedum sciētia, sed ratificatio arguitur, sm̄ Dec. in reg. semper qui non prohibet nu. 9. ff. de regu. iur. maximè cum publicè agatur, q fit, iux gl. in c. t. de postul. prælat & ex alijs not. per Socc. in regu. 176. 177. & nedum ab his cōiter accidentibus valet argumentum, sed ēt à solitis l. q si nolit §. qui assidua ff. de ædil. edict. sicut etiam à verisimili tenet secundum Soce. in l. 2. nu. 6. ff. de cond. & demonstr. & Hypp. in d. sing. t. non enim est verisimile creditores velle hanc concedere dilationem contra renitentes in minori numero creditores, expensas ministrare, nisi acclamāte debitore, pro vt in dies videmus, vndè ab illa die incipit currere, ex præsumpta saltim prædicta scientia debito-

G ris. (G) Illud enim in dubio præsumere debem° quod frequentius contigit, quia oīa frequentiora sunt verisimiliora, ita Bal. in cons. 390. colu. 2. sic præsumptio sumi debet ex eo, q cōiter fieri consueuit, & dicit Bal. quod ex frequentia, & generalitate præsumitur veritas in cons. 351. in fin. lib. 1. & Abb. quē refert Aym. Crau. in tract. de antiq. temp. in 8. p. nu. 120. fol. 308. q præsumptio est, q syndici, qui fuerūt pñtes lauoo, illud portauerint eorum cestat, & quod communitas de eo notitiā habuerit, quia à cōiter accidentibus sic fieri consueuit, in o debitor ipse quàm primum virtute sententiæ saluam guardiam procurat, sequmque affert, ex quo eā approbasse censetur, sm̄ Crauet. ibi, q in dubio de mēte ipsarum partiū censetur actum, dū vtriq; paru prodest, sm̄ Bal. in cons. 341 in princ. li. 1. & Crau. cit. loc. n. 123. & scientia ista debitoris licet facti sit, est tñ præsumpta non aūt vera, ex quo duplex est scientia facti, altera vera, altera præsumpta, vera sciētia est liti expensas ministrando, ipsiq; assistēs, & alia facit pro causæ expeditione, vndè illa, ad quā peruenitur per sēsum corporis, & ista dicitur scientia vera, quæ dicitur infallibilis notitia, & veritas, q̄ per sensum acquiritur sm̄ Bal. l. scire leges ff. de leg. cuius quidem sciētiæ terminus appositus est in scientia, & ignorantia, inter q̄ extrema, scilicet scientiā, & ignorātiam sunt gradus intermedij, quorum primus est dubietas, quæ per inuestigationē causatur, q̄ quidē non est species sciētiæ, sed est quodam mediū, per q peruenitur ad inuestigandum, sm̄ gl. in l. 1. C. de procu. & in rub. de iur. & fact. ign. secundus gradus est suspitio, per quā animus incipit adhærere l. absentē ff. de pœnis, ibi (suspitionibus cōdemnari) tertius est, qui dicitur opinio, per quam animus iudicis maximè adhæret, & nihil deest nisi confessio partis, vt in l. 1. post princ. ff. de quæst. ibi (tunc ad quæstionem deuenitur cū suspectus est) Scientia verò facti præsumpta; q̄ præsumptio aliquando sumitur ex consanguinitate, vt l. Octaui ff. vndè cogn. aliqñ ex vicinitate, vt l. si vicinis, C. de nupt. aliquando sumitur ex eo, q publicè fit vel publicè scitur, glo. in l. si autor ff. de peric. tut. & cur. qui semel C. quomodo, & quando iudex; aliqñ sumitur ex fama, siuè ex eo, quod publicè dicitur, & ex alijs circumstantijs & coniecturis, vt l. cum quidam §. quod dicitur, ff. de acquir. hæred. & ibi Bar. & l. is qui ff. eodem, quilibet enim præsumitur scire, quæ cōiter accidunt, glos. in l. si tutor C. de pericu. tut. & Doct. in §. qui aūt excusse volunt in vers. cognouerunt inst. de excus. tut.

197 Si conceditur hæc quinquennalis dilatio à creditore vti maiori in quātitate eius debitori, aduersus alios renitentes concurrere, minores tamē in summa, modò creditor huius creditoris, qui dilationem concesserat, intendit iura sua experiri, & consequi contra prædictum debitorē, cui dilatio fuerat cōcessa, ex eo, q est sibi obligatū vti nomē debitoris, cum verū sit de iure in generali obligatione facta per ipsum creditorē concedentē dilationē venire ad beneficiū eius creditoris, siuè tūc téporis sit contractū, siue est post facto, iuxt. l. fi. C. quæ res pign. oblig. poss. & Bar. in l. nomen, C. quæ res pign. obl. poss. Bar. Bal. & alij in l. 3. C. de hæred. act. Negus. in tract. de pign. in 2. p. 2. mēbr. nu. 8. si sic modò venit in obligatione, an eo casu possit is creditor contra eū sic agere non obstāte dilatione pdicta sic ei concessa per eius creditorē; Si dilatio prædicta fuisset concessa eidē post litē motā, seu mandatū ei iniunctū de soluendo, vel alio modo, vtiq; nō esset dubium, sicut si soluisset tunc nō liberaretur, sm̄ Bar. & alios in d. l. nomē, & an eo casu si iterū cogitur soluere prędicto creditori creditoris sui repetat à prædicto suo creditore, Dec. in cons. 98 p tex. in l. 1. C. de cōd. indeb. Sed si antè mandatu, & litē motā in solutione nō dubitaretur, sm̄ Bart. & alios in d. l. nomen, sed in alio actu pter solutionē, donec est in esse debitor actū piudicialē creditori facere nō pōt, q n detur auocatio, cū nō possit efficere iura sui creditoris l. debitorum pactionib. C. de pact. & l. inter debitorē C. eodē, & hoc tā respectū remissionis, quam dilationis, iuxt. leg. 1. & l. omnes in fin. ff. quæ in fraud. credito. vndè resoluto iure datoris, resoluitur ius accipientis leg. lex vectiga. ff. de pignor.

& præ-

& prædicta tàm respectù creditorum concedentium, quàm non concurrentium, cum à pari procedant, cum ipsimet concedere videantur, ex quo factum Iudicis, factum partis iudicatur leg. si ob causam C. de euict. item intellige prædicta procedere quando dilatio est concessa antequã concedens cum alijs contraheret, aliàs si antè obligationem, talem concesserit dilationem, vtique nõ dicitur tunc afficere creditorem, & cum sua causa transit obligatio, secundum Alex. in l. sæpè C. de re iudica. colum. 21. & hæc in actione hypotecaria, dummodò simpliciter fuerit facta obligatio non deueniendo ad specialia, scilicet mobilium, & immobilium, quia nomen debitoris, tanquam tertia species non veniret l. quam tuberonis ff. de peculio, & Docto. in l. à diuo pio §. in venditione ff. de re iudic. & Negusant. in cita. loco num. 9. & eo casu nulla requiritur excussio contrà principalem, secundum Bart. in d. l. nomen, quia tunc iua nominis debitoris dicitur resistere pœnes ipsum principalem debitorem, quo casu non est necessaria excussio, iuxta auth. hoc si debitor C. de pignor. & hanc dicit esse communem opinio. Angel. in §. item seruiana instit. de actio. & Neguс. in d. tract. in 8. par. 1. membr. num. 19.

Sicut hodiè virtute constituti, & præcarij agere poterit creditor nulla finita discussione, iuxta l. si. & auth. ibi posita C. de act. & obligat. & Alex. in l. exitus ff. de acquir. poss. & Marant. in suo speculo in 4. par. 20 distinct. num. 11. & Pragmat. Assist. incip. assistentiam cum ibi not. Sed si iacreditor in actione personali tantum creditor existat nunc recta via agere non poterit contra ipsum debitorem gaudentem dilatione prædicta, nisi facta excussione contra principalem suum debitorem, & sic seruare tunc tenetur ordinem dispositum in leg. à diuo pio §. in venditione ff. de re iudicat. & sic in defectum habere recursum ad illud nomen debitoris, aliàs ommisso tali ordine exequutio esset nulla, & retractanda veniret, secundum Alexan. in dict. §. in venditione, cum sit de forma testatur Afflict. in decision. 358. & ibi
H Vrsill. (H)

Solent aliquando concurrere creditores pro
198 eorum debitis confessatis per eorum debitorẽ, cui talem concedunt dilationem, aduersus alios renitentes concurrere, licet minores in quantitate, ea tamen liquida, & vera, aduersus quam concurrentiam hi non concurrentes opponunt exceptionem non numeratæ pecuniæ, vel rei non traditæ ad finem impediendi dilationem, ne dicantur creditores, cum adhuc tempus biennale non esset elapsum, quam ex persona eorum opponũt, non debitoris, qui pro effectu prædicto consequendo nunquam opponeret, & iam statutum est posse hos creditores non concurrentes hanc opponere exceptionem, per text. in l. pen. & ibi Paul. de Castr. & alij C. de non numera. pecun. & non tantum per modum actionis, sed etiam exceptionis, etiam inuito, vel ignorante debitore, secundum Castr. in d. l. penul. cum hæc exceptio non tantum ipsi principali debitori competat, sed etiam eius creditoribus exemplo rei principalis l. tam mandatori C. de non numerat. pecun. & sic quomodocumq; conueniantur hi creditores opponere poterunt, secundum Aret. in §. idem iuris est nu. 13. inst. de exceptio. Sed si elapsum esset tempus opponendi hanc exceptionem non numeratæ pecuniæ, vel quia renunciatum esset prædictæ exceptioni, & similiter opponere poterunt, etiam si cum iuramento esset renunciatum, quia tunc iuramentum sequitur naturam actus super quo interponitur l. fin. C. de non numer. pecun. & Iaso. in l. fin. §. idem quæsijt ff. de cond. indeb. per tex. in d. l. si cui C. de non nũmer. pecun. ibi (etiam si principalis debitor numquam ea vsus fuerit) & hoc propter iustam ignorantiam, quam hi creditores habuerunt, & sic ipsis perpetuatur exceptio, non autem debitori, eò maximè si negatiua probaretur nullam fuisse numerationem, oportet enim quòd creditum sit verum, & non confessatum, quæ negatiua probatur per eosdemmet testes descriptos in instrumento confessati mutui, vel alios, secundum Barto. & alios in leg. si ex cautione C. de non num. pecun. & Aret. in dict. §. idem iuris num. 6. & Barto. in l. penult. C. de pact. & ibi Salyc. quos refert Aret. in dict. §. idem iuris nu. 41. vers. nunc generaliter, vbi tradit differentiam, quando quis renunciat iuri positiuo, quod concernit fauorem renunciantis tantum, aut tertij tantum, aut mistim vt:i f.

Et nedum modo prædicto, sed etiam quàndò constat de fraude de ea semper opponi poterit, vt auth. sed iam necesse C. de don. ante nupt. quia talis exceptio de fraude competit tàm creditori opponenti ex persona sua propter fraudem debitoris, quæ simulata dicitur, & nullos afficit tunc creditores tàm præteritos, quàm præsentes, & futuros, dummodò hi futuri creditores ex causa onerosa sint, non autem lucratiua, secundum gl.
I & Doctor. in l. 3. C. plus valere quod agitur. (I) quodcumque enim fraudis causa actum extitit reuocari debet l. 1. in versi. hæc verba ff. quę in fraudem cred. & l. 3. circa finem C. eodem vbi in fraudem dicitur factum si non petijt, & tempus labi passus sit, vt tempore liberetur, tenent Ang. & Iaso. in §. fuerat insti. de actio. & l. penult. C. de non numer. pecun. quæ fraus, & simulatio arguitur ex indicijs, & coniecturis, l. si maritus vbi glo. ff. qui & à quibus, & Barto. in l. ait prætor §. ita demum ff. quæ in fraud. credito. vel quia statim facta tali confessione recepit pecuniam ab his creditoribus recusantibus concurrere, ita Angel. & Saly. in d. l. sed iam necesse, & Aret. in d. §. fuerat num. 14. & Bald. in rub. C. quæ in fraud. credit. & bene Bald. in l. fina. nume. 5. C. mand. & Castr. in l. contra legem ff. de leg. & Barto. in l. post contractum ff. de donat. & ex alijs arguitur, quæ arbitrio Iudicia relinquuntur, Cæs. Vrs. in dec. 403. vltra alia supra not. & faciunt quæ not. dixit Papie. in sua praxi de forma libell. opponend. contra instrum. in vers. quod negatur, & Alex. in l. prædia ff. de acquir. possess. Aret. in §. actionum insti. de actio. in tantum quod creditor licet posterior probans veram numerationem præfertur creditori, & anteriori probanti debitum per solam debitoris confessionem Aret. in §. fuerat instit. de actio. Caualca. decisi. 32. nu. 10. prima p. & Vrsil. dec. 402. in fine, Foller. in sua praxi censual. circa fin. fol. 225. nu. 42.

Quid si post instrumentum emptionis, & ven-
199 ditionis, in quo venditor fatetur se pretium recepisse, prout communiter fieri solet non deuertendo ad extraneos actus, sequitur purum instrumentum mutui cum interuentu eiusdem Iudicis, Notarij, & testium, in quo emptor se debitorem constituit ex causa mutui, an ex persona sua opponere possit dictam exceptionem rei non traditæ ad finem impediendi ne talis creditor venditor dicatur creditor, & non valeat concurrere ad beneficium dicti emptoris debitoris, prout supra in exceptione non numeratæ pecuniæ, cum ex calendario dicti instrumenti emptionis cũ illo mutui, appareat, quod in veritate ab illo dependeat, & dicatur idem cum illo, ac eiusdem pars, vnde quæ contra illud opponere poterant, & contra istud opponunt, quia loco illius est subrogatum, quinimò vnum cum alio annexum, per ea, quæ not. Bal. in l. petens penul. colum. C. de pact. quod vbi sunt duo contractus confecti eodem die inter easdem partes cum interuentu eorumdem Iudicis, Notarij, & testium vnus censetur factus contemplatione alterius, atque vno verbo, & cõsensu, & Bald. in l. si absentis colum. pen. C. si certum petatur, vbi quietatio præsumitur facta sub spe futuræ promissionis, quando quietanti incontinenti apparet facta promissio.

Et per illam doctrinam Bald fuit decisum in Sacro Consilio, dum cuidam viro fuisset promissa dos per fratres mulieris, ub quam promissionẽ mulier ipsa incontinenti non deuertendo ad extraneos actus coram eodem Iudice, Notario, & testibus fecit amplam renunciationem successionum paternæ, & maternæ prædictis fratribus, quæ dotis promissio, dum non valuisset habere suum effectum, cum multa per prius essent contracta per fratres illos debita, habuit mulier propterea regressum ad iura renunciata super paternis, & maternis bonis, super quibus pro paragio erat iam anterior, & iam pro ea fuit admissa, & prælata cæteris fraternis creditoribus, non obstãte renunciatione prædicta ex prædictis; In casu tamen prædicto contrarium verius fatentur Doctores, quia hoc non est instrumentum emptionis & venditionis, sed mutui, in quo non apparet se obligatum aliquid tradere, per ea, quæ notat Bar. in l. emptor ff. de aqua pluu. arcen. & Soccin. in consi. 264. vulum. 2. & quàmuis contractus primus declaret cautam secundam mutui corollariè, & requirat implementum, quod est secus in causa mutui transfusa, tamen, ex quo agitur ex causa secunda illam non modificat, seù restringit quia vera est, licet dependeat ab ea, quæ adimplementum requirit l. aduersus C. de non numer. pecun. Capic. decisio. 183. sequitur Frecc. in tract. præteniat. instrument. 7. par. quæst. 7. per totam; quæ vera intellige procedere respectù debitoris, quod secus respectu creditorum non concurrentium, cum adhuc militent ea, quæ dicta sunt in præceden. quæst. Barto. in l. ab anastasio C. mand. Foll. in sua praxi censual. vbi concord. alleg. f. 214
L num. 46. (L)

Si plures sunt creditores concurrentes in maiori summa, modò creditor non concurrens in
200 minori tamen summa ad finem impediendi dilationem prædictam quinquennalem offert soluere vni ex his cõcurrentibus creditoribus quod ei debetur, & pro quo concurrit ad finem vt dépra illa summa reliqui concurrentes in minori remaneant summa, respectù ipsius non concurrentis, in hoc sit taliter admittendus.

Et dicimus quod sic, cum illud ius offerendi competat nedum illi creditori, de cuius interesse agitur, sed etiam pœnitus extraneo, & nullum ius habenti in re, etiam pro debitore inuito l. soluendo ff. de negot. gest. & l. solutionem ff. de solut. & inuito creditori fieri potest, ita quod per solam obligationem factam ab extraneo ipsi creditori impeditur agere contra debitorem, in tantum, quod si conuentus debitor potest probare oblationem factam creditori ab extraneo, ipsum repellere posset, secundum Castr. & Alios in leg. tale pactum §. post diuisionem ff. de pact. benè verum est, quòd licet creditor recusauerit recipere oblatam pecuniam, non propterea impeditur iterum petere suum creditum, quia quando vnum est in obligatione, etiam quod creditor sit semel in mora illud recipiendi, non per hoc extinguitur obligatio, nisi res esset ammissa, quod limitatur in creditore Reipublicæ, secundum Neguf. in tract. de pignor. in 5. part. 3. membr. numer. 39. & 40.

Verum eo casu, quo extraneus offert creditori non potest ab eo impetrare cessionem iurium cõtra debitorem realem, vel personalem, cum inuitus cedere non teneatur, l. nulla, C. de solut. & ibi Bald. quod procedit etiam quod soluens, vel offerens esset creditor illius debitoris, pro quo offert sine tamen hypoteca, quia etiam isto casu non posset compellere creditorem inuitum ad cedendum, secundum Salyc. in l. vnica, in vlt. quæstion. C. etiam ob chyrogr. pecun. & sic ille extraneus, qui soluit, vel offert liberat pignus sibi non proficit, sed benè proficit secundo, vel posteriori creditori, qui propter liberationem pignoris factam per hanc solutionem ab extraneo factam incipit esse primus in dicta hypoteca; limitantur tamen prædicta nisi ille extraneus soluendo primo creditori emerit ab eo suum nomen, vel pignus, tunc enim taliter soluendo succederet in ius dicti primi creditoris à quo emit, & etiam habet actionẽ ex empto contra dictum primum creditorem à quo emit, vt sibi iura sua cedat, secundum glos. & Bald. in d. l. nulla, & Neguf. in citat. loco num. 42. & sic posset in casu prædicto offerre is creditor non concurrens ad finem impediendi concursum in maiori summa; Ad quod facit, quod dixit Bar. in l. lèx vectigal ff. de pignor. & Iaso. in l. 2. nume. 67. C. de iure emphyteot. quod creditor pro eius interesse ad finem impediendi caducitatem bonorum emphyteoticorum ob census non solutos p biennium in ecclesia, & triennium in priuato per eius debitorem, potest ipse offerre, & soluere directo domino, & euitat caducitatem, dummodò solutio fiat in termino antequam declaretur res ca-
M duca, secundum DD. ibi. (M)

Solent enim, vt plurimum aliqui creditores
201 per prius obtinere decreta condemnationum pro certis quantitatibus contra debitorem per probationes, & demum in iudicio concurrentiæ con-

contra renitentes concurrere in minori summa in vim probationis pro eorum creditis tantum sententias, seù literas exequutoriales producere, quæ faciunt ius iuxta l. si & iure ff. qui pot. in pigno. Si dubitari contingit de validitate ipsarum ad finem inducendi probationem contra non concurrentem, si de simulatione constaret ad hûc finem fuisse sic actum nullum tunc generari præiudicium fatemur, cum deceptis, non decipientibus iura subueniant l. si procurator ff. de doli mali, & met. except. & not. Bald. in rubr. C. de reuoc. his quæ in fraud. creditor. si de fraude non constat, tunc secus, per ea, quæ notat Angel. in l. cum filius in fine prin. ff. de verborum obligationibus, vbi quando processus principaliter ordinatur ad perniciem eius, contra quem proceditur, licet per quandam necessariam consequentiam præparetur exequutio contra tertium, non propterea ille tertius est citandus, quoniam ad illum non pertinet defensio causæ illius, vndè infert, quod si ago actione persunali contra Titium, & dico eum obligasse omnia bona sua mihi, & vinco in causa per probationes claras, & apertas, sententia declaratiua hypotecæ, & debiti præiudicabit possessoribus bonorum quantumcumque non citatis, & Bald. in l. sæpè ff. de re iudic. in 15. limita. quæ est ratione ordinis, puta secundum eum, quia sunt duo iudicia contra diuersos agitanda, quorum vnum causatur ab alio, nam tunc sententia lata in primo prodest quo ad secundum, licet non citatum, vt possit vigore primæ sententiæ formari secundum iudicium contra ipsum, & idem in l. de vno quoque, ff. de re iudica. quia principaliter non tangit negotium eorum, & idem affirmatur in casu de quo agitur, cum simus tantum in sentētia declaratiua in actione personali, pro qua non venit generandum præiudicium aliquod his creditoribus habentibus hypotecam, cum à die latæ sententiæ nascatur actio dict. l. si & iure, licet respectû dilationis, quæ differt, non autem aufert eorum iura, quando tamen virtute ipsius sententiæ valeat creditor contra tertios possessores habentes causam à debitore sic per sententiam declarato hypotecaria actione, seù in factum actione agere Alexand. in d. l. sæpè, & in d. leg. de vnoquoque in vltim. limitat. dicit tunc esse saltim per generale proclama citandum, & Capy. decisi. 107. pro cuius effectu an sufficiat tantum producere sententiam sine processu pro eius exequutione, Hyppo. in l. 1. §. si quis dicitur num. 18. ff. de quæst. Iaco. de Are. tenet quod sufficit producere sententiam sine processu, alij verò contrariam sententiam tenuerunt, quia non viso processu apparere non potest an iure, vel iniuria fuerit condemnatus, licet præsumatur pro sententia, vt sit iustè lata, non tamen sic quo ad alios, vt leg. sæpè, §. primo, ff. de re iudica. Papiens. referendo vtramque opinionem distinguit, cuius distinct. vide in sua praxi in titu. de forma libell. in causa vend. in versi. promictis de euicti. num. decimo, & ego habui de facto illum casum in Ciuitate Cauæ, & non fuit decisus, quia partes acquieuerunt, cuius enim erat onus producere processum, cum acta conseruentur pœnes Actuarium, vti Archiuum scripturarum, secundum Abb. in cap. quoniam contra de probation. Dec. in l. is apud quem numer. decimo quinto, ver. sed tantum C. de edend.
N Boer. dec. 15. (N)

Finita hac quinquennali dilatione modo præ-
202 dicto obtenta, vel quia dilationis iudicium
non habuit effectum ex aliqua causa in tali iudi-
cio per non concurrentes deducta, si proindè con
uenitur debitor vigore sententiæ prædictæ ortæ
ex causa confessati debiti, vel virtute confessati in
strumenti debiti, & modò demonstrat debitor debitum confessatum ad effectum prædictum fuisse confessum, possit proindè molestari per ipsum creditorem, quòd si sic demonstratur nullum proindè generari præiudicium huic debitori huiusmodi probationes, & confessiones tanquam in fraudē factas, & ob id fuisse emanatas, per tex. in leg. generaliter C. de non numer. pecun. & per ea, quæ dixit Paul. de Castr. in leg. summa cum rat. ff. de peculio, vbi dum quidam esset inquisitus de crimine capitali suspicans omnia bona publicanda, si pendente inquisitione confessus sit habere ab aliquo puta centum, quæ promisit restituere, postea obtinuit gratiam, quòd non poterit ille creditor illa centum consequi, cum illa confessio fuerit ficta sic causa obtinendi dilationem, quæ etiam fraus, ex coniecturis arguitur, & demonstratur, cum liquidò demonstrari, ac probari non possit, sed per præsumptiones leg. non omnes §. à barbaris ff. de re militari, cuius testes non adhibeantur quando committitur l. dolum,
O C. de dolo, & Castr. in d. l. summa. (O)

Iste enim saluus conductus, seù moratoria
203 concedi potest debitori per creditorem ne dū
ad certum tempus, sed etiam ad certum actum, & tempus, & locum, vt si concederet debitori securitatem eundi ad certum locum, vt Neapolim, seù alibi, vt eo casu sic concessa subintelligitur etiam concessa securitas ipsa & redeundi, ac recedendi, non enim securè vadit, qui recedere non potest, secundum Bartol. in l. vtimur ff. de sepulchr. violat. idem Bar. & Ang. in l. 1. C. de nauicul. nam dispositio loquens de eunte compræhendit redeuntem, & in vnaquaque dispositione habetur pro expresso illud, quod verisimiliter per disponentem fuisset expressum, si de eo cogitasset, vel de eo interrogatus fuisset, glo. in l. tale pactum §. fin. ff. de pact. & hoc locum habet si statuatur per modum conuentionis, siuè per modum statuti, siuè per modum rescripti, vndè idem concessisset si de hoc interrogatus fuisset, sequitur Alexand. in consi. 29. volumin. 6. quæ securitas sic data, ac pro vna vice tantum concessa intelligitur, vel pro pluribus, in quo Barto. in l. prima, ff. ad l. Iuliam maiesta. sic distinguit, quod aut securitas fuit determinatè petita, & determinatè data, & tunc quæstio non habet dubium, quia stamus certo.

Quandoque securitas fuit determinatè petita, & indeterminatè data, tunc intelligitur illa indeterminata concessio secundum determinatam petitionem; Quandoque fuit indeterminatè petita, sed fuit determinata concessio, & tunc stamus cōcessioni indeterminatæ; Si verò fuit indeterminata petitio, & indeterminata concessio, tūc intelligitur pro prima vice tantum, nisi concessio sit facta secundum eum pro certa causa, vt puta

concessa est securitas veniendi, & redeundi pro pace faciẽda, tunc debet intelligi, quod posset ire, & redire donec pendet iste tractatus pacis, sic &t si esset concessus saluus conductus prędict. vsq; ad tempus, quod eo casu non intelligitur pro vna vice tantum, sed quoties voluerit accedere propter temporis adiectionem, secundum Addit. ad Barto. ibi in ver. ire, & redire in lit. R.

Et si concessa sit indeterminatè, absque temporis præfixione, quantum tempus habebit debitor ad iter arripiendum, & redeundum, dic quod septem dies si tantundem sufficiunt ad iter perficiendum, & pro regressu, aliàs subintelligitur secundum distantiam locorum, argum. l. continuus §. item qui insulam ff. de verborum obligatio. & l. veteres cum l. sequent. ff. de itiner. actuque priu. Hinc corollariè nota, quod si alicui est data licentia de extrahendo certam quantitatem frumenti extra Ciuitatem, quod hæc licentia non extenditur vltra numerum septem dierum, quorum quis habet duos ad arripiendum iter, alios verò quinque pro itinere perficiendo, quod facit pro licentijs, quæ dantur per gabellarios portarum de extrahendo salmas pannorum extra districtum, secundum Barto. in leg. prima, C. de tractatorijs

P lib. 12. (P)

Et ne dum creditor, qui est ex principali obli-

204 gatione concurrere poterit ad beneficium principalis debitoris, sed etiam ad beneficium fideiussoris, & sic pro credito ex causa fideiussionis concurrere poterit, cum propriè is dicatur creditor, & talis fideiussor propriè debitor, per tex. in l. & magis puto ff. de solut. & l. si fideiussor in princip. ff. de legatis primo, & l. si seruum §. nunc videamus, ff. de iniur. ibi (principalis debitor,) & l. cum alter C. de fideiuss. ibi (satisfacto debito,) & l. prima, C. de fideiuss. & §. fideiussor obligari inst. de fideiuss. & Cauens. in ritu 166. num. 3. quia ab eo inuito creditor exigere potest toto titulo ff. & C. de fideiuss. ergo debitor leg. debitor ff. de verborum significatio. & lex prohibens minoris debitorem esse tutorem, comprehendit etiam fideiussorem Angel. in auth. vt ij qui obligatos se habere prohibent §. primo, & ita verum debitorem appellat fideiussorem Ripa in l. prima, ff. si certum petatur, licèt sibi beneficium auth. præsente competat C. de fideiusso. quia illa exceptio excussionis est dilatoria, non perpetua, secundum Bald. ibi, cum non semper competat fideiussori, secundum Iaso. in l. fideiuss. ff. de pact. quia est variabilis ex accidenti, cum desinat competere reo absente, & postea eo reuerso incipiat competere, & iterum eo consumante desinat competere, vel cedente bonis, & postea eo effecto diuite incipiat competere, & ideo indicabitur potius semper temporalis, & accidentalis, & tantò magis, quia non obstante dicta auth. præsente obligatur insolidũ, & pręcisè potest conueniri, licet per exceptionem impediatur exequutio contra ipsum, & sic propriè dicitur debitor, & creditor, ne sequatur absurdum, quod fideiussor sit propriè debitor reo absente, vel effecto non soluendo, & posteà desinat esse debitor propriè eo reuerso, vel effecto diuite, & sic sæpius in anno efficiatur debitor, & nõ debitor contra l. penult. C. de curat. furios. vbi curator propter istas accidentias non desinit esse curator, si furiosus habet dilucida interualla, sed dicitur cessare eius effectus, maxime si renunciauit dicto beneficio auth. præsente, & beneficio diuisionis, cui dicitur renunciatum per verba, de quibus supra visum est, & ita residet Bologn. in d. l. 1. ff. si cert. pet.

Dicitur etiam verè creditor fideiussor respectù

205 principalis debitoris, pro quo fideiussor ipse soluit, absque cessione creditoris, cui soluit pro eo, secundum Abb. in cap. 2. de fideiuss. & ne dum quando actualem satisfactionem creditori factã ostendit, sed etiam si tantum confessionem de recepto creditoris ostendit, secundum Alexan. in l. ex duobus §. primo, ff. de iur. iur. & in consil. 90. volum. 3. & in consi. 27. 96. & 155. volu. secundo, quia illa confessio probat veram numerationem non fictam l. publia §. fin. ff. depos. & hanc fatetur communem opinionem contra Barto. Afflict. in dec. 94. num. 3. & non tantum pro eo, quod soluit, sed etiam pro interesse passo, etiam respectù personæ l. at qui naturæ §. non tantum ff. de negot. gest. & Barto. in consi. 82. incip. punctus quæstio, col. 2.

Dantur tamen casus, in quibus fideiussor solutum creditori non repetit à reo, vt si iniuria Iudicis fuit condemnatus, vel si culpa sua, vt quia non appellauit à tali iniusta sententia, nec domino denunciauit, vt appellationem prosequi valuisset l. procuratorem §. si ignorantes ff. mand. de qua per Afflict. in dec. 49. & ibi quando in culpa esse dicatur.

Sicut dicimus in emptore, cui euicta res est si iudicium venditori non denunciauit contra eum actionem pro euictione non habet l. emptor C. de euictio. tamen quando clara fuit iura creditoris euincentis, taliter quod si esset denunciatum iudicium adhuc sentẽtiam contra reportasset, quod poterit eo casu regressum contra venditorem habere, secundum Alex. in cons. 67. vltim. colum. volum. 3. & in l. non solum §. morte column. 14. & 15. ff. de nou. oper. nunc. & ibi cui incumbat onus probandi iura euincentis fuisse clara, Capyc. decisio. 106.

Et ita obtinui in Magna Curia in causa Philippi de Manso, cum illo de Strina, de Buccerijs Actuario; Et dicitur esse in culpa si exceptionem competentem non opposuit, vel oppositam non probauit, vel per minus idoneos testes, quæ tamẽ debet apparere, aliàs in dubio in culpa non præsumitur, cum pro sententia præsumatur, glos. in l. si exceptiones, ff. de fideiuss. vel si ex contractu nullo soluit, dum exceptionem nullitatis potuisset opponere, quod intellige, secundum Afflict. in decisio. 149. in add. ad text. in l. creditor. ff. de fideiussor. & l. si fideiussor §. quędã, & ibi glo. ff. mand. Papiens. in sua prax. in titu. contra plures reos debend. versi. intercess.

Et ne dum in casu prædicto respectù principalis debitoris, pro quo soluit concurrere poterit pro quantitate soluta, verum etiam respectù confideiussoris sui, postquàm quod soluit repetit pro rata contra eum, dummodò cessionem habeat à creditore, sine qua experiri non posset l. cum rectè C. de fideiussor. quæ fieri ex post facto non

po-

potest, nisi pactum de cedẽdo præcesserit l. modestinus ff. de solu. & in hoc aduertendum est, quod aut fideiussor, quod soluit, suo nomine soluit, aut nomine debitoris, aut simpliciter, si suo nomine soluit, tunc cedi possunt iura per dictum creditorem ex interuallo, etiam absque pacto de cedendo tempore solutionis: Si verò debitoris nomine soluit, tunc vnquam cedi possunt ex interuallo, nisi pactum inesset de cedendo; Sed si simpliciter soluit, si quidem creditor cedit incontinenti, præsumitur, quod fideiussor suo nomine, non debitoris nomine soluerit, sed si ex interuallo, tunc minimè cedi possunt, cum debitoris nomine soluisse censeatur, ita glos. sing. in l. papinianus ff mand. quam allegat Alexand in Add. Bar. in dict. leg. modestinus, & sequitur Dec. in consil.
Q 446. (Q)

Quando autem correo soluente insolidum debitum communi creditori habeat regressum pro releuio contra correos. absque cessione, de qua per Vrs. dec. 319. vide Thes. in dec. 191.

Et nedum qui ex causa onerosa dependent, verum etiam, qui ex causa lucratiua denominantur, prout donatarius, & legatarius creditores dicuntur, & concurrere poterunt, creditum enim dicitur, vbique aliquid ab inuito exigi potest l. is cui, §. flauius ff. de solutio. quæ recepta fuit significatio à Iureconsultis, vt dici possit de eo, sicut dicitur de termino intestatus, per Barto. & Alios in l. prima, ff. de suis, & legit. hæred. vt debeat seruari in statutis, & alijs dispositionibus, quàmuis non sit vera, nec propria significatio, & ideò largè capiendo creditum secundum communem vsum loquendi compræhendit illum, cui debetur ex aliqua dispositione, & obligatione, sicut & creditores dicuntur l. creditores accipiendos, & l. creditores conditionales cum l. sequent. ff. de verborũ obligatio. & iste communis vsus loquendi ortus est, quia sicut debitum est omne, quod potest peti per actionem l. debitor ff. de verborum significa. & §. primo, institu. de actio. d. §. flauius, & l. à diuo pio §. si pignora. ff. de re iudica. cum ab initio fuerit voluntatis, nunc est necessitatis, dummodò in fraudem non fuerit facta donatio, & dispositio, quæ arguitur, prout desuper notatum extitit, ex
R Bar. in cit. l. post contractum ff. de don. (R)

Dubitari contingit si debitor pendente dilatione hac quinquennali de mandato sui creditoris summam, pro qua dilationem obtinuerat aduersus cedentem, & mandantem, vt delegatus alteri soluere promisit, si contra ipsum cessionarium, cui facta est delegatio, & solutionis promissio opponi possit ipsa exceptio dilationis, prout opponi poterat contra delegantem, & cedentem; Sic respondendum puto, quod aut debitor ipse delegatus simpliciter illi cessionario soluere promisit, quod debebat suo creditori deleganti, nõ expressa certa quantitate, videlicet per ista verba promicto, quod tali debeo, censetur promisisse sub eadem die, censetur enim sibi reseruasse dilatoriam, etiam si scienter promictat, si autem promisisset expressa certa quantitate, tunc esset distinguendum, aut sciebat exceptionem sibi competere, prout in casu prædicto scire præsumitur, cum sit in facto proprio l. final. ff. pro suo, & videtur ei renunciasse l. si quis delegauerit ff. de nouatio. aut ignorabat, & tunc secus, & hoc quando fuit delegatus ex causa onerosa, si autem ex causa lucratiua, videtur, quod indistinctè contra eum possit vti exceptione, qua poterat vti contra delegantẽ, secundum Doct. in l. doli ff. de nouat. & quod dicitur in exceptione dilatoria, procedit in exceptione peremptoria, ita Paul. de Castr. in l. si prior ff. solut. matrimon. ignoranter enim in casu prædicto dici poterat, quando hæres, qui legitimam dicitur habere causam ignorantiæ iuxta l. qui in alterius ff. de regul. iuris cum not. ibi per Dec.

Et quod dictum est de debitore post dilationẽ agnoscente tacitè, vel expressè debitum, procedit etiam si pro debito prædicto pignus dederit, quia de nouo agnouisse dicitur, argu. l. sed si pater ff. ad macedonia.

Et si post hanc dilationem debitor ipse vnum agnoscit creditum soluendo, vel de nouo promictendo, aliorum agnoscere, ac soluere non tenetur durante dilatione, potuit enim respectù vnius huic renunciare dilationi, non respectu cæterorum, iuxta l. fin. ff. de interrog. actio. & Iaso. in l. fi. ff. de constit. pecun. & casum illius legis pluries habui in facto; Et illum text. intellige procedere in eo, qui prius recusauerat hereditatem, sed si non aliter repudiasset, sed ante actum aditionis, vel repudiationis mortuo defuncto ab initio fatetur ad vnius interrogationem se esse hæredem, quo ad omnes demum sibi præiudicat, secundum glos. in d. l. fin. & Veronensis in sua cautela 202. Phanutius de Phanut. in tract. de inuentar. in 6. p.
S fol. 200. nu. 120. (S).

Diximus iudicium hoc concurrentiæ non im-
207 pedire iudicium exactionis crediti ad beneficium non concurrentis creditoris, si pendente lite super dilatione quinquennali ad instantiam non concurrentis creditoris reperitur exequutũ super bonis debitoris, & demum condemnatus is creditor ad concurrendum, si sententia ipsa dilationis impedit venditionem bonorum exequutorum, in quo dicimus, quòd aut per ipsum creditorem est actum actione personali contra debitorem sine libello præcedente, tamen iudicis mandato, vt soluat secundum Ritum Magnæ Curiæ incipi. Item si aliquis, vel aliqua, qui si non comparet in termino præfixo accusata contumacia, prout accusari debet seruata forma Ritus Incipi. Item seruat ipsa Curia, & est Nouella Pragmatica 3. de ordin. iudicio. actor potest exequi ex primo decreto, & immictitur in possessionem bonorum conuenti pro mensura debiti, vt d. Pragmat. 3. quam possessionem si recuperare intendit, refectis expensis, ac præstita cautione auditur, iuxta auth. ei qui iurat C. de bonis auth. iudic. possid. & dict. Pragm. 3. quæ bona sic exequuta ex primo decreto dicuntur adhuc esse in bonis debitoris, & illa dicitur ciuiliter, & naturaliter possidere, non autem creditorem, cum cum faciat tantum detẽtorem, non possessorem, iuxta text. & ibi Docto. in l. 3. §. fin. ff. de acquirend. possessio. tenent Imol. Raphael, Alexand. in leg. à Diuo Pio §. si super rebus ff. de re iudicat. & in his nullum habet dominium, cum illud adhuc pœnes debitorem remaneat, & sic sententia dilationis impedit omnes

nes actus successiuè faciendos in exequutione crediti, quod secundum decretum interponetur, si in contumaciam debitor perseuerauerit, & intra dictum trimestre tempus copiam sui facere neglexerit, & tunc iterum citandus erit reus ab actore ad videndum secundi decreti interpositionem, qui si non comparuerit, incausatis iterum contumacijs per actorem procedi debet ad secundi decreti interpositionem, vt in Pragm. Incipien. Reo de Ordin. Iudici. verum si post secundi decreti interpositionem dilatio quinquennalis conceditur nullum huic creditori non concurrenti, sic in possessionem immisso præiudicium generatur, postquam is dicatur possidere, & in bonis eius esse, non debitoris, & efficitur tunc dominus creditor, prout erat debitor, secundum Bart. in l. si finita §. iulianus colum. prima, ff. de damno infecto, & ad illam recuperandam actionem non habet de cætero debitor elapso mēse, & non existente iusto impedimento, vt d. Pragm. Reo. Aut actor ex primo, & secundo decreto exequi noluerit, sed iuris ordine seruato, quo casu seruata dispositione legis à diuo Pio §. in venditione ff. de re iudicat. ad sententiæ exequutionem procedetur, quæ bona exequuta adhuc in dominio, & possessione debitoris esse dicuntur, cum pignus illud iudiciale dicatur, secundum glos. in l. secunda C. qui potior. in pignor. habeant. Alexand. in leg. à diuo Pio, §. si super rebus ff. de re iudic. dum illi iua offerendi competat, quod possessori tantum competere dicitur leg. paulus ff. quibus modis pignus vel hyp. sol. per Specul. in titul. de exequutione sententiæ §. fin. versi. item quid si mihi, neq; mandatum ad reluendum daretur, quod est de essentia ad finem vendendi, aliàs sine eo nulla diceretur venditio, iuxta leg. si conuenerit ff. de pignor. actio. & Negusant. in tracta. de pignor. in 6. part. primo membr. meritò ob superuenientem dilationem supersedetur in venditione, cum factum Iudicis, dicatur factum partis l. si ob causam C. de euictio. si pars modò concessisset, vtiq; vlterius pendente dilatione conquiescit, quia obstaret pactum, sic etiam si iudicio actionis hypothecariæ actum esset, per ea, quæ notat Capyc. decisi. 41. super quibus ob superuenientem dilationem molestari non debet, per l. rem in bonis ff. de acquir. rerum dom. & l. bonorum. ff. de verbo. significat. & si purè fuerint adiudicata, secundum Specular. in titul. de primo, & secundo decreto §. iuxta versi. sed quid, donec in corporalem non fuerit inductus possessionem secundum Alexan. & Alios in l. prima, num. 85. ff. de acquirend. possessio. in bonis debitoris censentur; nihil enim prodesset sententia dilationis, si huiusmodi effectum non operaretur, quam conclusionem intellige procedere, quando sententia dilationis transitum fecerit in rem iudicatam, & secum exequutionem afferat, aliàs enim, & litis pendentia super ea, & sententia inde orta, duntamen non fecerit transitum in rem iudicatam, vtiquam impediunt exactionem debiti, & ipsius exequutionem ex di
T spositione Prag. de qua supra diximus. (T)

Quid si absque iudiciali controuersia pignus captum sit, sed illud debitor creditori assignauerit pro debito, si concessa demum dilatione, condemnatoque pro eo credito, ipso creditore, pro quo pignori incumbit, taliter, quod sententia ipsa dilationis sortiatur exequutionem, vt supra: illud debitori pendente dilatione restituendum sit: pignus namque à pugno dictum est, quia res, quæ pignori dantur manu traduntur, & propriè est rei mobilis leg. plebs §. pignus ff. de verborum significat. quod etiam impropriè in immobilibus consistit, dummodò creditori detur, quod verò non transit, hypoteca dicitur §. item seruiana in fin. institu. de actio. l. si rem §. propriè ff. de pigno. actio. & glos. in d. §. pignus in versi. pignus; quod cum conuentionale sit, & tradatur in eo naturalem, ac ciuilem habere dicimus creditorem possessionem, iuxta notat. per Alexand. in l. prima, §. per seruum, ff. de acquir. possessio. glo. in l. prima, ff. de pignor. actio. Negusant. in tracta. de pignor. in 3. part. 2. membr. num. 32. quod aliquando in plenum dominium creditoris transit, si pro tanta quantitate datur, quod verisimiliter non sit spes luitionis, secundum Barto. in l. qui habebat in fine, ff. de legatis tertio, & Negusant. in dict. tractat. 2. part. 2. memb. num. 30. modò beneficium illud quinquennale superueniens ad illud non se extrēdit, vt illius virtute recuperare possit, cum ad ea tantum, quæ tempore concessæ dilationis extendatur virtus ipsius, vlterius tamen creditor procedere non poterit pendente dilatione ad actum venditionis, prout posset, iuxta l. si conuenerit ff. de pigno. act. prout dictum est in iudiciali pigno-
V re. (V)

Et quod dictum est posse creditoré concurre-
208 re tàm pro debitis contractis ex causa onerosa, quam lucratiua, siuè inter viuos, siuè in vltimis voluntatibus, quando autem dicantur ex causa lucratiua iam diximus ex text. in l. prima, C. de imponend. lucr. descript. li. 12. dummodò in contractis in vltimis voluntatibus sint annexa verba dispositiua, aliàs sola confessio, & declaratio non sufficeret, quia parte absente, nec per viam fideicommissi, quia est enunciatio, & non dispositio, oportet, quod declaret, & disponat, ita Castr. in l. Lucius Titius §. quisquis, ff. de legat. 2. sequitur Phanuc. de Phanuc. in tracta. de inuentar. fol. 259. num. 119. vndè aduertant Notarij quando testatores faciunt huiusmodi declarationes se esse debitores alicui, quod illas faciant præsente dicto creditore, vel pro absente, alter pro eo recipiat, vel ipse Notarius, quo casu talis confessio transit in confessionem inter viuos, & amplius reuocari non posset, secundum Castr. ibi, & Bartol. in l. cum quis decedens §. codicillis ff. de legat. tertio, qualiter autem intelligatur præsentia in casu prædicto, notat Abb. in cap. fin. num. 5. de success. ab intest. Et fuit de facto in Regia Curia Reginæ Minoris, vbi fuerat præsentatum quoddam legatum, in quo Testator declarabat se teneri cuidam in certa pecuniarum quantitate, non tamen aliter disponebat, quod ei solueretur, & dubitabatur ex prædictis, idem Paul. de Castr. contrarium refert in l. generaliter num. 11. C. de non numera. pecun. quod & si tantum contineat, vt quia confessus est habuisse à tali, absq; dispositione quòd restituantur ei, quod adhuc inducit dispositionē, & debentur tanquam legatum, si aliud non pro-

be-

betur, alius etiam concurrebat defectus, ex quo
testator ipse aliud confecerat vltimum testamen-
tum, in quo nullam faciebat mentionem de debi-
ro prædicto, vndè cum illud non valeret in vim
confessionis inter viuos, licet potuisset subsistere
in vim fideicommissi, tamen dicebatur reuoca-
tum per illud vltimum testamentum, nec erat ne
cesse expressam facere mentionem de primo, cũ
posteriori testamento tacitè primum reuocatum
censeatur §. posteriore, & ibi Aret. institu. quibus
modis testam. infirment. quæ Notarij stipulatio,
& acceptatio facta loco absentis, iuxta doctrin.
Barto. in l. 2. ff. rem ratam haberi operatur effectũ
suum, etiam mortuo legatario, viuo adhuc testa-
tore, nec de cætero reuocari poterit, secundum
Socc. in consi. 67. num. 4. libr. 3. & Castr. in consil.
195. post num. 3. vers. sola vero reuocatio lib. 2. &
licet Decius in l. contractus ff. de regul. iuris con-
trarium tentauerit tenere, tamen magis commu
nis opinio est in contrarium loquendo de dona-
tione facta absenti Iul. Clar. lib. 4. sentent. §. do-
natio quæst. 13. nec cessio est tunc necessaria, vi-
de Barto. in l. si possessio §. fio. ff. de acquirenda
X possess. (X)

Et non tantum qui scripturis ostendunt eorũ
209 eredita concurrere possunt, sed etiam qui vera
eorum credita per testes demonstrant, non enim
de essentia est scriptura in hac crediti probatio-
ne, cum parem vim obtineant testes, & instrumẽ-
ta l. in exercendis, C. de fide instrument. licet dẽ-
tur casus, in quibus de essentia est scriptura, qui
aliter verificari non possent, de quibus latè per
glos. in cap. 1. de cens. in 6. & Dec. in l. pactum,
quod bona fide, C. de pactis; & nota vnum ca-
sum, quem habui in facto, dum quidam vellet
probare reconductionem iuxta l. ne cui C. loc. &
ibi Saly. & de Franch. decisio. 278. tamen eo casu
adhuc admictitur probatio facta per quinque
testes absque scriptura. secundum Abb. in c. cum
Ioannes circa medium de fid. instrum. & in cap.
sicut consuetudo extra de proba. allegat Cynum
idem tenentem in leg. optimam C. de contrah. &
commict. stipul. sequitur Hypp. sing. 187. quia
illa probatio habere videtur vim publici instru-
menti, sicut dicunt in casu statuti sic prohibentis
talem fieri probationẽ, & tamen admictitur pro-
batio per quinque testes, secundum prędictos l.
testium C. de test. Afflict. decisi. 13. num. 25. idem
si producitur scriptura priuata, quæ aliqualem
facit fidẽ, & testibus etiam coadiuuetur, ita quod
tota probatio non consistat in testibus, & ad eam
coadiuuandam producuntor, quia aliàs de facili
posset fieri fraus, ita notat Alexand. in consil. 36.
lib. quinto, sequitur Dec. in l. certi condic. §. quo-
niam num. 8. ff. si certum pet. & in consi. 11. vol. 1.
verum in casu prædicto si tacente, & parte non
opponente testes producerentur fidem facerent,
quia pars tacendo videtur approbasse hoc genus
probationis, argum. l. siquis testibus C. de testibus
secundum Bald. in d. §. qm̃, & Hyppo. in rub. C. de
probatio. num. 43. & de Franch. in cit. decisi. in
A fine. (A)

Sicut dicimus in obligatione pœnes acta, quæ
habet exequutionem paratam, & aduersus eam
debitor non admictitur ad probandum satisfa-
ctionem, nisi in vinculis, si tamen pars patitur re-
ceptionẽ testium, etiam extra carceres quod pro-
bant Afflict. deci. 110. sic in eo, qui ratione iura-
menti exceptionem simulationis opponere non
poterit, nisi habita prius habilitatione à iuramẽ-
to, si tamen fuerint receptæ probationes super si-
mulatione parte non reluctante inducent fidem,
& admictuntur Gram. dec. 89.

Mandauit Titius Caio eius debitori in ducat.
200. vt illos solueret Seio suo creditori in tautun-
dem, demum ad instantiam concurrentium cre-
ditorum prædicti Caij tanquam maiorum in
quantitate condemnatur Seius similiter ad con-
currendum pro dicta delegata summa duc. 200.
dubitabatur si non obstante dilatione prædicta
sic concessa posset ipse Titius dicta iura experiri
contra Caium delegatum non obstante dilatio-
ne prædicta obtenta contra Seium, in hoc sic di-
cendum puto, quod aut Caius, cui mandauerat
Titius, vt solueret ipsi Seio eidem creditori Seio
significauerat, & proindè ipse Seius in debitorẽ
acceperat prædictum Caium delegatum, & sic
ratum habuerit, quod sufficit si ex libris Sei per-
uenisse apparet, & sic approbasse, quo casu nomi-
natus creditor Seius recta via agere poterit cõtra
Caium, & mandatum datum de soluendo prædi-
cto Caio amplius reuocari non poterit per ipsũ
Titium, secundum Paul. de Castr. in l. si cum cor-
nelius ff. de solut. nouatio enim videtur facta, ta-
liter quod Caius non dicetur de cætero debitor
Titij, sed Seij, & Castr. in l. delegare ff de nouat.
etiam si mandauerit quod solueret, & ipse tãtum
promiserit, quod sit nouatio, dum Caius erat de-
bitor Titij delegantis Dec. in consi. 107. & tex. in
l. fin. C. de nouat. non habet locum in prædicta
delegatione secundum glos. in l. 3. C. eodem, &
Dec. in cit. loco; quæ qualiter procedant adeas,
Dec. d. consi. Aut Caius notitiam non habuit de
huiusmodi mandato, & sic in debitorẽ non dum
receperat ipsum, nec significauerit, & tunc si Ti-
tius pendente dilatione, vel antè reuocauerit mã-
datum prædictum de soluendo datum prædicto
Caio, prout in casu prædicto reuocare poterit, se-
cundum Castr. in cit. loco, quo casu stante reuoca
tione mandati agere non poterit Seius contra
Caium delegatum, nec creditor recta via deno-
minabitur contra eum, per ea, quæ nota. Benuen.
Strach. in tract. de mercatur. sub tit. maod. f. 108.
B num. 3. (B)

Quo casu iudicium quinquennale non contra
Seium procedere poterat, sed contra Titium de-
legantem verum creditorem. vndè sententia lata
contra Seium non operatur contra Titium dele-
gantem. Quando aũt recta via agere possit cessio
narius contra cessum nomen debitoris, vt si ven-
do fundum pro duc. 100. pro illis soluẽdo Seio, an
recta via aget Seius contra emptorẽ absq; cessio-
ne, vide Strach. in tract. de Mercat. sub tit. de de-
coct. in 5. p. n. 9. f. 218. de Frãch. dec. 272. & 273. Et
si ceditur, seu vẽditur nomen debitoris, & promi-
sit illud verum, & non exactum, ac bonum, quod
sufficit esse bonum, & exigibile de iure, ita quod
aliqua exceptione non repellatur emptor, sed si
inexigibile est de facto, quia non soluendo est,
tunc non tenetur vẽditor, gl. in l. si plus ff. de euict.

Fab.de Sãct.Sab.in tract. de empt. & vend.in 6.p. nu.67.ideò apponatur, quòd sit exigibile de iure, & de facto; Quid in muliere recipiente in causã dotis, Alex.in l.si cum dotem §. si mulier, ff.solu. matri. & an militet ea dispositio etiam in marito recipiente nomen debitoris non idoneũ ibi Alex. in fine.

Et nota quod mandatum datum ad exigendũ
211 tacitè dicitur reuocatum per mandantẽ eo ipso quod effectus est decoctus mandatarius, quia mutauit statum suum, & conditionem, ideò caueant debitores mandantis soluere huic decocto mandatario, quòd intellige quando scienter soluunt, secus si ignoranter, quia ignorarunt mutasse conditionem, & probabilis erit ignorantia, quia tunc liberarentur, secundum Castr.in l.si cum Cornelius ff.de solutio.; quid si mutatio status causatur ex parte mandantis, vide Alex.in l.eius ff.si cert. pet. propterea datur specialitas, quòd antè diem agat contra debitorem creditor, quando vidit illum labi facultatibus, & multis se intricare debitis l.quæsitum, ff.de pignor. Neguf.in tract. de pignor.in 5.p.3.memb.nu.48. Vndè si creditor malum habens debitorem recusantem soluere partẽ debiti remiserit, vt residuũ haberet, quod remisit conditione ob turpẽ causam repetere potest, sm̃ Ias.in l.fin.ff.de cond.ob turp.causam, & intellige quando remissio, & pactum fit per extorsionem, quia non vult soluere, nisi partem remictat, si tñ per gratificationem, & mera liberalitate secus sm̃ Roma.in cons.404.per l.si intra ff.de pact. vbi pactus erat creditor si intra diem conuentum debiti partem soluisset debitor aceeptum illi residuum ferre ex pacto non actionem, sed debitori exceptionem competere, sequitur Strach.in tract.de Mercat.in tit.de Decoct.fol.535.nu.1. & sequ.&
C Hypp.sing.435. de qua infra. (C)

Res inter alios acta tertio non præiudicat l.1.
212 & tot. tit.C.res inter alios acta, de qua per DD. in l.2.C.de eden.& Alex.in l.sæpè ff.de re iud. vndè dubitatum fuit in M.Cur.si assertiò facta in libello concurrentiæ per creditores concurrentes in asserendo, & nominando alios concreditores non concurrentes, ac petentes eos ad concurrendum condemnari afficiat debitorem ipsum, taliter, quòd vigore illius assertionis sic factæ postmodum conueniri possit per hos concurrentes, absq; alia probatione illorum crediti, & dum casus euenisset inter illum de Amodeo, & Pyrrum Infantem, referente Commissario D. Vello Iudice Mag. Curiæ, ex quo demonstratum extitit per prædictum Infantem creditum creditorum concurrentium fuisse fictitium, & non verum, absq; quo demonstrasset se creditorem aliundè, nisi per assertionem ipsam factam in libello concurrentiæ per ipsos concurrentes creditores, fuit decisum quod exequeretur contra ipsum debitorem de Amodeo, annullando sententiam dilationis ex cã prædicta, quod licèt verè fuisset creditor, non tñ deduxerat in iudicio, & hoc quia M. Cur. habuit pro vero, quòd fraus erat inhita inter creditores concurrentes, & debitorem, tùm etiam ex tacita confessione facta per debitorem ex capite ratificationis in vtendo sententia dilationis prædictæ, ex quo saluam guardiam detinebat, in qua talis denominabatur creditor, & sic tacitè ipsum verũ esse creditorem fatebatur, iuxta not. per Dec.in regula semper qui non prohibet de reg.iur.; Eo enim ipso, quòd debitor vsus est sententia dilationis, & actis omnibus, intelligitur tàm pro se, quã contra se, quia contentis in libello statur nedum pro eo, sed etiam contra eum, glos. in l.cum precum in glos.1.C.de liber.causa, & per Bar.in l.ex hac scriptura vlt.col. ff.de don. & Bald.in l.error C.de iuris, & fact.ignor. adeò quòd contra illud aliquid dicere non potest Bal.in d.l.cum precum, & l.1.vlt.col.C.de edend.& l.alia C.his quibus, vt indign.est glos.ordin.in c.præsentium glos.1. de testibus; Item illa assertio sic facta facit etiam aliqualem præsumptionem, per glos. in l.si duo patroni ff. de iure iur. & est adeò potens, quòd facit semiplenam probationem Dec.in cons.109.1.colum.& in cons.45.pen.colum.& Hypp.sing.435. Actuar.de Medio Capite; Verum pendet appellatio, & negari non potest, quin assertum debitũ sit sine causa, & obligatio sine causa exceptione doli excluditur l.2.§.circa ff.de doli except. item assertio inter partes non inducit probationem respectù tertij, quando super asserto contingit dubitari l.optimam C.de cõtrah.& commict.stipul. in tantum, quod si quis petit à me centum, & dicam si haberem soluerem Titio, cui in tantundẽ sum debitor, quod ex hoc non oritur actio cõtra me respectù Titij, secundum Ias.in l.admonendi col.66.ff.de iure iur. & Hypp.in l.1.§. quod dicitur ff.de q̃st.& Gui.Pap.q.24. vbi si in instrumẽto venditionis inter aliquos in ipsa venditione asseratur dictam rẽ venditam esse reddititiam alicui, quòd non præiudicat, Hypp.in rub. C.de probat. n.115. Et si conuentus creditor ad concurrendum nominatus est pro summa ducatorum centum tantum, & re vera erat creditor in duc.200. quod sententia obstabit tantum pro summa illorum centum, pro aliis vero cẽtum agere poterit, quia in illa parte tantum obstat exceptio, in altera verò mora contingit l.qui solidum in prin., ff.de le-
D gat.2. (D)

In hoc iudicio concurrentiæ non obstant feriæ
213 ob necessitatem hominum introductæ, per tex. in l.pen.ff.de ferijs vbi carcerati pro criminalib⁹, & ciuilibus causis diebus etiam feriatis expediũtur, dummodò non in honorem Dei, secundum Ias.ibi circa finẽ, non enim obstant feriæ in causa necessitatis, & pietatis vbi res est tempore peritura, & c.fi.de ferijs, Bar.in l.diuus ff.eo.; Sic vbi iurisdictio Iudicis est finitura sententiare potest tẽpore feriato, secundum Specul. & Io.Andr.in tit. de ferijs §.sequitur, Bar.in l more in fi.ff.de ferijs; sicut in sententia lata non visa relatione nuntij facta de citatione nihil valet, secundum Bart.in l. hæc autem §.1.ff.ex quib.caus.in possess.eatur, tamen vbi periculum est in mora, quia iurisdictio Iudicis per statutum limitata expirat, hoc casu valebit secundum Bal.in l.falsus 7.col.C.de furt.; sic & relaxatio carcerati potest fieri die feriato, etiã in honorem Dei, & similiter potest ab eo recipi fideiussor de eo repræsentando, vt hoc modo relaxetur à carceribus, secundum Bal.in l.lecta, ff.si cert.pet.& Rit.M.C.Incip.Item esset; tamen tali die feriato in honorem Dei non potest fieri recõ-

men-

mendatio, & sequestratio personæ iam carceratæ, quia cum sit in carceribus cessat suspitio fugæ, secundum Bal. in auth. ei qui iurat 4. col. vers. quarto dictat statutum C. de bonis auth. iudi. possid. aliàs facta non tenet, sequitur Alex. in consi. 159. 2. vol. qui dat ibi cautelam; & istæ recommédationes, & emparæ sic dictæ quando fieri possint ad instantiam aliorum creditorum, vide Bar. in l. 2. ff. de cust. & exhib. reorum; & si prima captura est iniustè facta, an recommédatio fieri tunc possit pro iusta causa, idem Bar. in q. incip. lapus, & d. l. 2. in fine, & in l. sed eximendi §. 1. ff. ne quis eũ; quid si vnus, illicitè capitur, adeò q; debeat statim relaxari, an statim iterũ, & licitè capi possit, dic q; non l. naturalem ff. de accus. & relaxatio debet taliter fieri quod difficilis sit eius persecutio, secundum Bar. in l. 1. §. 1. ff. de acq. rer. dom. Alex. in cit. cons. 159. col. fin. Bar. & Ange. in l. cum vnus ff. de bonis auth. iudic. possid. & si pro debito reperitur carceratus, an reccommendatio possit fieri pro causa criminali, & è contra, Bar. in d. l. 2. vbi latè; & si venit condemnandus pro delicto, quid agendum respectũ creditorum, vltra Bar. ibi. vide de Franch. dec. 317. & carceratus pro causa criminali quando possit, & pro alia recommendari etiam ad instantiam alterius Iudicis, latè per Bar. in d. l. 2. taliter quod in huiusmodi causis miserabilibus proceditur nulla habita ratione feriarum, latè per

E Ias. in d. l. pen. (E)

Et si destitutus sit debitor omni carens auxilio

14 in carceribus detrusus non habens aliundè, quo viuere possit ratione paupertatis poterit eo casu ne fame pereat conuenire creditores, ad quorum instantiam detinetur pro alimentorum præstatione, secundum Docto. in l. victum ff. de re iudicat. Boer. dec. 303. nu. 2. aliàs posset Iudex ipsum liberare, secundum glos. in l. fin. C. de erogat. milit. annon. lib. 12. Bar. & Docto. in l. sancta ff. de rerũ diu. & in M. C. V. obseruatur regula, quod sit citatio contra creditorem, vt veniat ad subministrandum expensas carcerato stante paupertate, & qđ prima die compareat ad videndum Iuramenta testium examinandorum super paupertate, & deindè capitur informatio de paupertate, & constito de ea, summariè interponitur decretum quòd creditor infra biduum subministret expensas suo debitori carcerato, aliàs liberabitur, & si non subministrat infra dictum terminum solet interponi aliud decretum quod submistret infra aliud biduũ, aliàs liberetur; & si incipit subministrare, & posteà desistit interponitur decretum, quod continuet expensas, seu alimenta, alias liberetur, quæ expensæ solent taxari in Magna Curia ad rationem ducati vnius pro quolibet mense, nisi persona carcerata sit qualificata, & nobilis, quia tunc augetur taxatio arbitrio iudicum, & idem si debitor pauper infirmatus fuerit, quia constito de infirmitate solet Magna Curia illum asportari facere ad domum creditoris, vt suis sumptibus illũ curare faciat, quem si creditor recipere noluerit, vel ei necessaria in infirmitate subministrare consueuit illum dimictere, & licentiare, arg. text. in l. 1. §. sed scimus C. de latina libertate toll. refert, & sequitur Franc. Anto. de Iudic. in suo tracta. de liquid. instr. 4. consid. nu. 72. & Macz. ibi; & ita ego in vtroq; casu obseruaui bis in Ciuitate Cauæ tépore, quo ibi Iudex eram in anno 1592.

Sed nunquid eò casu possit debitor cogi per creditores ad locandum operas suas; causa satisfaciendi eorum credita, quod non, secundum Bal. in l. 1. §. quod si nemo vers. quid si vniuersitatis 2. col. ff. quod quisq; vniuers. nomine, & facit l. ob æs C. de actio. & oblig. per quem text. audiui fuisse semel dubitatum in Magn. Cur. si quis ad pœnam pecuniariam sit condemnatus, dum satisfacere non valuisset, si ob æs prædictum seruire cogeretur, & Gui. Pap. dec. 61. & nota, quod singulariter dixit glos. in l. ex causa §. pomponius ff. de minor. vbi si maritus est obligatus ad seruitia personalia potest vxor dicere volo pro me virũ; an autem dici possit si carceratus ob æs alienum

F reperiretur, cogi.(F)



DE QVINQVENNALI DILATIONE, seù Moratoria, quæ debitori ad ipsius preces ex gratia à Principe conceditur.

TITVLVS SECVNDVS.

SVMMARIVM.

1 *Dilatio Moratoria Principis in sola eius gratia consistit.*
Dilationum quot sunt species ibid.
2 *Moratoria à quo concedi potest, an Princeps solus, vel alius non recognoscens superiorem in statu suo, Et si possunt etiam in totum tollere ius alterius, & an in totum peremat ius illa.*
Princeps de ordinaria potestate quas exceptiones tollere potest, & quas de plenitudine potestatis, ver. cum de ordinar.
Et quando dominium rei alterius directum, vel utile ver. nec dominium, & quando rescriptum de plenitudine potestatis, cum clausula ex certa scientia, vel motu proprio tollat ius alterius, vel ibi per primum rescriptum quisitum; & si requiritur clausula derogatoria, vers. à nullo.
Et quando adest clausula motus proprij quid operetur. & ver & quando.
Et quotuplicem potestatem dicitur habere. & quę dicitur absoluta, vel regulata, vel ordinaria. versi. & ideò. & ver. ordinaria. Et quando causa iusta concurrit, vel præsumpta ibid.
3 *Vtilitas publica præfertur priuata.*
Moratoria quando conceditur regulatur ex causa enarrata in supplicatione ibid.
Cautio an sit præstanda quando illa conceditur ibid.
Moratoria in quo differt à quinq. ver. & hæc est. & numer 5.
Princeps de plenitudine potestatis an præsumatur in dubio velle uti in rescriptis. & moratorijs ver. de plenitudine, & an in omnibus capitibus, vel in uno tantum, ibid.
5 *Princeps an sine peccato possit moratoriam concedere.*
Assertio debitoris facta in supplicatione, quando ipsum afficit ver. ipsamq. cum seqq. & si fuit Procuratoris, an noceat domino ver. quid si.
Petens veniam an dicatur fateri delictum, versi. & de delinquente.
Et si potest dici de erronea supplicatione ibid.
6 *Cautio an sit præstanda in moratoria, etiam si non est dictum in illa.*
Et si adest clausula non obstante si ei derogatum dicatur. Et si sine illa Princeps remittere videatur,
Et si est petita ob paupertatem, an iuratoria sufficiat nu. 7 ver & nedum.
Et an idem in annali dilat nu. 8.
Et an sit præstanda etiam parte non petente ver. quam conclusion. dict nu. 6. & quando præstari potest, ibidem.
Et an idem sit in qualibet alia cautione præstanda. num. 7.
8 *Qualitas quando est implenda, intelligitur parte petente, ut in compromisso inter affines, de obligato præsentare fideiussorem. Et de obligato communicare fructus hereditatis ex precepto testatoris d. nu 6.*
9 *Fideiussorem si quis semel præstitit, si inde efficitur inops an alium præstare teneatur, & quando.*
10 *Cautionis verbum quando profertur, an intelligatur de cautione.*
11 *Cautio si per impotentiam, vel alia causa præstari non potest insistente creditore, an corruat moratoria.*
12 *Cautio illa an sit præstanda à debitore diuite.*
13 *Moratoria an ultra quinquennium concedi possit. & quando.*
Et si de potestate ordinaria datur ultra quinquennium an tota vitietur.
Vtile per inutile quando vitiatur, In Episcopo concedente Indulgentias ultra quadraginta dies, & rem ultra solitum Ecclesiæ in emphyteusim.
Et generatio quomodo numeratur in inuestitura, Et quomodo vocati in ea succedant, ver. & hi omnes.
Et an succedant ex fœminis nati. ibid.
Et si reuertitur ad dominum ob lineam finitam, an sit adhibitum domini alteri dare. ver. & nota unum.
Et an etiam transuersales habeant hoc ius prælationis, ver & nedum.
Et an idem in emphyteusi Ecclesiastica, ver. & prædicta.
Et prælatio an detur quando pro se vellet retinere dominus ver. & nedum prædicta.
Et quando agnati illud ius adhuc habent versi. & quod dicitur.
14 *Moratoria illa à quo die currere incipit. Et an extendatur ad futuros creditores. & an ad heredes transit, ver. qua Moratoria.*
15 *Et si ob paupertatem concessa fuit, si diuitiæ superuenerint an illa cesset*

Et

16 *Et an contra sententiam latam, transactam in rem iudicatam, S.C. vel alterius, vel etiam de proximo ferenda concedi possit.*

17 *Moratoria an possit concedi contra debita iurata. & si Princeps secularis potest iuramenta relaxare, eo magis concurrente consuetudine.*

Et quando idem in alio actu iurato, vel quinquenn. dilatione.

Et si est facienda mentio iuramenti in supplicatione, ver. aduerte.

Et si idem est in annali dilat.

18 *Et si debitor est inficiatus de mendacio.*

Et si est renunciatum illi moratorio, an uti possit, & quando.

Et an generica renunciatio afficiat nu. 21.

19 *Moratoria an contra dotem impetrari possit.*

20 *Et an ad debitum minoris, Regium, ad Pensionem domorum, venditionem bonorum comestibilium, & depositum, & quando.*

21 *Renunciatio generica an afficiat in moratoria, & si videtur excepta authoritas superioris.*

Euictio an censeatur promissa per verba ampla, etiam in casibus à iure exceptis ver. & regula illa.

Moratoria conceditur ob superuenientem paupertatem ver. unde.

Paupertatis priuilegium est excusare à pœna, & periurio, ver. & inter alia.

Periurus quando dicitur in dolo, ut teneatur ad pœnam. ibid.

22 *Moratoria quæ datur à Principe ex suo motu ex causa generali an reguletur, ut illa, quæ datur ad partis supplicationem.*

Seminator, vel mercator quis dicatur, ut comprehendatur in gratia illis concessa. ibid

23 *Moratoria concessa debitori an extendatur etiam ad beneficium fideiussoris.*

Et si est supplicatum prò utroque, & Princeps de fideiussore non est loquutus ver. quod si

Rescriptum Principis in dubio intelligitur iuxta supplicationem in fine.

24 *Moratoria debitori concessa an extendatur ad debitum ex causa delicti, & quando.*

25 *Moratoria an possit per Principē pluries debitori concedi respectiuè eorundem creditorum, & quando, & per quæ verba.*

Et an semel sufficiat implere actum, & sic pro una vice intelligatur.

Princeps ad libitum voluntatis omnia potest. Ibid.

Enarranda an sit prima, ut secunda valeat, sic & in gratia pro delicto ver. dummodo.

Vitium subreptionis tollitur per clausulam non obstante, ibid.

Et si potest per testes probari.

26 *Retorquatio an detur in moratoria.*

27 *Excommunicatus an illam possit impetrare.*

28 *Conditionales creditores an sub illa comprehendantur, vel in diem.*

29 *Moratoria quinquennalis an currat si debitor habebat dilationem conuentionalem.*

30 *Moratoria si secunda est concessa à Principe durante prima, à quo die secunda currere incipit.*

Continuatio temporum, quando datur

31 *Periurus an possit moratoriam impetrare.*

32 *Persona Principis an comprehendatur sub illa moratoria si esset creditor, vel eius fiscalis.*

Pœna contumaciæ, & incusationum an sub illa comprehendantur, & sub indultis ver. licet.

33 *Moratoria an sit concedenda dolosè, qui omnia dissipauit.*

34 *Moratoria an impediat præscriptionem currere contra creditorem.*

35 *Moratoria an possit per Principem remitti, etiā per clausulam generalem.*

36 *Vsuræ an currant illa pendente.*

37 *Contractus censualis quis dicatur.*

Et si cadit à iure deficiens in soluendo per biennium, & in dubio qualis præsumitur.

38 *Contractus ad liuellum quis dicatur.*

39 *Contractus censualis submissionis quis dicatur ad Bullā Pap. Nicolai.*

Et quæ possunt opponi ad impediendam illius executionē, & si datur etiam contra tertium possessorem.

Et si tenetur recognoscere in dominum ver. imò.

Et si datur variatio de rescissione ad personam, ver. in tantum.

Et si pendente rescissione currat interesse ver. sed an pendente.

Et quomodo taxandus, ut usurarius non dicatur, ver. cēsus. & n. 47. ubi non obstante quod agatur de censu ex alijs arguatur usurarius.

Et quanto tempore præscribatur versi. quod pactum, dicto num 39

40 *Pactum redimendi an possit coarctari ad tempus, & limitari ante tempus.*

Et si est factum ad modicum tempus, ver. similiter.

Et an valeat pactum quod illud ius redimendi vendi nō possit, versi. sicut.

Et an pactum quod res non possit alteri vendi versi & sicut. Vel retroemere alios census ex alia causa, ver. sicut. Et an obligari de denunciando per mensem antequam retroemat ver. sicut.

41 *Pactum resolutiuum contractus pro toto pretio deficiendo in una paga, an valeat.*

Et si consuetudo excusat à vitio fœnoris, versi. licet. & an rescindatur contractus, vel pactum ver. tenetur tamen.

Et si fit de soluendo anticipatè ver sicut & seqq. & purgatio moræ an admittatur eo casu. & si est ei renunciatum ver licet admittatur.

Et onus soluendi notarium ad quem spectat in reassumptione instrumenti.

Pactum de non soluendo collectas in censu an intelligatur, etiam de futuris ver. hinc nota.

Et si de muneribus loquatur de quibus intelligitur. ibid. in fine.

42 *Census an sit soluendus integer prò anno si infra annum affrancatur.*

Fructus quomodo sint æstimandi quando res redimitur ex pacto reemendi, si infra annum fit reemptio versic. quid in.

43 *Census venditus super re stabili ad nouem prò centum quando valet.*

Et si fructus destinati illius rei non sufficiant, an supplere teneatur super alijs ver unde si est, & nu. 44. ver. & si constitutus.

Censu donato, an dicatur etiam capitale donatum. vers. & legato. Et si affrancatur, ad cuius beneficium pecunia cedet ver. sed si. Et an ipse venditor teneatur facta affrancatione illum soluere in fine.

44 *Census an debeatur si res, super qua fundatus est, perempta sit. Et an agere possit generali actione, si specialem habet, & quando ver. hinc nota.*

Census, ut constituatur an debeat habere certa bona venditor, quæ possunt obligari ver. in tantum. & sic si super persona tantum vendi possit.

45 *Census venditus super re illicita an exigi possit.*

46 *Pactum, ut prò censu decem ducatorum persoluantur annuatim decem media frumenti, an valeat.*

47 *Contractus censualis, si in effectu est mutui, an dicatur usurarius.*

Et si sola intentione agatur versi. limita. Et si ob retar-

G 2 de-

datam solutionem in tempore restitutionis faciendæ promictatur pro interesse aliquid an valeat, ver. & semel.

Et pactum de remutuando ad inuicem an dicatur vsurariam vers. in tantum.

Et in dubio an præsumatur vsurarius ver. licet. Et an sit punibile ibid. Et an mutuare conductori pro augenda pensionem cum pacto restituendi in fine conductionis, ver. sicut videmus.

48 *Census venditus franchus an ab ordinarijs functionibus fiscalibus tantum intelligatur,*

Exemptio an similiter intelligatur. Et quæ dicantur ordinaria.

Et an possit vendi alius census alteri, sine consensu primi emptoris, vers. nec prohibetur.

Contractus censualis an rescindatur ob falsam assertionē factam in instrumento, & si puniatur ibid.

Censū donans alteri an videatur donata proprietas, & è conuerso ibid. ver. & nota.

49 *Contractus ad vitam pro alendo si diu vixerit, vt fructus excedat, an sit vsurarius: sic & contractus ad gaudementum, & quando sunt permissi tales contractus.*

50 *Contractus censualis, vt valeat, fieri debet præsenti pecunia, & si aliter fieret an sit punibilis quoad partes, & Notarium. Et si delictum non est consumatum. & quomodo procedatur in crimine vsurarum ibid vrsi. qualiter.*

Et an possit constitui super mutuo habito reali per antea ver quid si quis.

51 *Saluus conductus concessus delinquenti quando ei prodest. Et si delinquat eo pendente. & an perpetuò à Principe concedi potest & quid in inferiore, & alijs. & capiens securitate pendente est relaxandus ver. in tantum.*

Indultatus an possit Iudex complicem reuelantem consocios criminis ver. sicut.

Saluus conductus pro socijs concessus, de quibus associatis intelligitur. Et si vltra expressos associauit an corruat, & quis arbitratur vltra comprahensos, ver. & si conceditur.

Bannitus indultatus si nouum delictum cōmictit pro quo puniendus. & si duos Bannitos quis in præsentatione alicuius capitis nominauit, quis gaudebit ver. & si bannitus.

52 *Moratoria quando conceditur in Vrbe, qualis forma seruatur in illa.*

Cautio idoneè quomodo intelligitur. & si est ad beneplacitum creditoris, & si cautionem non sauent.

1 Ractauimus modo de quinquennali dilatione, seù moratoria, quæ fundatur in iustitia; sequebatur videre de dilatione, quæ fundatur in sola gratia Principis, de qua in l. quoties C. de prec. imper. offerend. quia secundum Aristotelem in prædicamentis in principio, quē refert Cardin. Florent. & Roch. de Curte in rub. de iure patro. num. primo, terminus iste dilationis, cum sit æquiuocus dum pluribus competat secundum distinctas rationes, idcò diffiniri non potest, cum in iure habeamus secundum glo. in summa 3. quæstio. 2. & Hostiens. in summa in tit. de dilat. §. primo, & Specul. in eodem titu. §. primo, plures dilationum species, aliæ enim sunt citatoriæ, quæ dantur vocato ad causam ad veniēdum ad iudicem antè litem contestatam, infra quas citatus se præparabit, vt veniat in termino, de quibus in l. ad peremptorium cum sequent. ff. de iudic. Aliæ sunt restitutoriæ, quæ dantur his, qui spoliati fuerunt, & sunt, vel quę dantur ad appellandum, quæ sunt decem dierum, vel ad restitutionem in integrum petendam, quæ olim infra annum vtilem; hodiè quadriennium continuum dantur, vt l. fin. C. de in integrum restitutio. Aliæ sunt deliberatoriæ, quæ dantur reis ad deliberandum, de quibus in auth. offeratur C. de litis contest. Aliæ sunt peremptoriæ, quæ dantur volenti probare, de quibus in l. prima, C. de dilatio. Aliæ sunt reuocatoriæ, quæ dantur habentibus ius reuocandi donum, de quibus in l. 2. §. legatis ff. de iudic. Aliæ verò vacatoriæ siuè feriales, vt l. prima, C. de ferijs: Aliæ persequutoriæ, quæ dantur ad appellationem prosequendam, de quibus in auth. ei qui C. de tempor. appell. Aliæ sunt saluatoriæ, vt pœnitentiales; Aliæ præceptoriæ: Aliæ electoriæ l. mancipiorum ff. de adopt. Aliæ exportatoriæ: Aliæ exemptoriæ: Aliæ refutatoriæ: Aliæ exceptoriæ, scilicet ad proponendas exceptiones concessas à iure cap. pastoralis de except. Aliæ dicuntur moratoriæ, seu quinquennales, de quibus in materia nostra, & ista posset diffiniri hoc modo, scilicet, quòd est temporis prorogatio debitori ex gratia à Principe concessa ad soluendum creditori, quæ vtriq; etiam dilationi competere potest, huic enim, & alteri, quæ de iustitia conceditur à creditoribus, ista ex gratia, illa verò de iustitia.

Istam enim dilationem, quæ ex gratia conce-
2 ditur, de qua in dict. leg. quoties, solus Princeps cōcedere potest, adeò quod Iudex inferior à Principe minimè posset, vnde Paulus de Castr. in l. 1. §. qui magistratum num. nono, per illum text. & glos. ibi ff. quod quisque iuris dixit, quòd qui recognoscunt superiorem, vt sunt Duces, Marchiones, & alij hanc dilationem gratiosam concedere non possunt, solum enim, qui non recognoscunt superiorem potestatem hanc habent, illi enim comitatus, qui de facto non recognoscunt superiorem, sed regunt semetipsos, absque Vicariatu Imperatoris, sed proprio, quia obtinent Principatum supremum in eorum territorio, & loco Principis habentur, possunt sicut Princeps hanc et dilationem concedere, vt not. Cyn. in l. ea lege ante finem C. de cond. ob causam, & Bar. in l. hostea C. de capt. & postlim. reuer. referi, & sequitur Paul. de Castr. in d. l. quoties C. de prec. imp. offer.

Et non tantum hanc temporalem dilationem concedere, per quam non tollitur ius creditoris, sed differtur, sed etiam in totum ius tollere, quod ad supremum Principem pertinet, vt est Papa, vel Imperator cap. cuncta per mundum 9. quæstio. 3. cap. si Papa 40. distinctio. & cap. nunc autem 21. dist. (A)

Alij verò inferiores minimè, cum superiorem recognoscant, etiam si eorum rescripto contineretur clausula non obstante, etiam si esset casus, in quo Imperator posset tollere, ita Alberic. in dict. leg. quoties, & ibi Castr. qui habuit de facto in Ciuitate Pergami; Et idem diceretur de Duce Mediolani, qui in terris suis exercet vices Imperij, & potest ius tertij auferre, secundum Pau. de Cast. ibi, & in consi. cētesimo nonagesimo sexto incip. cons. super primo dubio vbi melius,

& Alex.

& Alexand. in consi. 2. colum. 4. volum. 1. & Soce. in consil. 158. colum. fin. & Aret. in cap. at si clerici §. de adulterijs de iudic. & ita tota die Principes conceduni literas moratorias, quia in mora modici temporis non potest esse magnum damnum l. si debitori ff. de iudic. cum non perimat iura creditoris, sed differat, cum de ordinaria potestate non possit per rescriptum tollere exceptionem peremptoriam alicui competentem, facit cap. ex parte 6. vbi Canon. de foro compet. Inno. in cap. super literis de rescript. Specul. in titu de rescript. cap. præsentia §. ratione autem formæ vers. illud nota Alex. in cons. 136. 2. col. 2. vol.

Nec cõtra dominium rei meæ, cum contra ius naturale, vel gẽtium non valet rescribere, secundũ Paulum de Cast. in consi. 281. Canon. in cap. quæ in Ecclesiarum de const. Et non solum in directo dominio, sed etiam vtili, quod habeat emphyteota, vel feudatarius, secundum Bartol. in l. 2. in fine C. de fundo patrim. lib. 11. A nullo enim Iudice maiori, vel minori debent seruari rescripta contra ius, vel contra publicam vtilitatem, nisi tamen de plenitudine potestatis, cum nihil occurrit si hoc faceret Alexan. in consi. 105. colum. 6. volum. primo; dummodò sit subditus, contra quem rescribitur, secundum Alex. in consil. 107. colum. penult. lib. 1. Angel. in l. item verberatum ff. de rei vendicat. vbi etiam animosè dicit, quòd mentitur per gulam, dicens, quod Imperator de plenitudine potestatis non possit mihi auferre dominium rei meæ; Qua plenitudine potestatis intelligitur si in rescripto clausulam non obstante, & ex certa scientia, vel motu proprio apponat, secundum glos. in l. fina. vbi etiam Doctores C. si contra ius, vel vtilitatem publicam, cum æquiparentur clausulæ motus proprij, & ex certa scientia, secundum Canon. & ibi glos. in cap. statut. §. 1 in ver. litterarum in fine de rescript. in sexto; Et geminatum rescriptum adhuc habet vim clausulæ ex certa scientia, secundum Canon. in capit. porrecta de confirm. vtili, vel inutili, dummodò secundum rescriptum faciat expressam mentionem de primo, alias geminatio non haberet istũ effectum, secundum Bald. in l. 2. C. de pet. bono. sublat. libr. 10. qui motus proprius numquam præsumitur, nisi exprimatur in litteris, nec potest per testes probari c. si motu proprio de præb. in sextò, clem. si romanus de preben. glos. in clemen. per literas eodem titul. Et quando Princeps sic motu proprio concedit rescriptum cessat omnis exceptio subreptionis, & obreptionis, secundum Bal. in l. nec damnosa C. de prec. imper. offer. sequitur Raph. Fulg. in l. rescripta C. eo. tit. & alij in d. l. nec damnosa.

Et ideò notandum est, quod in iure nos habemus, Principem duplicem habere potestatem ordinariam scilicet, & absolutam, quæ ex communi vsu loquendi plenitudo potestatis appellatur de quibus per Canon. in cap. quæ in Ecclesiarum de const. si enim mihi Princeps aufert rem meam magno cum meo incommodo, & pretio non soluto, hæc potestas dicitur potestas absoluta, & hac authoritate absoluta vti potest de facto sine causa, quia nemo potest dicere illi cur ita facis, secundum Bal. in præiud. feud. num. 34. & Afflict. in præiud. constitu. Regni quæst. 17. num. 8. quo casu dicit Couarru. lib. variar. resolut. 3. cap. 6. nu. 8. quod non dicitur potestas, sed tirrannis. si autem iusta subsit causa, tunc erit potestas absoluta, sed à iure regulata; Quando tamen possit tali vti potestate Princeps, docet etiam Ioannes de Lira reg. prima, cap. 8. in glos. versi. erit autem ius regis.

Ordinaris verò potestas est, qua Princeps vti potest dispensando contra ius cum modico, vel minimo partis incommodo, vt in hac dilatione, quæ annalis debitoribus conceditur, iuxta d. leg. quoties, qua potestate etiam vti potest non subsistente causa vrgenti, quia parum læditur ius tertij, & ita passim obseruat Illustrissimus Vicerex huius Regni, & eius Collaterale Consilium statutus, qui has annales dilationes concedunt, si supplicans aliquam impotentiam soluendi, aut magnam incommoditatem, aut difficultatem, & casum alleget, prout refert Thessaur. in decisio. 91. & maximè tẽpore penuriæ, prout in anno 1592. & sequenti, quo tempore assistebam Iudex in Ciuitate Cauæ, & sæpius ad manus perueniebant hæ literæ Moratoriæ annales, quæ in dies concedebantur cultoribus messium, seù massarijs, vt facilius colere valerent eorum rura, & fruges, absque timore eorum creditorum, ne vtilitas priuata præferatur publicæ, iuxta leg. Lucius, ff. de euictio.

Dummodò præstetur cautio per debitorem
3 de soluendo debitum finito tempore dilationis, iuxta l. vniuersa C. de prec. imper. offer. Et hæc est differentia inter annalem dilationem, & quinquennalem dilationem; Nam istæ annales dilationes conceduntur, vt supra non existente, & cõcurrente tanta difficultate sine vrgenti causa medio tamen iuramento quod non possit soluere, quæ per Principem, seù Viceregem, vel Consilium Status concedi possunt, præstita tamen cautione, vt supra: Quinquennales verò dilationes non nisi ex iusta causa conceduntur, eaque vrgentissima, & non nisi ex ipsa certa Principis scientia, per text. in l. in fraudem §. fiscalibus ff. de iure fisci, & nisi clarioribus probationibus ostendatur debitoris necessitas, Boer. decis. 296. num. 1. & Thessaur. in dec. 186. num. 6. De plenitudine potestatis Princeps tunc posset ea omnia facere, quæ sibi placent, quæ plenè constare debent, quia in dubio non præsumitur ea vti, sed potius præsumitur circumuentus, vt per Socc. in consi. 260. colum. 10. lib. 2. in dubio enim non præsumitur Principem vti clausula de plenitudine potestatis, Castr. & alij in l. in testamento C. de testam. militis, ex quo illa clausula est odiosa, & si ea vtitur in vno articulo, non videtur, quod in alio vti voluerit, Rota decisio. 391. colum. 2. in nou. & de ipsius materia quando ea vti intelligatur, & possit, & de eius effectu, vide Crauett. in tractat. de antiquit. tempor. in prima parte per totam: quæ omnia procedunt in supremo Principe, vel Imperatore, secus in inferiore, puta in Duce, Marchione, & similibus, secundum Iaso. in l. fin. versi. prædicta omnis, C. si contra ius, vel vtilit. public. ipsamque causam expressam in dilatione probare habet debitor, vt si ob mentionatam pauper-

tatem, vel similem, cum sit fundamentum inten-
tionis suæ, secundum Afflict. in dec. 377.

An hæc quinquennalis dilatio à Principe con-
4 cedi possit sine peccato, & de honestate iustitiæ;
& videbatur quod non, cum ex huiusmodi con-
cessione ius tertij læderetur, cum minus soluere
videretur, qui temporis solutionem differt §. plus
autem inst. de actio. vndè iustitia non exercetur,
cum vnum illius præceptum, quod in tertio non
lædendo consistit contemnitur, neque enim re-
scripta, quæ iuri tertij præiudicant iustè concedi
possunt l. rescripta C. hoc titu. nostro, quæ est ca-
nonizata in cap. rescripta 25. quæst. 2. Sed contra-
rium est verius, cum iusta, & licita sit causa con-
cessio concurrentibus scilicet ex magna difficul-
tate, vel impossibilitate solutionis faciẽdę, ex quo
non dicitur peccare, qui aliquod facit lege permi-
ctante l. gracchus C. de adulter. prout iura hic p-
mictunt ciuile, & canonicum d. l. quoties, & dict.
cap. rescriptæ debet tamen Princeps in hoc casu
diligenter considerare qualitates personarum, &
causas concessionis huius dilationis, secundum
B Thess. in dec. 186. n. 2. (B)

Differt enim hæc quinquennalis dilatio ab ea,
5 quæ de iustitia conceditur à creditoribus, illa
enim ad instantiam concurrentium creditorum,
hæc autem ad debitoris supplicationem, cuius for
ma petendi à Principe talem moratoriam poni-
tur per Ant. Caium in apost. ad Angel. inst. de ex-
cept. in rub. num. 13. quem refert Carauit. in ritu
287. in princ. num. 2. Ipsamque debitoris asser-
tionem in supplicatione emanatam circa debito-
rum declarationem afficere ipsum supplicantem
non dubitatur, cum omnia in ea contenta fateri
videatur l. cum precum C. de liber. causa, prout
in confessione facta in libello conuentionali, licet
sit facta absente parte, eo quia facta est in scriptu
ra, qua semper loquitur, secundum Bart. in l. cer-
tum §. si quis absente ff. de confess. etiam si rescri-
ptum desuper impetratum appareat subreptitiũ,
tra Ioannes Andr. & ibi etiam Canonistæ in cap.
cum in positionibus de iure iur. in sexto; Abb. in
cons. 38. & benè Bal. in l. vnica, colum. 4. versi. pri-
mo casu statur C. de confess. & Hyppo. in singul.
459. & sic eo ipso, quod quis petit terminũ quin-
quennalem confitetur debitum l. ad solutio. C. de
sent. & re iudi. secundum Add. ad Papiens. in tit.
de forma inquis. n. 26. nisi cum protestatione es-
set petita, Gui. Pap. dec. 364.

Quid si procurator est is, qui petijt pro debito-
re, vide Vrsil. dec. 78. vel si pars aduersa negaue-
rit contenta in supplicatione Alex. in cons. 76. n. 7
volum. 7. Et de delinquente supplicante Princi-
pem pro venia, vel Iudicem, seù partem quandò
delictum fateri videatur, Alex. in consi. 30. num. 7.
Hyppo. in sua pract. crim. in §. diligenter o. vol. 7.
180. & Dec. in regula non videtur rem ammicte-
re de regul. iuris; & Nunt. Tartagl. in secunda
pragm. edita circa remiss. num. 56. licet tamen
prætextu erroris; possit corrigi, & emendari,
iuxta glos. in l. error, & ibi Doct. C. de iuris, & fa-
cti ignor. declarat Barto. in l. 2. §. fin. ff. de iure fi-
sci, & Bal. in d. l. error, & Iason in l. 2. C. de inst. &
substit. vt si assertus creditor fuerat per prius sa-
tisfactus; idem si verba rescripti, & libelli erant
enunciatiua, & narratiua, quia super illis non fun
datur intentio narrantis, & propterea non præiu-
dicat, cum super illis principaliter dubitetur, se-
cundum Bal. in l. prædia C. de præd. minor. & Ca-
picius decisio. 71. quod qualiter processerit in di-
C latione de iustitia, iam ibi declarauimus. (C)

Quæ moratoria ex gratia à Principe concessa
6 tacitam habet conditionem, & clausulam, dum-
modò debitor impetrans caueat de soluendo fi-
nita dilatione concessa, aliàs ei non prodesset leg.
vniuersa C. de prec. imper. offer. & adeò verum
est, quod & si Princeps talem remiserit cautionẽ
in moratoria, adhuc ipsam præstare tenetur, se-
cundum glos. in d. l. vniuersa, & ibi Bald. Salyc. &
alij, & est Ritus Magnæ Curiæ Vicariæ 287. in
fine; nisi in ipsa moratoria inesset clausula non
obstante; quia præsumptione iuris enormiter læ-
ditur ille, cuius securitas impeditur; fit hoc enim
ad cautelam quandò sine clausula conceditur;
quia posset esse, quòd debitor interim laboraret
inopia, & sic dilatio efficeretur peremptoria, qđ
absurdum esset: licet Ias. ibi num. 15. videatur te-
nere, quod etiam sine tali clausula posset remicti
per Principem: tamen communis opinio est in
contrarium, quæ tanto magis procedit, dum Ri-
tus prædictus expressè mandet, quod remicti nõ
possit per rescriptum moratoriæ.

Quam conclusionem intellige procedere, dũ-
modò cautio petatur à creditoribus, prout dici-
mus de statuto disponente, quod potestas debeat
compellere agnatos ad compromictendum, in-
telligitur si petatur Anto. de Butr. in cap. venera-
bilis de iudic. Alex. in consil. 82. volum. 1. Vnde
si quis promisit præsentare aliquem Iudici infra
octo dies sub pœna, intelligitur si fuerit requisi-
tus, Paulus de Castr. in consi. 166. quod incipit vi-
detur dictus Ioannes Paulus, & Dec. in consil. 21.
quia illa promissio de præsentando videtur ha-
bere conditionem istam, scilicet si, & quando ius-
sus fueris præsentare, & ex tunc incipit currere
dictum tempus, & non ante, sequitur Hypp. in
rub. de fideiuss. num. 144. & Vrsill. in dec. 134. &
130. in fine. Hinc infert Alex. in cons. 102. vol. 3.
quod si testator in testamento disponit, quod fra-
tres starent in communione, & lucra communi-
carent sub pœna priuationis hæreditatis, intelligi-
tur si fuerit interpellatus, quòd talia lucra com-
municarent, & ita resident Docto. in d. l. vniuer-
sa; & Hypp. in loco citato; in tantum quod clau-
sula fideiussionis præstandæ, quæ inest in mora-
torijs habet sub se etiam aliam clausulam, & con-
ditionem, dummodò à creditoribus petatur, se-
quitur Carau. in d. ritu 287. num. 5. Quam cau-
tionem sufficit præstare ex post facto, secundum
Iason. late in d. l. vniuersa num. 7. ne ex priuilegio
Principis alicui damnum inferatur, iuxta not. per
Iaso. in d. l. quoties C. de precibus imper. offeren.
dummodò petatur antè litis contestationem, ex
quo vsque ad illum actum tantum peti potest se-
cundum Iaso. in d. l. vniuersa num. 3. hodiè au-
tem quomodo, & quando fiat litis contestatio, cũ
omnes causæ sint summariæ, & potest ommicti,
vide Car. in ritu 48. nu. 2.

Et quod dictum de cautione præstanda in dila-
7 tione à Principe concessa intellige etiam proce-
de-

dere in dilatione conceſſa à teſtatore, vt in legatis
relictis in diem, vel ſub conditione, quod hæres
tenetur ſatiſdare de ſoluendo adueniente die, vel
conditione, vt toto titu. ff. & C. vt legatorum no-
mine caueatur l. inter omnes ff. qui ſatiſdare co-
gantur, dummodò aliud non repugnet l. impera-
tor ff. ad trebel. Idem in dilatione conceſſa a Iu-
dice l. ſi debitori in ver. competenti cautela ff. de
iudic. Sic etiam in dilatione conceſſa à lege, l. ſi
conſtante §. quoties ff. ſolut. matrimon. niſi remi-
ctatur propter difficultatem præſtationis l. 2. §. pe
nultim. ff. de iudic, Bal. & alij in l. 2. ff. ſolut. matri-
mon. vbi multis limitat modis, ſi verò dilatio eſt
conceſſa ex conuentione partium, & ſuperueniat
interim noua cauſa ſuſpitionis, tunc peti poteſt
ſatiſdatio, aliàs ſecus l. in omnibus ff. de iudicijs,
Docto. in l. 2. ff. ſolut. matrimo. Afflict. in deciſio.
279. num. 4. ſiuè ſit in contractu bonæfidei, ſi-
uè ſtricti iuris, ſecundum Alexand. in d. l. 2. in
princip. in 5. colum. & Afflict. in deciſio. 108. & ex
hac noua cauſa conceditur creditori proſequutio
pignoris l. quæſitum iuncta gloſ. ff. de pignor. Ne-
guſant. in tractat. de pignor. in 5. part. 3. membr.
num. 48. item capere debitorem fugitiuum l. 1.
ad fin. vbi Barto. & alij C. de cond. ex lege. Et
quandoq; agere, vt condemnetur ad ſoluendum
adueniente die, quando dies ſolutionis eſt ſtatu-
tus per dilationem legalem, prout in reſtitutione
dotis per mortem viri elapſo anno l. vnica §. exa-
ctio C. de rei vxor. act. Afflict. in deciſio. 279. Ca-
rauit. in ritu 167. num. octauo. Et non ſolum
non tenetur cautionem præſtare, quando in reſcri
pto adeſt clauſula non obſtante, verum etiam ſi
Princeps concedit debitori impetranti morato-
riam ob paupertatem in ſupplicatione mentio-
natam, quo caſu ſufficit iuratoria cautio cum o-
bligatione omnium bonorum, ſecundum Bald.
Nouell. in tracta. de dote in 8. par. priuil. 12. quod
Baldi Nouelli dictum hodiè non procedit ob di-
ſpoſitionem Ritus prædicti ſupra allegati, vbi in
fine expreſsè diſponitur contrarium, niſi adſit
clauſula non obſtante, quę plenitudinem poteſta-
8 tis importat, vt ibi. Et hæc eſt differentia inter di-
lationem conceſſam à Principe, & conceſſam à
maiori creditorum parte, cum in iſta debeat præ-
ſtari cautio, vt illa debitor gaudeat, in ea verò,
quæ à creditoribus conceditur minimè, Vrſil. de-
ciſio. 288. num. 2. prout ſuo loco explicauimus, &
nedum hæc cautio præſtari debet quando quin-
quennalis à Principe conceditur, ſed etiam ſi an-
nalis concederetur, ſecundum Iaſo. in d. l. quoties
2. limit. & d. l. vniuerſa 1. notab. & Boer. dec. 296.
numer. 2. niſi ſtilus eſſet in contrarium dicit ibi,
quem ſerua, ſequitur Theſſaur. deciſio. 91. nu. ſe-
D cundo. (D)

Ponè quod datus ſit fideiuſſor per debitorem
9 ad finem conſequendi moratoriam conceſſam,
qui fideiuſſor tunc temporis eſt diues, & ſoluen-
do, ſed ex poſt facto dilatione pendente effectus
eſt inhabilis, pauper, inops, & non ſoluendo, an
hoc caſu creditores poſſint cogere debitorem
ad præſtandum iterum alium fideiuſſorem ido-
neum, In hoc ſic dicimus, quod aut quis teneba-
tur ſatiſdare ex conuentione partium, aut officio
Iudicis, & ſic aut ſatiſdatio eſt prætoris, aut con-
uentionalis, primo enim caſu quando ex conuē-
tione partium tenetur ſatiſdare, vt puta de eui-
ctione rei venditæ, & tunc ſi dedit fideiuſſorem
idoneum, qui poſtea efficitur inops, & non ſol-
luendo non tenetur debitor præſtare nouum fi-
deiuſſorem, fallit tamen hoc in dote, quia ſi fuit
datus fideiuſſor mulieri pro dote, qui erat ſoluē-
do ſi poſtea efficiatur non ſoluendo debet iterum
ſibi caueri idoneè, ſecundum Angel. in l. ſi cum
dotem §. ſi mulier, & ibi alij Doctor. ff. ſolut. ma-
trimon. & idem Angel. in l. quoties ff qui ſatiſda-
re cogant. fallit etiam quando debitor dedit fi-
deiuſſorem idoneum creditori, qui tamen fide-
iuſſor ſtatim arripuit fugam, quo caſu tenetur a-
lium dare idoneum, nam iſta breuitas temporis
facit præſumere, quod ipſe debitor fuerit con-
ſcius ipſius fugæ, ſecundum Docto. in d. §. ſi mu-
lier, Aut ſatiſdatio eſt prætoria, & ſic Iudicis, pro-
ut in caſu noſtro, cum non ex conuentione par-
tium præſtetur, ſed ex iuris diſpoſitione, iuxta d. l.
vniuerſa C. de prec. imper. offer. & hoc caſu te-
netur debitor alium præſtare fideiuſſorem ido-
neum de ſoluendo finita dilatione, ſi primus præ-
ſtitus effectus eſt inops, & non ſoluendo, ſecundū
Barto. in l. 3. in fine ff. de fideiuſſor. & in l. præto-
riæ la 2. ff. de prætor. ſtip. refert, & ſequitur Hyp-
pol. in rubr. de fideiuſſo. num. 74.

Quid ſi tēpe pſtationis fideiuſſoris, fideiuſſor ipſe
erat inops, & nō ſoluēdo poſſit dicere creditor, q
ignorauit illum non eſſe idoneum: ideò petit de
nouo ſibi caueri, dic quod eo ipſo, quod ipſum
accepit præſumitur habuiſſe ſcientiam conditio-
nis ſuæ, nam ille, qui cum aliquo contrahit præ-
ſumitur ſcire, vel ſcire debet conditionem ſuam
l. qui cum alio ff. de regul. iuris, vndè ſi vult cre-
ditor dicere ignoraſſe illum fideiuſſorem non
eſſe idoneum, & petere quòd de nouo ſibi præ-
ſtet cautionem erit ſibi neceſſe probare, quod ille
fideiuſſor non idoneus communi opinione repu-
tabatur idoneus, diues, & ſoluēdo, adhoc vt ipſe,
qui eum accepit excuſetur, ſecundum Alex. in
conſi. 60. 1. column. volumin. 6. vel eſſet opus ipſi
creditori probare, quòd debitor ſibi affirmaſſet,
quod dictus fideiuſſor erat ſoluendo, ſecundum
Paul. de Caſtr. in l. qui ſatiſdare ff. de fideiuſſo. ve-
rum tamen eſt, quod quando creditor recepit
ignoranter fideiuſſorem non idoneum facultati-
bus ſibi non præiudicat, ſcilicet quantum adhoc;
quia poteſt agere ad intereſſe contra illum, qui te-
nebatur præſtare fideiuſſorem, quanti ſuæ inter-
ſit præſtitum non eſſe fideiuſſorem idoneum, &
non ad fideiuſſorem nouum idoneum præſtan-
dum agere, ſecundum Alex. in d. conſ. & in l. ſi cū
dotem §. ſi mulier ff. ſol. matr. ſequitur Hyppo. in
E d. rub. n. 73. (E)

Et aduerte ad hanc ſignificationem cautionis,
10 quod quando profertur ab homine ſimpliciter
intelligitur ſine fideiuſſore, gloſ. in §. primo, inſt.
de fideiuſſor. hinc nota quando Notarius dicit in
inſtrumento, & promiſit dictus debitor cautela-
re, & cautam facere dictam dotem recipiendam,
niſi is, qui obligatus eſt in eodem inſtrumento
promiſſionis promiſerit demum cautelare, &
cautam facere, ne illa verba ſint ſuperflua opera-
ri debent cum fideiuſſoribus, ſecundum Paul. de
Caſtr.

Castr. in l. 1. §. 1. ff. de prætor. stipul. Iaf. in l. 2. ff. qui
F satisd. cog. (F)

Iam diximus debitorem gaudere dilatione
11 concessa à Principe, etiam non præstita satisda-
tione, dum à creditoribus non petitur, Pone qđ
creditores petunt hanc cautionem, & debitor fa-
cta diligenti perquisitione, iuxta ea, quæ haben-
tur in authen. generaliter C. de Episc. & Cleri. &
in l. prima, ff. qui satisdar. cogant. ipsam præstare
non potest, quia non inuenit, an tunc gaudeat di-
cta dilatione, Bal. in l. dedi in princip. ff. de cond.
ob caus. dixit quòd omninò debet satisdari, etiam
si eam non inuenerit per d. l. vniuersa, C. de prec.
imper. offeren. vbi idem firmat; sed aliter sentit
Cynus in d. l. vniuersa in 2. quæstio. scilicet quod
debitor tunc exigitur statim deducta vtilitate
medij temporis, per l. si constante §. quoties ff. sol.
matrimo. quam Cyni opinionem sequitur Ale-
xan. in d. §. quoties, & licet aliqui dicant, quod §.
quoties loquitur in dilatione legali, tamen dila-
tio, de qua in d. l. quoties, & in ritu prædicto Ma-
gnæ Curiæ legalis dici potest tanquam à Rege
concessa ex dispositione l. vniuersa, & Ritus præ-
dicti, cumque priuilegium lex sit, cap. priuilegia
3. distinct. & licet præstatio fideiussionis videatur
inducta in text. nostro pro forma, per ea, quæ ha-
bentur per Doctor. in l. 2. ff. de liber. & posthum.
vbi dicunt, quòd quando lex, vel statutum man-
dat aliquid fieri, & si non fit annullat actum, tunc
videtur illud requirere pro forma, tamen à for-
ma receditur propter necessitatem, secundum
Alex. & Socc. in d. l. secunda, de liber. & posthum.
& in hac opinione residet Cauens. in dict. rit. 287
G num. 5. (G)

Quid si impetrans hanc moratoriam dilatio-
12 nem idoneus est facultatibus, & talis petatur cau-
tio à creditoribus, an eo casu illam præstare te-
neatur, & videtur dicendum quòd non, per ea,
quæ dixit Paul. de Castr. in l. prima, ff. qui satisd.
cogantur, & in l. diuortio §. interdum ff. solu. ma-
trimon. quod si quis ex forma statuti tenetur da-
re fideiussorem, qui sit facultatibus idoneus, &
non suspectus, si deficiat non tenetur fideiusso-
rem præstare, secundum Roman. in consil. 67. se-
quitur Iaso. in d. l. prima, tamen in terminis leg.
vniuersa, & Ritus prædicti non habet locum do-
ctrina Castr. quia ipse, & alij loquuntur de statu-
to simpliciter loquente de eo, qui tenetur præsta-
re fideiussores, & deindè dicunt si est idoneus, &
non suspectus, quòd in posterum deficiat, sed ob-
tinentes moratoriam dilationem communiter so-
lent esse suspecti, & inhabiles ad soluendum de-
bita, vt experientia docet, idcò non mirum si fi-
deiussorem præstare teneatur, maximè cum fide-
iussio requiratur pro forma, secundum Ritum, &
quando à lege in actu perficiendo aliquid requi-
ritur pro forma; si illud non fit in specie, non suf-
ficit impleri per æquipollens, per ea, quæ voluit
Alexan. in l. prima, ff. de liber. & posthum. & Iaso.
in l. cum hi §. si prætor ff. de transact. & iam fide-
iussio inducta est in materia nostra pro forma
ex dispositione Ritus prædicti, vbi si non præsta-
tur annullatur effectus ipsius, quia vbi lex in actu
aliquid requirit pro forma, & si non fit illud vl-
tra procedit annullando actum, tunc intelligitur
pro forma, secundum Bald. quem alij sequuntur
in d. l. prima, de liberis, & posthum. sequitur Ca-
uens. in dicto ritu 287. num. 9. & si nec petita,
nec data est satisdatio, & decursa est dilatio im-
petrata non aliter satisfactis creditoribus, aduer-
sus quos impetrauit moratoriam quòd aduersus
eos bonis cedere non poterit, secundum glos. in
l. fin. C. qui bonis cedere possunt, refert, & sequi-
tur Afflictus in decisione 378. & dicam suo lo-
H co. (H)

Quæ dilatio moratoria à Principe, vsq; ad quin
que annos, & per illud tempus concedi tantum potest,
13 & non vltra, quod si fieret transgrediendo tem-
pus prædictum, vtique non sortiretur effectum,
nec quoad quinquennium, & sic corrueret vtile
per inutile, & in totum vitiaretur, secundum
Paul. de Castr. in dict. l. quoties C. de prec. imper.
offer. nisi Princeps de plenitudine potestatis con-
trarium disponeret, quo casu posset, & maiora
facere, vt supra explicauimus, & sic non vtendo
hac plenitudine potestatis, excedere hoc tempus
quinquennale non posset, aliàs in totum trans-
grediendo corrueret, sicut in Episcopo diximus
concedente indulgentias vltra quadraginta dies,
Dom. in cap. fina. de pœnit. & remiss. in sexto, &
Afflict. in dec. 107. num. 3. vbi etiam loquitur de
Ecclesia concedente rem Ecclesiæ in emphyteo-
sim vltra tertiam generationem, quę sic non erat
solita concedi si vitiatur in totum, sequitur Bart.
in auth. qui rem ad finem C. de sacrosanct. Eccl.
& melius Bal. in l. quæcumque, column. 1. circa
medium C. de bonis quæ liber. quia in factis con-
tra legem si non valet quod ago, vt ago, non va-
let, vt valere potest cap. dudum de rebus ecclesiæ
non alienan. in sexto, & clem. monasteria eodem
titu. eandem opin. tenet Bal. in l. etiam ff. solu. ma-
trimon. & Angel. in §. emphyt. in ver. neque in
auth. de rebus Eccles. non alienan. vbi text. dicit,
quòd res Ecclesiastica non potest concedi in em-
phyteosim, nisi vsque ad secundam, vel tertiam
generationem, si vltra conceditur nullius robo-
ris remanebit concessio, sic neque in generatio-
ne permissa, sequitur, Ias. in l. 2. nu. 110. de iure
I emphyteut. (I)

Et ad cognoscendam istam tertiam generatio
nem consideranda sunt verba ipsius inuestituræ,
vt siquidem illa simpliciter concepta sunt, puta
concedo tibi hanc rem in emphyteosim in tertia
generationem computetur etiam persona ipsius
acquirentis, & sic ipse faciat primam; filius secun
dam, & nepos tertiam generationem, ideoq; mor-
tuo nepote sit extincta emphyteosis, si verò appo
sita sint aliqua verba, ex quibus appareat esse di-
stinctam personam acquirentis ab alijs descen-
dentibus, quia dictum est concedo tibi in emphy-
teosim, vsque in ipsius tertiam generationem, eo
casu filius faciat primam, nepos secundam, & pro
nepos tertiam, & ita consuluit Bart. vt refert Bal.
in auth. si quas ruinas nu. 3. versi. iuxta hoc quæ-
ro C. de sacrosanct. Eccles. quæ differentia non
placet, secundum Iul. Clarum in §. emphyteot. li-
br. 4. quæstio. 34. quia illud verbum ipsius, vtiq;
erat necessariò subintelligendum, etiam si ex-
pressum non fuisset, cum nemo generet seipsum,
vt etiam considerat Paul. de Castr. in consil. 338.
num.

num.primo,& 2.lib.2. & sic quocumque modò concepta sint verba inuestituræ numquam computatur persona ipsius recipientis,idem etiam est dicendum vbi concessa esset emphyteosis Titio, vsque in tertiam generationem expletam, hoc enim casu proculdubio compræhēduntur etiam pronepotes, & ita communiter tenetur, vt testatur Alexan.in consil.125.lib. quinto, Et hi omnes veniunt ordine successiuo,secundum Bartol. in l.quod dicitur num. 6. ff.de verborum obligatio.& Dec.in consi.239 post num.3. & in consil, 607,num,10. & in consil.662. post num.2. vide add.Abb.in cap, in præsentia de probatio. & in ea veniunt etiam nepotes ex filia fœmina, sed si in concessione esset dictum pro se,filijs,& nepotibus masculis, vsque in tertiam generationem, tunc non compræhenditur nepos ex filia fœmina,sed requiritur etiam, quòd descendat ex masculo,secundum Paul.de Castr. in consil,190. nu, 4.libr.2. idem etiam si esset concessa pro se,& descendentibus suis virilis sexus, vel per uirilem sexum,secundum Iaso.in l.gallus §,nunc de lege num.10.ff.de liber.& posthum.

Et nota vnum in hoc,quod si emphyteosis ista propter generationem finitam reuertitur ad dominum,tunc dominus non potest de tali re sua facere, quod sibi placet, quia tunc descendentes ipsius emphyteotæ possunt petere illam rem sibi confirmari,& si dominus hoc denegauerit poterit appellari ad superiorem,ita dixit Barto.in l.1. §. permictitur ff. de aqua quotidian. & æstiua, & Dec.in consil.131.dummodò sint de descendentibus instituti,qui hoc petant non extranei,sequitur Hyppo.in sing.419. & de Franch.dec.406.& hæc est communis opinio, & ita in praxi seruari testatur Curt.Senior in consi.47.num.7. Boerius decisio.107.in fine,& Iul.Clar.in d.§.emphyteot. quæstio.44. in princip. Et nedum descendentes emphyteotæ, sed etiam transuersales ipsius petere poterunt hanc confirmationem, & renouationem,secundum Dec.in consil,191. column.final. versi.& quamuis,& sic in agnatis proximioribus, non autem in cognatis,secundum Socc.Iun. in consi.9.num.23.in fin.lib.3. & hanc refert esse communem declarationem Iul.Clar.in cita.loco versi.& hæc quidem; Et prædicta habent locum nedum in emphyteosi à priuato cōcessa, sed etiā ab Ecclesia concessa,Dec.in consi.131,colum.2, & hanc fatentur communem Iul.Clar.in cit.loco vers.sed quæro; quod intellige procedere, & habere locum dummodò res sit integra, & in suo statu, sed si finita generatione aliquis extraneus fuerit de ipsa emphyteosi inuestitus, & postmodum descendens emphyteotæ petierit huiusmodi renouationem, quòd non erit audiendus, primum enim dictum habet locum re integra,illi enim tertio est ius quæsitum, ideò sibi imputet, q non præuenit Roman.in consi.70.post numer.3. versi.certum,sequitur Iul.Clar.in citat.loco, ver. sed pone; & nedum non est audiendus, quando alius extraneus est inuestitus,sed etiam si alius nō est inuestitus,tamen talis descendens, seù agnatus infra annum à die, quo sciuit emphyteosim esse finitam non petierit talem renouationem sibi præiudicat,ita quod elapso anno vlterius non auditur, & hanc fatetur esse communem opinionē Socc.Iun.in cita.consil.9.nu.17.in fine lib.tertio, & Iul.Clar.in cit.loco, vers. quinimo; Et nedum prædicta habent locum quando alteri vellet dominus concedere,quo casu prefertur descendens, sed etiam si dominus vellet rem emphyteoticam pro se retinere,& nollet alteri concedere,quo casu adhuc cogi posset ad renouandū prædicto descendenti,prout ita refert Dec.in consil. 151. supra cit.contra opinionem Abb.in cap. bonæ el 2, num.28.de postul.prælat.tamen Iul.Clar.licet dicat Dec.tenere ita esse communem opinionem ipse tamen inclinaret in opinionem Abb.

Et quod dictum est,habere locum renouationem etiam in agnatis, intellige dummodò ipsi agnati petentes renouationem sint instituti,secus si extranei essent ab illo instituti,quia extranei illis præferuntur, Imo.in quodam consi.incip. quidam Thomas de Pan.refert Add.Abbà. in d.cap. bonæ in ver,renouationem, vbi prædictas limitationes refert,& inter alias,quod prædicta habent locum nedum quando emphyteosis est finita ob generationem finitam, sed etiam ob canonem non solutum, seù ob aliam causam, dummodò dolus emphyteotæ absit debet talis emphyteosis renouari, Ancharan.in consi.173.refert, & sequitur Add.Zacch.ibi Add.Abb.in cit vers. renouationem,& si simpliciter per Prælatum fuit res prædicta concessa in amphyteosim, tamen censetur data in dictam tertiam generationem arg.à solitis l.vel vniuersorū ff.de pignor. act.alleg.Hypp. sing.495,

Incipiet enim currere tempus concessum in
14 moratoria dilatione impetranti,non à die præsētationis ipsius,sed etiam à die datæ illius, argum. cap.eam te de rescript.& cap,dilectus de præb.& cap.2.de decimis,Guid.Pap.decisi.109. dummodò literæ exierint de cancellaria,secundum Bald. in l.falsus 10.colum.C.de furt. vbi licet in priuilegio inspiciatur tempus datæ, quoad nunciationem gratiæ, tamen quo ad eius executionem requiritur, quod literæ exierint de Cancellaria, cum non contineant in se actum perfectum statim signata supplicatione,refert Afflict. dec,253. num.2. quod facit ad generale indultum à Principe concessum omnibus delinquentibus non à die datæ habere effectum, sed à die, quo literæ exierint de Cancellaria,quo ad effectum,sic dicimus in lege generali, vt in Pragmaticæ sanctione, quæ adhuc vt liget debet publicari, glos. in cap.2.vers.antè prohibitionem extra de constitu. Isern.in constit. Regni homines extra Regnum in princ.si tamen quis scit legem positam ligatur, & scientia arguitur quandò in Ciuitate Neap. esset publicata, vbi in dies quarumcumque prouinciarum gentes degunt,& negotiantur, secundum Roman.super Pragmatic. de blasfem.in versicul. in text. ibi (*debiate*), & sic exemit quendam inquisitum de asportatione armorum contra formam Regiæ Prag. quæ an statim liget scientem non expectato cursu duorum mensium, & si cōtrarium probare velit se ignorasse constitutionē, an admictatur, & an promulgatio sit necessaria, & in quibus locis,& quando liget,& ligare incipiet,vide plenè per Abb.in cap.1.de postul.prælat,

num.

num.9. cum sequent. constitutio verò Papæ ligat incontinenti, quod est publicata in Curia Romana, nec requiritur, quod publicetur alibi Abb. in
L c. nouerit n.3. de sent. excom. (L)

Quæ moratoria dilatio concessa impetranti de suis debitis non soluendis ad tempus non extenditur ad creditores futuros, argum. l. Aurelius §. Titio Seio ff. de liber. leg. Guid. Pap. in cit. decisi. in princip. & videtur etiam affirmare Iaso. in d. §. si pendente hac dilatione moratoria à Principe debitori impetranti concessa moriatur ipse debitor impetrans illius effectus ad hæredes non transmictitur, iam diximus ius iniquum fuisse illud, quod debitor cõtra suos creditores impetrauit l. si quis iniquum ff. quod quisque iuris, & Afflict. in decis. 61. quod priuilegium iuris iniqui impetranti cõcessum ad hæredes eius non transit l. in omnibus causis ff. de regul. iuris, Iaso. in l. 3. §. quod autem num. 1. ff. quod quisque iuris, & priuilegium concessum à lege, vel à Principe alicui, quod cœpit competere eo viuente, quod inducit aliquam defensionem, vel exceptionem temporalem non extenditur ad hæredem, prout in debitore impetrante beneficium istud, sed si perpetuam exceptionem, vt à creditoribus suis perpetuò conueniri non possit ad hæredes eius bene tunc transit, Alexan. in l. quia tale prima column. à vers. vide Petrum ff. solut. matrimon. Ioannes de Imola in l. maritum ff. eodem, vbi dixit, quod si concedatur priuilegium debitori, vt non teneatur respondere suo creditori, quod intelligitur donec viuit debitor, quia priuilegia debent intelligi, vt lędant ius tertij quanto minus possunt, argument. l. nec auus C. de emanc. liber. & l. 2. §. si quis à Principe ff. ne quid in loco publico; & ideò minimè etiam fieret contra hæredes retorquutio, secundum Paul. de Castr. in l. penult. §. quod autem ff. quod quisque iuris, licet contra principalem sic, & ita residet Cauens. in Ritu Magnæ Cur. Vicar. 287.
M num. 15. (M)

Et aduerte quod si conceditur moratoria di-
15 latio debitori ob mentionatam paupertatem, si ea pendente diuitiæ superueniant cessat ipsa dilatio, quia cessante causa dilationis, cessare debet effectus dilationis, cap. cessante de regul. iuris in sextò, & Barto. in l. siue pars C. de dilat. secundum Tiraquel. in tract. cess. causa in prima parte num. 330. non enim aliter fuisset concessa, nisi expressa esset causa paupertatis, Hypp. in l. vnica nu. 23. circa fi. C. de raptu virg. sequitur Scagl. in d. Ritu
N Mag. Cur. Vic. 287. (N)

Hæ enim literæ moratoriæ à Principe debi-
16 tori concessæ non impediunt exequutionem sententiæ Sacri Consilij, transactæ in rem iudicatam. prout ita fuisse iudicatum refert Guid. Pap. in decisio. 97. & sequitur Scaglio. in Ritu supra cita. 287. vt hoc priuilegio Principis cum ipse iudicasse censeatur, auth. quæ supplicatio C. de precibus imper. offeren. sicut non impediret exequutionem censuum, vt diximus supra in dilatione de iustitia concessa vigore Pragmat. centualis, & nedum concessæ non impediunt exequutionem sententiæ, & si concedendæ essent concedi non debent, si præcesserit sententia condemnatoria in foro contentioso, siuè sententia sit Senatus, siuè alterius Iudicis; & nedum in sententia iam prolata, sed etiam in sententia de proximo proferenda, Natta in consil. 233. num. 4. & intellige procedere in sententia lata in iudicio contradictorio, nam si fuisset spontanea condemnatio coram Iudice, tunc idem de ea iudicatur, quod de instrumento liquido, neque enim debitor frustratus est creditorem litibus, & sic cessat ratio, prout refert Thessaur. in decisio. 186. num. 7. vers. declaratur
O quarto. (O)

Numquid autem moratoria ista concessa à
17 Principe debitori impetranti extendatur ad debita iurata; Carauita in ritu 287. nu. 6. dixit istam quæstionem habere duo capita, primum est quãdo sumus in dubio; secundum est quando sumus in claris, primo casu, Alex. in cons. 38. num. 4. volum. 3. & Iaso. in d. l. quoties 2. not. C. de prec. imper. offer. concludunt, quod non, quia Princeps, & etiam Summus Pontifex numquam intelliguntur velle derogare actui iurato, vt in cap. constitutus extra de rescript. etiam si adest clausula non obstante, vel alia clausula derogatoria, vt dicit glos. singul. in cap. cum non deceat in glos. fin. de elect. in 6. Paul. de Castr. & Iaso. in l. fin. num. 5. C. si contra ius, vel vtil. public. & Abb. in cap. primo, de his quæ fiunt à maiori parte capit.

Secundo casu distinguit, quod aut sumus in moratoria fundata super iustitia, vt quando conceditur à maiori creditorum parte, de qua iam diximus, quo casu benè extenditur, & conceditur, quia iuramentum nedum dispensari potest, sed etiam remicti per creditorem, vt in cap. primo de iure iuran. & l. labeo ff. de iure iur. & l. fin. in princip. ff. qui & à quibus, & ita quotidie practicatur, vt ibi; Aut sumus in ea, quæ fundatur in sola gratia Principis, de qua hic tractamus, & tũc non extenditur ad ea, quia Princeps secularis nõ potest iuramentum remictere, nec etiam super eo dispensare, cum spectet ad Ecclesiam, vel ad Romanum Pontificem cap. venerabile de elect. Abb. in cap. contingit de iure iur. Pau. de Castr. in l. fin. C. si contra ius, vel vtilit. public. & Iason. in l. qui iurato num. 26. ff. qui satisda. cogant. tamen dicit ipse contrarium seruari in hoc Regno; Et illud, quod dicitur Principem non posse dispensare super iuramento habet tres opiniones, secundum Iaso. in d. l. qui iurato num. 23. & in Regno recepta est secũda eius opinio, quæ se habet, quod Princeps habet vim Apostolici super iuramentis, iuxta opinionem Barto. & ibi etiam glos. in l. adigere §. quamuis ff. de iure patro. dummodò illud faciat cum causa, vt dicit Bal. in l. 2. in final. verbis C. de indict. viduit. tollend. prout semper ex causis vrgentissimis ipsas moratorias concedere videmus; In Francia tamen seruatur, vt dicit Anto. Caius ad Angel. inst. de except. in rubric. num. 13. quod isto casu apponitur clausula, dummodò dispenseiur super iuramento à Iudice Ecclesiastico, prout refert ibi Carau. & licet ferè omnes Doctores concludant Principem non posse tunc cõcedere hanc dilationem debitori in prædicto debito instrumentario iurato, per glos. in cap. cum non deceat de elect. in sextò, Roman. sing. septimo, Boer. decisio. 296. tamen hæc conclusio limitatur, & declaratur, vt non procedat si Papa hanc con-

concederet dilationem, quia videtur absoluere à iuramento, quod in Episcopo non procederet, secundum Thessaur. qui concordantes allegat in decis. 186. nu. 4. & 5. secundo limitatur, & declaratur secundum eum, vt non procedat; quando de consuetudine aliud obseruaretur, vt tales concederentur dilationes, etiam contra debitum iuratum, & non solum tunc annales, sed etiam biennales, & quinquennales concedi à Principe solent, quia consuetudo facit tunc licitum, quod aliàs esset illicitum, per abundè not. per Iaf. in l. de quibus ff. de leg. neque enim virtus iuramenti, quod in omni instrumento accidit ex consuetudine Notariorum tantæ potentiæ esse debet, dicit Thessaur. ibi, vt impediat ordinariam Principis potestatem, quæ est vt inducias concedere possit, non solum annales, sed etiã quinquennales refert Guido Pap. in dec. 97.

Aduerte tamen, quòd adhoc, vt tali gaudeat dilatione, oportet, quod fiat mentio in rescripto dilationis de tali iuramento, aliàs talis dilatio non extenderetur ad debitum iuratum, & nõ obstante simplici dilatione, non facta mentione de iuramento, debitor non gauderet dilatione, iuxta ea, quæ not. Afflict. in dec. 5. ità Franc. Ant. de Iudice in tract. de liquid. instrum. in 4. consid. nu. 66. benè tamen fatetur Thessaur. in loco cit. quòd hæ quinquennales induciæ non nisi ex iusta causa conceduntur, eaq; vrgentissima, & non nisi ex ipsa certa scientia Principis, & nisi clarioribus probationibus ostendatur debitoris necessitas, secundum Boer. in cit. dec. nu. 1. in Annalibus verò fertur non esse tantam difficultatem in concessione, dicit tamen Thessaur. ibi, quòd per Consilium Status conceduntur etiam sine vrgenti causa, mediante iuramento debitoris, quòd non possit soluere: Tertiò limitatur, & declaratur, secundum Thessaur. ibi, vt non procedat prædicta conclusio, quando debitor ante impetratas dilationes obtinuit absolutionem iuramenti ab Episcopo, est tamen verum, quòd Princeps non ita de facili tàm laici, quàm Ecclesiastici debent istas dilationes concedere, nisi aliqua existente legitima causa, & quando id sine magno debitoris incõmodo fieri potest, vt si debitor fortuitis casibus pauperior, & indignus est redditus, creditor verò locuples, quia tunc damnabit pium Principem debitori succurrentem, præsertim seruata forma dictæ legis vniuersa C. hoc tit. nostro, quia aliàs nõ seruata dicta forma dilatio non opitularetur, se-
18 cundũ Thessaur. ibi. Quinto declaratur secundũ eundẽ Thessaur. in cit. loc. vt nõ prosint istæ dilationes, si debitum debitor est inficiatus, sed pœna mẽdacij hoc deberet importare, sicut mẽdax precator caret impetratis, c. super literis de rescriptis, multasq; pœnas cõtra mendacẽ enumerat Thessaur. in dec. 50. quas videte, quia deseruiunt in fa-
P cto, & per Iaf. in l. qꝑ te nu. 30. ff. si cert. petat. (P)

Et si in specie in instrumẽto debiti esset per debitorem renunciatum huic exceptioni moratoriæ, numquid postmodum impetrata dilatione à Principe gaudere possit, stante renunciatione cum iuramento facta, dicit Thessaur. in cit. loco, quòd non, cum renunciationibus non detur regressus, & stante tali dilationis renunciatione ab istis inducijs abstinetur, & ita dicit in obseruantia per illum Senatum fuisse iudicatum, solet tamen Princeps hoc casu miserationis gratia, & ex causa, & etiam Consilium Status concedere trimestes inducias, præstita tamen cautione, de qua in dict. l. vniuersa, & soluendo interesse, Senatus verò dicit ipse iuxta nouas constitutiones concedit dilationem quinquaginta dierum, nulla etiam data cautione, & hæc authoritas soli Principi cõcessa est, non autem Baronibus recognoscentibus superiorem, qui loco iudicum sunt, ideoq; prout cæteri Iudices breuiores dilationes cõcedere possunt, nam aliàs ad Principem esset recurrendum l. in fraudem § fiscalibus ff. de iure fisci: Ego tamen limito nisi in supplicatione Principi per debitorem sic renunciantem porrecta, esset dictũ, & supplicatum, vt non obstante tali renunciatione, & iuramento mandaret, & talem concederet dilationem, qui sic cõcederet, & dispensaret, quia tunc stante dispensatione Principis gauderet tali dilatione sic concessa, secundum Franc. Ant. de Iudice in d. tract. de liquid. instrum. consid. 4 nu. 65. quia Princeps eo casu censetur dispensasse super iuramento, & renunciatione prædicta, prout dispensari potest d. l. adigere §. quamuis ff. de iure patron. aliàs nulla facta mentione de renunciatione præsumeretur subreptitium, quia Princeps in dubio non censetur derogare actui iurato, taliter quòd in casu expresso cum censeatur reseruata authoritas Principis, prout in quolibet actu reseruata censetur, l. fin. ff. qui satisdare cogant. meritò Princeps dispensare potest, & ita seruari quotidiè refert Carau. in ritu 287. num. 11. & ibi
Q etiam Cauens. (Q)

19 Aduersus dotem talem moratoriam dilationẽ impetrari non posse, & impetrata non gaudere debitorem, refert Cauens. in d. ritu 287. num. 12. allegat Ioan. Bapt. de Sancto Blas. in tract. de priuileg. dotis priuileg. 289. dicit tamen ibi Carau. nu. 19. pluries per Vicereges Regni, & eius Collaterale Consilium concedi istas moratorias per annum, etiam aduersus dotes, dummodò certum quid interim creditori solueretur, quod secus in moratoria, quę de iustitia cõceditur, iuxta dispositionem l. fin. C. qui bonis cedere poss. concurrente maiori creditorum numero, in qua complectitur etiam causa dotis, secundum Ioannem Baptist. in cit. loc. priuileg. 260. vers. eo quia, per glos. in l. si constante §. quoties in ver. nec ferenda in fin. vers. ff. solut. matr. vbi Alex. clarius firmat nu. 11. circa finem, & ità dicit Carauit. fuisse aliàs decisum in Sacro Consilio Neapolitano, prout
R ibi latiùs declarauimus. (R)

20 Nec etiam ista dilatio moratoria complectitur, nec extenditur ad debitum minoris, nec Regium, nec ad pensionem domorum, neq; venditionem bonorum comestibilium, sicut nec depositum, secundum Boer. in dec. 296. & latius explicaui in tract. de dilatione de iustitia, dummodò depositum sit verum, & non confessionatum, secundum Caroc. in tract. depos. in rub. de depos. probat. nisi in precibus esset petita moratoria etiam ex causa depositi, vel Princeps hoc expressisset se cõcedere etiam ex causa depositi, vel aliter constaret de voluntate concedentis, quod vo-

lueris

luerit comprehendere etiam depositum, quod dicit notandum Caroc. in tract. de depos. in tit. de casu fol. 47. nu. 58. cum sæpè concedantur moratoriæ à Principe debitoribus, & eius creditores, vt plurimum sunt ex causa depositi, quibus non fit præiudicium, nisi specialiter sit expressum, nec etiam operatur contra Neapolitanos vigore eorum priuilegiorum, de quo in priuileg. Ciuit. Neap. fol. 41. & in pragm. incip. Regente, quam refert Carau. in cit. Ritu 287. in fine, quod qualiter intelligatur remitto ad ibi dicta; & sic de cõtractu censuali, & respectu censuum, nisi Princeps de plenitudine potestatis contrarium dispo-
S neret, & mãdaret, prout potest ex dictis supra. (S)

21 Diximus modò de renunciatione facta per debitorem specificè huic moratoriæ dilationi impetratæ, vel impetrandæ; quòd si genericè renunciauerit, promittendo in instrumento debiti nullam exceptionem opponere, an impetrata dilatione absq; metu periurij gaudere poterit, & iam in tract. de dilatione de iustitia exposuimus, cum in ea semper authoritas superioris excepta censeatur, ita Ias. in l. fin. num. 21. vers. vltimo facit, ff. satisdare, cogant. & ita dicit esse de mente Cyn. & Bald. in l. fin. C. si contra ius vel vtilit. public. & regula illa fuit mihi opposita in quadam causa in Magna Curia Vicariæ, dum in contractu locationis esset promissa euictio genericè, & demũ facto superioris fuit euicta, taliter quòd dicebatur promittentem non teneri de euictione, quia tamen in contractu erant verba prægnantia, ex quo fuit dictum, vt quomodocumque, & qualitercumq; res euinceretur, teneretur promittens de euictione, & fuit in hoc per me allegata glos. singularis in l. cum pœna ff. de recept. arbitr. quã refert, & sequitur Angel. in §. fin. inst. de empt. & vend. quòd propter illa tenetur de euictione, etiã si essemus in casibus, in quibus de iure non teneretur, & sic obtinui in causa illius de Bagnara, cum illo de Bonocorde, Bonagurio Actuario.

Vndè ratione superuenientis paupertatis Princeps concedit hanc moratoriam, quam aliàs non concederet, quia ob paupertatem multa conceduntur, quæ aliàs non concederentur, §. item propter paupertatem inst. de excusat. tut. & inter alia cum essem Iudex causarum ciuilium in Ciuitate Cauæ; sic euenit in facto, dum quidam esset conuentus super libello de periurio ratione retardatæ solutionis in termino non factæ, fuit oppositum non incidisse in pœnam periurij, & vt periurium non esse habendum ratione paupertatis, ob quam in termino promisso soluere non potuit, cum quælibet etiam iniusta causa excuset à dolo, l. 1. in fine, vbi glos. ff. de ambig. & Bart. in l. iustè possidet in fin. ff. de acquir. possess. ergò quælibet causa excusat à periurio; sic etiam difficultas excusat à periurio, quia propter difficultatem cessat dolus, secundum glos. & Doct. in cap. breui de iureiur. & licèt diceretur, quòd etiã, qui non potest soluere propter paupertatem incidit in periurium, verum est si potest ei culpa imputari, per ea, quæ not. Ifern. & alij in cap. licet si de feudo fuerit controuers. inter dom. & agnat. vndè quoad actum periurij incurrendum lata culpa sufficit, sed quantum ad reatum, & pœnam periurij requiritur dolus, & sic licèt impotens ad soluẽdum sit periurus quo ad actum, non tamen est periurus quo ad reatum, secundũ Bald. in c. 1. §. porrò, quæ fuit prima causa beneficiũ ammittendi, quem refert, & sequitur Ias. in l. videamus num. 11. ff. de in litem iura; vndè licet determinauerim debitorem periurum quoad actum solutionis respectù partis, non tamen quo ad reatum, & pœnam periurij respectù Curiæ; quomodò autem probetur ista paupertas, vide
T Ias. in l. si vero §. 1. ff. qui satisdare cogant. (T)

22 Et quod dicitur de moratoria dilatione concessa ad preces impetrantis, procedit etiam, quãdo Princeps suo marte concedit generalem moratoriam dilationẽ omnibus debitoribus ex causa, prout extitit in anno 1592. in quo omnibus massarijs concessit moratoriam, ne per annum conueniri possent ex causa extremæ penuriæ frumenti, ne daretur occasio deserendi campos, & rura seminata, & ne maior daretur penuria, quæ durauit per annos ferè octo, quo tempore perierunt personæ numero infinitæ ob famem, à qua liberet nos Deus, & eo tẽpore assistebã Iudex in Ciuitate Cauæ, & nõnullæ fuerũt præsentatæ moratoriæ per massarios, & cultores prædictos Ciuitatis prædictæ, licet dubitassem in quibusdam nõ debere gaudere ratione fraudis, ex quo data opera seminabant certũ quid frumenti paruæ quantitatis, & forsan ad finẽ gaudendi dilatione prædicta, cum nonnullos tenerent creditores, & hoc tùm ratione præsumptæ fraudis, tùm etiam cum moratoria esset concessa massarijs Regni, & appellatione massarij non compræhenditur is, qui parum, & quasi nihil seminauit, & qui semel seminauit, & non est solitus seminare, per ea, quæ not. Bart. in l. mela §. sed si alimenta ff. de aliment. legat. & in l. 1. nu. 7. C. quomodo, & quando Iudex, glos. & alij in l. 1. §. mercis ff. de tribut. act. cũ appellatione mercatoris non veniat is, qui semel merces emit vt venderet, Bart. in l. legatis ff. de leg. 3. Alex. in l. Imperator ff. ad trebell. num 10. & Stracch. in tract. de mercat. in 1. part. nu. 6. nec secundum vulgi opinionem, cum is dicatur, qui solet similia exercere per plures actus secundum propriam significationem vocabuli, secundum Bart. in l. labeo ff. de suppell. leg. cum vulgò tales non soleant sic nominare massarios ex vnico, & minimo actu; tùm etiam ratione præsumptæ voluntatis statuentis, quæ fuit, vt detur occasio colendi rura, vndè demum nascatur abundantia ex productione, & perceptione frugum, quod nõ potest considerari in prædictis, & vt nobis si in his spes nostra reposita esset, cum vix tantum percipiant, quod sufficiat ipsi soli seminanti; & sic intelligi debet de massarijs seminantibus in magna quantitate, & solito seminare, & suum esse in hoc, vt idem Stracch. congerit in cit. loco; Nec hac gaudere deberet is, qui non per se exercet culturam, sed seruorum, & institorum opera vtitur, & ipse vllo modo negotium tractat, nec se ingerit, sed si aliquando se ingerit in ruralibus, tunc veniet appellatione massarij, & gaudebit dilatione Ias. in l. scriniarios nu. 8. C. de testam. milit. Strach. in cit. loco nu. 66. Nec etiam gaudebit is dilatione moratoria, qui aliàs massarius fuit, &

coluit,

soluit, nunc autem exercere destitit, quia non comprehenditur eorum appellatione, secundùm Bart. in l. 1. § quibusdam ff. de iure immunitatis, sequitur Ias. in d. l. scriniarios, refert Stracch. in
V cit. loco nu. 65. (V)

23 Dilatio ista moratoria concessa debitori, & in ea nihil dictum de fideiussore, pendente termino dilationis cõueniri poterit fideiussor, ex mente Cyn. in l. quoties num. 7. vers. sexto quæro, C. de prec. imper. offer. & ibi Salycet. num. 4. versic. quæro, refert Carauit. in ritu 287. num. 16. & ibi Cauens. cum istæ moratoriæ concedantur ratione personę debitoris, & ob eius paupertatem ad personam fideiussoris non extenduntur, per text. in l. exceptiones ff. de exception. dantur tamen per eos cautelæ, quibus fideiussor vti poterit adhuc dilatione concessa debitori, prima est vt opponatur per eum exceptio excussionis principalis, iuxta §. 1. in auth. de fideiussor. quo casu pendente termino moratoriæ excuti non poterit, limita tamen non procedere istam cautelam, secundum Salycet. ibi quando moratoria esset concessa generaliter respectù omnium suorum creditorum, nam tunc etiam ipse fideiussor lato sumpto vocabulo creditor dici posset, argum. l. 1. ff. si cert. petat. videtur etiam contra eum concessa, & propterea vocatus, & exactus non poterit interim habere recursum contra eius principalem.

Secundo limita, quando in instrumento esset renunciatum exceptioni excussionis, prout renunciari potest, secundum glos. in l. si stipulatus esses ff. de verb. oblig. & Hyppol. in rubr. de fideiussor. num. 7. cum sequent. vbi ponit omnes casus, in quibus fideiussor gaudeat, vel non gaudeat tali beneficio excussionis, quia tunc secus esset: secunda cautela est, quòd conuento fideiussore debitor ipse pro suo interesse compareat, & exceptionem moratoriæ alleget, adhoc ne ipse per indirectum cogatur soluere, conuentus postea à fideiussore, iuxta l. indebitum ff. de condit. indeb. & l. idemque §. generaliter ff. mandat. & si intra tempus dilationis soluit non repetit à debitore, nisi elapso termino Alex. in l. cum filius §. si stipulatus in fine ff. de verbor. oblig. & Cauens. in loco cit. num. 13.

Quid si in supplicatione Principi porrecta per debitorẽ est supplicatũ pro dilatione, nedum pro se, sed etiã pro eius fideiussore, Princeps verò simplicıter rescripsit, concedatur tali, nulla facta mentione de fideiussore, an etiam respectù fideiussoris intelligatur; dic quòd sic, quia iusta petita intelligitur concessa dilatio, in qua de fideiussore facta est mentio; nam rescriptum Princit obscurum, vel ambiguum, debet intelligi, & declarari iuxta formam supplicationis porrectæ, cap. interdictor ver. cæterum de fide instrum. & ibi Bald. in antepenult. colum. & cæteri adhoc notant, Alex. in cons. 84. in fin. col. volum. 1. simplex enim. & ambigua responsio, intelligitur secundum interrogationem præcedentem, l. si defensor §. qui interrogatus ff. de interrogat. actio. vndè Abb. in cap. cum pro causa 2. col. de sent. excommun. quòd si fuit petita generalis absolutio à pluribus excommunicationibus, & concedatur simpliciter, censetur concessa quo ad omnes petitas, hinc Bart. in l. 1. ff. ad l. Iul. Maiest. dicit quòd si bannitus petijt saluum conductum pro quindecim diebus, & concedatur simpliciter, intelligatur iuxta petitionem, & ita refert Ias. in l. 1. C. de diuers. rescript. & in l. iustitia ff. de iustit. & iure 2. col. & in l. gallus §. idem credendum col. fin. ff. de lib. & posthum. nisi contrarium constaret de
X mente Principis. (X)

24 Conceditur muratoria dilatio à Principe, & mandatur, quòd à nullo eius creditore per quinquenniũ molestati possit, an intelligatur de creditoribus etiam ratione delicti, Roman. in singul. 182. & Veronens. in l. creditores 8. not. num. 3. de verb. signif. & Doct. in l. 1. ff. si cert. pet. vbi Ripa nu. 97. dicunt quòd non, & ratio est secundũ Veronens. ibi. quia creditor ratione delicti non dicitur propriè creditor, & propterea verba rescripti de proprio creditore, qui ex contractu est, debet intelligi, quia si secus diceretur, secundum Rip. quem citat Carau. in loc. cit. num 13. sequeretur, quod Princeps faceret gratiam delinquẽti, quod dicere non debemus, non facta mentione de delicto, per cap. postulasti in vers. non ita de leui de rescript. & per ea, quę latè not. Ias. in auth. res quę nu. 20. C. communia de legat. ampliatur ista conclusio secundum Carauit. ex mente Ripæ in cit. loc. etiam si propter paupertatem esset concessa moratoria, quia delinquentes digni sunt in paupertate semper marcescere, l. quisquis C. ad l. Iul. Maiest. & l. bona fides ff. depos. limitatur tamen secundum eundem, nisi ratio moratoriæ esset talis, quæ etiam in creditoribus ex delicto locum haberet. quoniam tunc secus esset, cum ratio legis, vel statuti habeat legem ipsam, & quamlibet dispositionem ampliare, l. regula §. cum quis ff. de iuris, & facti ignor. & l. cum pater §. dulcissimis ff. de leg. 2. exemplum est secundum eum quotiescumque datus est alicui saluus conductus ad finem veniendi in Ciuitatem pro aliqua causa, nam tunc cum sub illo fine intelligatur etiã data securitas recedendi, vt dicit Bart. in l. vtimur ff. de sepulcr. viol. & Guid. Pap. decis. 418. num. 3. talis saluus conductus etiam creditores ex delicto cõprahenderet, vt ipsum molestare non valeant, & in recessu impedire, ne aliàs sibi de nihilo seruiat, vt firmat Bart. in cons. 169. quem citat Carau. nu. 15. in fin. an autem legatarij comprahendantur in huiusmodi dilatione, videndum si creditorum numero comprahendantur, scripsit Dec. in l. 1. nu. 91. ff. si cert. pet. prout latius in dilatione de iustitia
A explicauimus. (A)

25 An semel tantum Princeps possit hanc moratoriam dilationem concedere, vel pluries; licet regula sit, quòd quælibet dispositio intelligitur pro prima vice tantum, l. boues §. hoc sermone ff. de verb. signif. illa tamen regula procedit in dispositione hominis, secus verò in dispositione legis, vel statuti, quia lex non debet intelligi de primo actu, sed toties, quoties opus fuerit, aliàs lex esset imperfecta, ita Raph. Cuman. in consil. 221. quòd incipit statutum dictat, & Alex. in l. si cum dotem §. 1. 4. colum. ff. solut. matrim. & in consil. 212. 10. colum. lib. 2. & Ias. in l. diuortio §. quod in anno num. 25. ff. solut. matrim. & propterea dicerem Principem posse pluries tale bene-

ficium concedere eidem debitori, non tamen respectu eorundem creditorum, sed aliorum, per ea quæ not. Bald. in l. inuitus ad finem C. de procur. vbi illud, quod dicitur dispositionem quamlibet debere intelligi pro prima vice, limitat procedere quando primus actus consumit effectum secundum intentionem loquentis, aliàs intelligitur etiam de actu vlteriori, quem refert, & sequitur Iaf. in d. §. quod in anno in fine, consumptus est iam actus moratoriæ respectu creditorum certorum contra eosdem, non debet idem beneficium concedi; respectu verò nouiter acquisitorum sic, cum toties, quoties nouos acquisierit creditores, nouo indigeat debitor auxilio, & de hoc latius in dilatione de iustitia concessa explicauimus, tenet Tiraquell. in d. §. hnc sermone nu. 90. si tamen placet Principi millies concedere eidem, & contra eosdem creditores, non dubitatur, quin possit; cum non possit dici Princeps cur ita facis.

Dummodò in rescripto narretur aliàs, ne obrepititium, & subreptitium dicatur rescriptum moratoriæ, per ea, quæ dixit Guil. de Cu. in l. 3. per illum text. vbi etiam Paul. de Castr. C. de Episco p. audient. Iaf. in l. nec dãnosa C. de prec. Imper. offer. & in l. si idem ff. de iurisd. omn. iudic. quòd qui habuit gratiã de vno homicidio, & postea fecit secundum homicidium, & impetrauit gratiã de secundo homicidio nihil valet, nisi fecerit mentionem de primo homicidio, & prima gratia, quod dictum refert Andr. Sicul. in cap. super literis 24. col. de rescript. quem refert Iaf. in loco cit. quòd in Ciuitate Bononiæ fuit de facto decapitatus vnus, qui impetrauerat gratiam remissionis secundi homicidij, non facta mentione de primo homicidio, & eius gratia, nisi in rescripto esset clausula motu proprio, quo casu quando Princeps concedit rescriptum motu proprio, cessat omnis exceptio subreptionis, & obreptionis, secundum Bald. quem ibi refert, & sequitur Iaf. in d. l. nec damnosa versic. per quem text. vbi multa allegat; dummodo secundum eum exprimatur in literis, aliàs non præsumitur, nec potest per testes probari, cap. si motu proprio de præb. in 6. adeò si clausula ex certa scientia inesset, cum istæ duæ clausulæ, motus proprius, & ex certa scientia equipararentur, vt colligitur ex glo. in cap. statutum §. t. in ver. litterarum in fine de rescript. in 6. sequitur Iaf. in loco supra allegat. cum etiam non solum hanc dilationẽ concedere possit, quòd non est tollere, sed differre, d. l. quoties C. de prec. sed etiam pœnitus iura creditorum tollere, & ad prædicta facit, quod dixit Ioannes Andr. in rubr. de cleric. non resid. col. 2. in Add. vbi si alicui fuit concessa gratia, quòd per quinquennium perciperet fructus beneficij in absentia, & postea vellet aliam gratiam alterius quinquennij impetrare secunda gratia erit subreptitia, non facta mentione de prima, & est bonus tex in c. 2. de filijs præsbit. in 6. Dec. in l. liberos C. de collat. (B)

B

26 Debitor impetrans hanc moratoriam dilationem contra eum fit retorquatio, vt interim alios eius debitores, & creditores, aduersus quos impetrauit moratoriam, & in tantum est verum, quòd etiam si non vtatur ea habet locum retorquatio, vide Iaf. in l. si quis iniquum nu. 13. ff. quod quisque iuris, & per totum. (C)

C

27 Excommunicatus potest impetrare huiusmodi moratoriam dilationem, & si impetranti conceditur ea gaudebit, nam si potest impetrare rescriptum super appellatione, licet de excommunicatione mentionem non faciat, cap. fin. de except. & facit ad propositum, quod not. dixit Bal. in tit. de rescript. in 6. quòd excommunicatus potest impetrare, vt de carcere liberetur, sequitur Apost. ad Abb. in cap. intellecximus de iudic. in vers. existens actori, & si potest postquàm est carceratus, moltò magis ante carcerationem, cum melius sit ante tempus præuidere, quàm post tẽpus occurrere, & ita videtur tenere Feder. de Senis in conf. 193. & licet non possit agere, tamen conuentus à creditoribus potest excipere exceptione moratoriæ, cap. cum inter de except. (D)

D

28 Creditores conditionales, vel in diem non includuntur in generali moratoria obtenta à Principe contra creditores impetrantis, vnde in euentu dieis, vel conditionis pendente dilatione adhuc conueniri poterit, creditorum enim appellatione conditionalis, vel in diẽ creditor non venit, quia debitor dicitur à quo inuito extorqueri potest, l. debitor. ff. de verb. signif. l. fideiussor. §. fideiussor. ff. de fideiussor. tenet glos. & ibi Angel. in §. si sub conditi. instit. de verb. oblig. & Doctor. in l. 1. ff. si cert. petat. & habentur vt futuri creditores, ad quos rescriptum moratoriæ non extenditur, secundum Guid. Pap. decis. 109. & Scaglio. in Rit. M. Cur. 283. & Iacob. de Perus. in l. 3. § si pœna ff. quod quisque iuris, & Bart. in d. l. 3. §. illud. (E)

E

29 Princeps si impetranti debitori moratoriam dilationem concesserit aduersus eius creditores, & inter alios est creditor, à quo habet dilationem conuentionalem, triennalem, an quinquennium à Principe concessum incipiat sibi currere post illud triennium, dic quòd statim incipit quinquennium, & illud trienniũ supplebitur vsque ad quinquennium, arg. l. 4. §. si ex conuentione ff. de re iudicatale enim quinquennium datur miserationis gratia, ideò debet restringi l. si cum milit. §. cum intra ff. de compensat. secundum Castr. in l. si quis suus nu. 4. C. de repud. hæred. (F)

F

30 Quid enim si Princeps post concessam moratoriã debitori, pendente termino in ea contento, secundam eidem concedit debitori moratoriam contra eosdẽ motu proprio, & cum clausula non obstante, quę operatur id quod clausula de plenitudine potestatis, secundũ Bald. in l. si de testamento C. de testam. & vbi Princeps cum clausula non obstante rescribit, prout rescribere potest, secundum Iaf. in l. rescripta C. de prec. imper. offer. alterius iura tollere, & diminuere potest, quia quãuis aliàs ius tertij velle tollere non præsumatur, fallit tamen, quando clausula non obstante apponitur, Alex. in cons. 92. vol. 6. & incipiet currere, secũda à die ipsius secundæ cõcessionis, & nõ post tẽpus in prima concessũ, quia videtur iure quasi nouationis recessũ à prima die, & sic statim secũda incipiet currere, nõ aliter expectato exitu primæ, secundum Paul. de Castr. in d. l. si quis suus nu. 3. C. de repud. hæred. Alex. in Addit. ad Bar. in l. in Senatus §. fin. ff. ad turpill. & ibi infert Bar. si

catas

mter ſtatutum, quòd committens homicidium condemnatur in mille, & ſtet ad confinia per decem annos à die factæ condemnationis, contingit quòd vnus facit homicidium, & pendente primo decennio, iterum aliud homicidium committit, vtrum decénium ſecundum incipiat à die finiti decennij primi, vel à die condemnationis ſuper ſecundo latæ, refert quoſdam dixiſſe per illum text. quòd à die condemnationis latæ ſuper ſecundo, non inſpecto decennio primo, quia ſpecies non recipiunt duplicationem, l. lucius §. impuberem ff. de leg. 2. & l. planè §. 1. ff. de leg. 1. modò illud decennium, quo quis debet ſtare ad confinia poteſt poni quandoque vt ſpecies, verbi gratia ſtet ad confinia per decem annos à die condemnationis factæ, & ponitur tempus, vt ſpecies, videtur enim Princeps prorogare terminum potius, quàm nouum concedere, per ea quæ not. Doctor. in l. 1. §. & poſt oper. ff. de nou.
G oper. nunc. (G)

31 Si in termino ſtatuto ad ſoluendum debitor pecuniã promiſſam non ſoluit creditori, ob quod incidit in periurium, an periurus exiſtens moratoriam dilationem à Principe impetrare, & obtinere poſſit, dicam in tractatu ceſſio. bonorum, ibi an periurus cedere poſſit; & periurus iudicatur eo ipſo, quòd infra ſtatutum terminum non ſoluit, ſecundum Bart. in l. in illa ſtipulatio. nu. 4. ff. de verb. oblig. & tale periurium nec Princeps poteſt remittere, quia iuramentum, & votũ ſunt de iure naturali, cap. & ſi expreſsè de iur. iur. licèt ante periurium poſſit tollere effectus iuramenti, & ſuper eo diſpenſare, vt not. Bal. in l. non dubiũ C. de legibus, & Andr. in Conſt. Regni conſtitut.
H diuæ memoriæ, Scaglio, in ritu. 365. (H)

32 Si conceditur hæc dilatio à Principe, quòd nõ poſſit conueniri debitor, nec moleſtari à quibuſcumque eius creditoribus per quinquennium, an in ea includatur ipſe Princeps, qui creditor eſt impetrantis, dic quòd non, cum regula ſit, quòd in generali ſermone non contineatur perſona loquentis, l. inquiſitio C. de ſolut. & eſt tex. in l. nec damnoſa C. de prec. imper. offer. niſi expreſsè ſic diceretur, vel non obſtante, l. nec damnoſa, ſecundum Bald. ibi in princip. licet ſub generali indultu de quibuſcumque delictis, & pœnis ſubintelligantur pœnæ peruentæ ex contumacijs, ac obligationibus accuſatis, & præſentationibus inſtrumentorum, ſecundum Grammat. in dec. 4. & facit, quod dixit Alex. in l. ſenatus §. fin. ff. de leg. 1. vbi quædã ſoror ceſſerat omnia iura fratri ſuo ſibi competentia contra quoſcumque debitores ſuos, in ceſſione prædicta adhuc veniunt actiones competentes cedenti contra ceſſionarium, & Caſtr. in l. qui duobus ff. de leg. 3. quòd habens quis duos reos debendi, ſi vni cedit dicta iura contra alterum correum, quòd ſtatim ceſſionarius liberatur, & Salycet. in l. 1. 21. quæſt. C. de act. & oblig. quærit an valeat ceſſio facta debitori per creditorem cedenté ſibi actiones, quas habet cõtra eum, & dicit in effectu quòd ſic, quia videtur ſibi concedere liberationem, ſequitur
I Alex. in d. §. fin. (I)

33 Debitor ſi doloſè diſſipauit eius bona deindè huiuſmodi beneficium quinquennale à Principe impetrauit, numquid gaudebit tali beneficio aduerſus creditores ſic fraudatos, Doctores omnes cõcludunt quòd non, ne dolus ſibi opituletur ſecundum Bald. in conſ. 11. incip. in quæſt. Domini Milani colum. penult. verſic. ſed adhuc reſtat volum. 2. Ioannes Baptiſt. in tract. de debitore ſuſpecto, & fugitiuo quæſt. 1. colum. vltim. in princ. verſi. illud ſcio, quòd omnis coniectura; quia ſi dilatione gauderet poſſet interim aufugere, quod afferret parti præiudicium non modicum, in quo Princeps non intendit parti præiudicare, ſecundum Iaſ. in d. l. quoties C. de prec. in 3. not. & ita refert fuiſſe deciſum Boer. deciſio. 349. & ponit exemplum Benuen. Stracch. in tractatu de mercat. ſub. tit. de decoct. in 3. part. de eo, qui cum non ſoluendo eſſet ſcienter pecunias mutuas recepit, l. penult. de iure dotium, not. Doctor. omnes in l. alia §. eleganter ff. ſolut. matrim. Bald. & alij in l. ſed ſi ex parte §. interdum ff. quod cum eo, & Doctor. in l. 1. ff. ſi cert. petat. quia propter dolum incidit in paupertaté, credo tamen, quòd ſi præſtabit fideiuſſionem de ſoluendo, finita dilatione, gaudebit illa, ſecundum Boer. in d. dec. ante nu. 11. ſed ſi ob aduerſam fortunam quis decoxit ea fruetur dilatione, cum propter malam, temporumq; conditionem ad inopiam redactus ſit, ſecundum Stracch. in cit. loco nu. 20.
L citat Alex. in conſ. 205. vol. 2. (L)

34 Impetrauit à Principe debitor hanc moratoriã dilationem, poſtquàm ſteterat vigintiquinque annis ad ſoluendum debitum, taliter quòd pendente dilatione elapſum eſt tempus triginta annorum ad complendam præſcriptionem, quæ an huic creditori non ſic valenti agere currat, dubitauit Bald. in l. quoties C. de prec. imper. offer. dicens, quòd aut quis impeditur agere propter impedimentum iuris, aut propter impedimentum facti, primo caſu refert, aut impedimentum fuit ab initio præſcriptionis, & non incipit currere, aut ſuperuenit poſt inchoatam præſcriptionem, & tunc currit, ſed datur reſtitutio in integrum, l. ſed ſi per prætorem §. ſi feriæ ff. ex quibus cauſis maiores, modò hoc eſt impedimentum iuris emergens præſcriptione currente, quia non valenti agere non currit præſcriptio, l. 1. §. fin. C. de annal. except. ſed iſta reſtitutio an tantum detur ad illud tempus decurſum ad complendam præſcriptionem dilatione pendente, vel ad totum tempus præſcriptionis, eſt text. in cap. 1. de in integr. reſtit. & l. fin. C. de tempor. in integr. reſtit.
M Capyc. deciſ. 109. (M)

35 An idem Princeps, qui conceſſit hanc dilationem quinquennalem poſſit eam reuocare, quòd ſic, etiam ſine cauſa, vt notat Lucas de Penna, & Ioannes de Plat. in l. qui fundum C. de omni agro deſer. libr. 11. Carauit. in Ritu 301. & melius in Pragmat. incip. per Excellent. §. 11. num. 64. & non tantum per ſpecialem derogationem, ſed etiam generalem, vt ſi Princeps mandaſſet Officiali, quòd cogeret omnes, & quoſcumque debitores Titij, non obſtante quocumque priuilegio eius debitoribus conceſſo, per huiuſmodi clauſulam cenſetur ſublatum priuilegium dila-

tionis quinquennalis debitoribus Titij per prius concessum, cum illud non sit ex causa remuneratoria, nec in corpore iuris clausum, sed tamen ex gratia, quo casu non sufficeret generalis, sed specialis reuocatio, vel clausula ex certa scientia, & lege qualibet non obstante, secundum Bart. in l. fin. in fin. C. si contra ius, vel vtil. public. idem si in dicto priuilegio dilationis esset clausula non obstante, & ex certa scientia, secundum Canens. in ritu 46. & bene Paul. de Castr. in l. si mihi §. fin. N nu. 5. ff de leg. 1. (N)

36 An pendente hac quinquennali dilatione à Principe ex gratia debitori concessa currant vsuræ, seu interesse, Salycet. quem alij sequuntur in l. quoties C. de prec. imper. offer. dixit quòd aut hoc est expressum in rescripto, quòd debeantur, & currant, & tunc clarum est, quòd interim currant, aut non est hoc expressum, & tunc, aut ante currebant, aut non, si currebant, vt quia in mora per prius constitutus debitor per interpellationem hominis, vel diei, iuxta l. optimam C. de contrah. & committ. stipul. vel quia annuus erat census, prout ad præsens constituuntur in Regno, ex dispositione Bullæ Papæ Nicolai, & Regiæ Pragmaticæ, tunc adhuc currere intra hanc dilationem dicimus, ne Principis rescriptum interpetretur taliter, quòd dispendiũ afferat creditori in iure iam quæsito; Aut prius non currebant, nec nunc incipient, cum ex mora non possit incipere deberi, quæ non potest committi, vt l. lecta ff. si cert. petatur, ita Salycet. ibi num. 5 versic. item quæro, Thessaur. in decis. 91. nu. 2. Vrsill. in decis. 5. in fine, an autem exigi possint dilatione pendente, diximus in materia dilationis de iustitia.

37 Et cum materia census emerserit, videndum est qualiter contractus hi censuales constituantur, & qui liciti, seu illiciti iudicentur ratione pactorum, prætij rei, & aliarum clausularum, & isti contractus censuales pluribus modis constituuntur, & denominantur, constituitur enim contractus censualis, vt quando in accipientem omne dominium transfertur, tàm directum, quàm vtile, & nihil reseruatur penes concedentem, nisi census, de quo contractu censuali loquitur textus in cap. constitutus de religiosis domibus, & istius contractus natura est, quòd si iste censuarius staret non solum per biennium, sed per mille annos ad soluendum censum præfatũ, nunquam fieret deuolutio, prout in d. cap. constitus, Dec in cons. 160. & 164. vbi quando est translatum dominium in accipientem non curatur de verbis, quòd concessio sonet in emphyteosim, quòd ex hoc fiat indè deuolutio, nam potius attenditur natura contractus, quàm verba ipsius, & istud ideò nam fuit translatum omne dominium in accipientem, quòd secus esset si fieret concessio, & solueretur etiam quid minimum ratione dominij reseruati, quia tunc fieret deuolutio in totum ob non solutionem, secundum Iass. in l. 2. col. 12. nu. 13. vers. istud tamen de re censuali C. de iure emphyteot. & iste contractus conueniret cum emphyteotico, in quo reseruatur in re concessa dominium directũ, & fit deuolutio ob redditum non solutum, an autem in dubio quando non apparet qualiter sit cõcessio facta, an in dicta ma da sit emphyt. vel censualis, & de alijs vide Iul. O Clar. in §. emphyt. quæst. 1. vers. sed pone. (O)

38 Alius est contractus ad liuellum, siue ad libellum, & istud quando conceditur res ad annos viginti nouem, & ipsis finitis ad renouandum, secundum Ias. in rubr. de iure emphyt. & Dec. in cons. 238 & ibi quando ista renouatio peti debet, Iulius Clar. in d. §. 1. in princip. vocat contractum libellarium quando vasallus; vel emphyteota concedit alteri pro certa annua pensione prædiũ, quod ipse habuerat ab alio in feudũ, vel emphyteosim, & sic quando cõcedens non est dominus scilicet directi dominij, & hoc est, quòd vulgo appellamus emphyteosim subalternatam.

39 Alius est contractus non concessionis in emphyteosim, sed submissionis, quoties enim quis indiget pecunia, & submittit rem suam stabilem ad rationem puta decem pro centenario de reddito contractus censualis, alias submissionis nuncupatur, & de isto contractu diximus, & loquitur Bulla Papæ Nicolai, in Pragmaticis Regni redacta; Qui contractus aliàs habet prærogatiuas, quas cæteri nõ habent, ex dispositione dictæ pragmaticæ; habet enim exequutionem paratam obstante quacumque exceptione, siuè falsitatis, siuè nullitatis, præter exceptionem solutionis, quæ in promptu demonstrari debet mediantibus publicis documentis, vt ibi (nisi exceptio ipsa nullitatis similiter in promptu demonstratetur,) secundum Carau. in ritu 166. nu. 59. Nec exceptio cõpensationis impediet exequutionem, nisi per confessionem creditoris, Cauens. in ritu 263. nu. 55. Imò via exequutiua agi potest contra tertiũ possessorem dictorum bonorum censualium, & talis possessor tenetur recognoscere in dominum ipsum emptorem, & creditorem, Guid. Pap. decis. 41. & 42. & an facta tali recognitione possit primus debitor venditor conueniri pro censu, Couar. in lib. 3. var. resol. cap. 9. vers. hic etiam deducitur; In tantum quod si petij in iudicio rescissionem talis contractus; quòd non obstante tali litis pendentia potero virtute dicti contractus exequutionem paratam habere, per ea, quæ notant Doctor. in l. 2. §. condemnatum ff de re iudic. & ita audiui obseruari in Magna Curia; sicut quis agendo ciuiliter iudicio assistentiæ, poterit post modũ criminaliter via ritua procedere, Marant. in suo Specul. disp. 6. per totum fol. 309. & sic vna via electa, altera non tollitur; sed an pendente tali rescissione currant census, vide Alexand. in l. qui Romæ §. seia in princip. ff. de verbor. obligat. & an interesse censuum non solutorum debeatur, maximè in notabili quantitate, vide Bologn. in l. 1. C. de sent. pro eo quod interest; census enim constitutus non potest excedere decimam partem sortis principalis, secundum Bullam, in eo, quòd excedit committitur vsura, verum ex alijs iudicari potest vsurarius, & illicitus contractus, & contra formam Bullæ prædictæ, debet tamen ad rationem prædictam contrahi, & cum pacto de retrouendendo quandocumque vt ibi; Quod pactum

quo-

nunquam præscribitur, etiam si per mille annos venditor non redemerit, secundum Couarru. in lib.3.variar.resolut.cap.9. num.9. licèt pactum de retrouendendo rem stabilem venditam possit præscribi spatio 30. vel 40. annorum, secundum Angel. in consil. 15. Iason in l. petens, vbi etiam Dec. C. de pactis, nisi aliter esset conuentum inter emptorem, & venditorem, vt maiori spacio temporis tolleretur, vt scilicet infra sex annos tantum valeat venditor redimere, & non aliter, quo transacto extinguitur ius redimendi, secundum Angel. in consil. 199. & dicit se dare casum in terminis in l. 2. & l. commissoriæ C. de pact. inter empt. & vendit. sequitur in l. si ita quis promiserit §. seia num. 10. ff. de verb. oblig. quod pactum an ad hæredes transeat, si ipsorum nulla facta est mentio, & an cedi possit, & quando iudicetur vsurarius concurrente etiam modicitate pretij, recurre ad Fab. de sanct. Sab. & Franc. de Zoann. in tract. de empt. & vend. fol. 345. & si pro eo detur actio contra tertium possessorem, Alex.conf.10.vol.1. & Boer.dec. 182.

40 Quod tempus redimendi quandocumque in isto contractu censuali coarctari non potest ad tempus, cum liberum esse debeat pactum, vndè transacto tempore limitato, adhuc venditor ius redimendi habet, secundum Couarru. in lib. 3. variar. resolut. cap.8. num. 7. & ex verbis Bullæ ibi (pro consimili pretio illa redimendi mediante,) & sic loquitur de pacto redimendi generaliter, & indefinitè, sine limitatione temporis, & sic cum simpliciter, & generaliter loquatur, ita simpliciter, & generaliter debet intelligi, l. de pretio ff. de public. vndè cum de dicto pacto nullum sit appositum tempus limitatum minimè per partes limitari potest, quia Papa concessit ad rationem decem pro centenario cum illo pacto indefinito de redimendo, & sic à verbis legis non est recedendum, l. non aliter ff. de leg. 3. sequitur Anton. de Nigr. in Capit. Regni incip. pro publici boni num. 36. versic. quæro pone, sic etiam si limitatur pactum, quòd non liceret redimere censum, nisi vsque ad decem annos, & non ante, cum adhuc poterit venditor redimere infra dictum tempus, ex quo pactum est vsurarium, Veronens. in tractatu de simul, contract. tract. 1. præsumpt. 10. & Guid.Pap. decisio.516. num.3. Similiter quando emptio census esset facta ad modicum tempus, puta per duos, tres, vel quatuor annos, quia tunc præsumitur vsurarius, & illud, quod percipitur vltra sortē dicitur vsura, per ea quæ not. Bart. in l. cum stipulatus sim, ff. de verb.oblig. & Castr.in consil. 289.volum. 1. ita de Nigr. in d. cap. & talis facultas redimendi coarctari minimè potest ad tempus, Guid. Pap. decis. 616. Panorm. in cap. ad nostram in 3. casu de empt. & vendit. Cagnol.in l.2. C. de pact. inter empt. & vendit. in 4.colum. & Foller. in sua praxi censual. fol. 166. num. 9. sicut non valet pactum, quòd hoc ius redimendi non possit vendi, seu alteri cedi, cum ex dispositione huius Pragmaticæ, & Bullæ compellatur emptor ad faciendum dictum pactum, cum pactum de non alienando id quod proprium est non valeat, l. nemo, & ibi Bart. ff. de pact. & liberum debet esse hoc ex parte venditoris, sed si esset conuentum, quòd in casu, in quem venditor alteri hanc facultatem redimendi vendere vellet, vel cedere, quòd sibi potius, quàm alteri, tunc bene valeret, vt potius sibi, quàm illi, secundum Imol. in l. qui Romæ §. cohæredes ff. de verb. obligat. sequitur Foller. in d. sua praxi num. 64. fol. 186. & sicut non valet præcedens pactum, ita etiam non tenet pactum, quòd non possit venditor rem, super qua census constitutus est alteri vendere, Sotus lib.6. q. 5. art.6. de Iust. & Iur. Benè tamen subsisteret, si tantū esset dictū, quòd non possit vendere absq; consensu emptoris, dummodò pro consensu præstando nihil percipiatur, aliàs iniquum esset pactum, & ad nihilum venditor teneretur, si absque consensu venderet, secundum Sotum in loco citato, fit etiam iniustitia ratione pacti adiecti, scilicet quòd tempore redemptionis teneatur venditor soluare in pecunia aurea, quia nimis venit arctandus tunc venditor, cum liber debeat esse iste contractus, sicut etiam minimè tenet, quando venditor tempore redemptionis teneretur soluere omnes census præteritos, & redimere etiam alios contractus cēsuales per prius factos, cum contra formam Bullæ esse dicatur, verum si esset dictum, quòd venditor tunc temporis totum pretium soluere teneatur coniunctim, & non diuisim benè subsisteret, l. Iulianus §. offerri ff. de act. empt. ita Sotus in loco cit. in lib. 6. de iustit. & iure quæst. 5. art. 3. sicut valet, & tenet pactum, quòd venditor teneatur denunciare per mensem antequàm redimat; vel pœnes nummularium teneatur pecuniam deponere, quod tamen de æquitate Iudicis arbitrio remittitur, per l. promissor. ff. de const. pecun.

41 Dubitatum fuit de pacto inito, quòd non soluens venditor in duabus pagis, res submissa cadat in commissum, & iniquum declararunt, nè fortè res magni valoris pro paruo censu in totum cadat, licet pro rata census sic, secundum Nauarr. in cap. 23. num.64. glos. in authent. qui rem C. de sacr. sanct. ecclef. Afflict. decisio. 80. vbi etiam Vrsill. sicut iniustum redditur pactum in contractu isto censuali appositū, quòd non solutis duabus, vel tribus pagis rescindatur contractus, tàm pro sorte principali, quàm pro cēsibus, cum sit contra formam Bullæ, dum liber, & perpetuus esse debeat, & ideò tempore non debet coarctari, Nauarr. in cap. 17. nu. 259. Diuus Anton. in 2. parte suæ summæ titul. 1. cap. 7. num. 308. licet in iudicio male seruatur, dum quotidiè rescindantur contractus censuales ratione pacti prædicti, & hoc ratione consuetudinis, & stilus Curiæ, licet contra ius; excusantur tamen emptores, ac Notarij à pœnis, cum consuetudo etiam praua excuset à pœnis, secundum Iaso. in l. de quibus ff. de leg. Hyppo. in l. 1. ff. de sicar. cum de consuetudine hi contractus multū frequententur cum pacto prædicto, & dicit Bal. in l. vnica colum. 9. in princi. C. de his, quæ pœnæ nomine, si in Regione aliqua aliquis contractus multum frequentatur inter bonos, & apud mercatores, talis contractus censetur permissus, & nō fœneratiuus, & Veronens. in l. quis sit fugitiuus §

tionis quinquennalis debitoribus Titij per prius concessum, cum illud non sit ex causa remuneratoria, nec in corpore iuris clausum, sed tamen ex gratia, quo casu non sufficeret generalis, sed specialis reuocatio, vel clausula ex certa scientia, & lege qualibet non obstante, secundum Bart. in l. fin. in fin. C. si contra ius, vel vtil. public. idem si in dicto priuilegio dilationis esset clausula non obstante, & ex certa scientia, secundum Cauens. in ritu 46. & benè Paul. de Castr. in l. si mihi §. fin. N nu. 5. ff. de leg. 1. (N)

36 An pendente hac quinquennali dilatione à Principe ex gratia debitori concessa currant vsuræ, seù interesse, Salycet. quem alij sequuntur in l. quoties C. de prec. imper. offer. dixit quòd aut hoc est expressum in rescripto, quòd debeantur, & currant, & tunc clarum est, quòd interim currant, aut non est hoc expressum, & tunc aut ante currebant, aut non, si currebant, vt quia in mora per prius constitutus debitor per interpellationem hominis, vel diei, iuxta l. optimam C. de contrah. & commit. stipul. vel quia annuus erat census, prout ad præsens constituuntur in Regno, ex dispositione Bullæ Papæ Nicolai, & Regiæ Pragmaticæ, tunc adhuc currere intra hanc dilationem dicimus, ne Principis rescriptum interpretetur taliter, quòd dispendiũ afferat creditori in iure iam quæsito; Aut prius non currebant, nec nunc incipient, cum ex mora non possit incipere deberi, quæ non potest commicti, vt l. lecta ff. si cert. petatur, ita Salycet. ibi num. 5 versic. item quæro, Thessaur. in decis. 91. nu. 2. Vrsill. in decis. 5. in fine, an autem exigi possint dilatione pendente, diximus in materia dilationis de iustitia.

37 Et cum materia census emerserit, videndum est qualiter contractus hi censuales constituantur, & qui liciti, seù illiciti iudicentur ratione pactorum, pretij rei, & aliarum clausularum, & isti contractus censuales pluribus modis constituuntur, & denominantur, constituitur enim contractus censualis, vt quando in accipientem omne dominium transfertur, tàm directum, quàm vtile, & nihil reseruatur penes concedentem, nisi census, de quo contractu censuali loquitur textus in cap. constitutus de religiosis domibus, & istius contractus natura est, quòd si iste censuarius staret non solum per biennium, sed per mille annos ad soluendum censum præfatũ, nunquam fieret deuolutio, prout in d. cap. constitutis, Dec in cons. 160. & 164. vbi quando est translatum dominium in accipientem non curatur de verbis, quòd concessio sonet in emphyteosim, quòd ex hoc fiat inde deuolutio, nam potius attenditur natura contractus, quàm verba ipsius, & istud ideò nam fuit translatum omne dominium in accipientem, quòd secus esset si fieret concessio, & solueretur etiam quid minimum ratione dominij reseruati, quia tunc fieret deuolutio in totum ob non solutionem, secundum Ias. in l. 2. col. 12. nu. 13. vers. istud tamen de re censuali C. de iure emphyteot. & iste contractus conueniret cum emphyteotico, in quo reseruatur in re concessa dominium directũ, & fit deuolutio ob redditum non solutum, an autem in dubio quando non apparet qualiter sit cõcessio facta similiter inde mada sit emphyt. vel censualis, & de alijs vide Iul. O Clar. in §. emphyt. quæst. 1. vers. sed pone. (O)

38 Alius est contractus ad liuellum, siue ad libellum, & istud quando conceditur res ad annos viginti nouem, & ipsis finitis ad renouandum, secundum Ias. in rubr. de iure emphyt. & Dec. in cons. 238 & ibi quando ista renouatio peti debet, Iulius Clar. in d. §. 1. in princip. vocat contractum libellarium quando vasallus, vel emphyteota concedit alteri pro certa annua pensione prædiũ, quod ipse habuerat ab alio in feudũ, vel emphyteosim, & sic quando cõcedens non est dominus, scilicet directi dominij, & hoc est, quòd vulgo appellamus emphyteosim subalternatam;

39 Alius est contractus non concessionis in emphyteosim, sed submissionis, quoties enim quis indiget pecunia, & submittit rem suam stabilem ad rationem puta decem pro centenario de redditu contractus censualis, aliàs submissionis nuncupatur, & de isto contractu diximus, & loquitur Bulla Papæ Nicolai, in Pragmaticis Regni redacta; Qui contractus aliàs habet prærogatiuas, quas cœteri nõ habent ex dispositione dictæ pragmaticæ; habet enim exequutionem paratam obstante quacumque exceptione, siue falsitatis, siue nullitatis, præter exceptionem solutionis, quæ in promptu demonstrari debet mediantibus publicis documẽtis, vt ibi (nisi exceptio ipsa nullitatis similiter in promptu demonstraretur.) secundum Carau. in ritu 166. nu. 59. Nec exceptio cõpensationis impediet exequutionem, nisi per confessionem creditoris, Cauens. in ritu 163. nu. 55. Imò via exequutiua agi potest contra tertiũ possessorem dictorum bonorum censualium, & talis possessor tenetur recognoscere in dominum ipsum emptorem, & creditorem, Guid. Pap. decis. 41. & 42. & an facta tali recognitione possit primus debitor venditor conueniri pro censu, Couar. in lib. 3. var. resol. cap. 9. vers. hic etiam deducitur; In tantum quod si petij in iudicio rescissionem talis contractus; quòd non obstante tali litis pendentia potero virtute dicti contractus exequutionem paratam habere, per ea, quæ notant Doctor. in l. 1. §. condemnatum ff. de re iudic. & ita audiui obseruari in Magna Curia; sicut quis agendo ciuiliter iudicio assistentiæ, potetit post modũ criminaliter via ritus procedere, Marant. in suo Specul. disp. 6. per totum fol. 509. & sic vna via electa, altera non tollitur; sed an pendente tali rescissione currant census, vide Alexand. in l. qui Romæ §. seia in princip. ff. de verbor. obligat. & an interesse censuum non solutorum debeatur, maximè in notabili quantitate, vide Bologn. in l. 1. C. de sent. pro eo quod interest; census enim constitutus non potest excedere decimam partem sortis principalis, secundum Bullam, in eo, quòd excedit committitur vsura, verum ex alijs iudicari potest vsurarius, & illicitus contractus, & contra formam Bullæ prædictæ, debet tamen ad rationem prædictam contrahi, & cum pacto de retrouendendo quandocumque vt ibi; Quod pactum

quo-

nunquam præscribitur, etiam si per mille annos venditor non redemerit, secundum Couarru. in lib.3.variar.resolut.cap.9. num.9. licèt pactum de retrouendendo rem stabilem venditam possit præscribi spatio 30. vel 40. annorum, secundum Angel. in consil. 15. Iason in l. petens, vbi etiam Dec. C. de pactis, nisi aliter esset conuentum inter emptorem, & venditorem, vt maiori spacio temporis tolleretur, vt scilicet infra sex annos tantum valeat venditor redimere, & non aliter, quo transacto extinguitur ius redimendi, secundum Angel. in consil. 199. & dicit se dare casum in terminis in l. 2. & l. commissoriæ C. de pact. inter empt. & vendit. sequitur in l. si ita quis promiserit §. scia num. 10. ff. de verb. oblig. quod pactum an ad hæredes transeat, si ipsorum nulla facta est mentio, & an cedi possit, & quando iudicetur vsurarius concurrente etiam modicitate pretij, recurre ad Fab. de sanct. Sab. & Franc. de Zoann. in tract. de empt. & vend. fol.345. & si pro eo detur actio contra tertium possessorem, Alex.cons.10.vol.1. & Boer.dec.182.

40 Quod tempus redimendi quandocumque in isto contractu censuali coarctari non potest ad tempus, cum liberum esse debeat pactum, vndè transacto tempore limitato, adhuc venditor ius redimendi habet, secundum Couarru. in lib. 3. variar. resolut. cap.8. num. 7. & ex verbis Bullæ ibi (pro consimili pretio illa redimendi mediante,) & sic loquitur de pacto redimendi generaliter, & indefinitè, sine limitatione temporis, & sic cum simpliciter, & generaliter loquatur, ita simpliciter, & generaliter deber intelligi, l. de pretio ff. de public. vndè cum de dicto pacto nullum sit appositum tempus limitatum minimè per partes limitari potest, quia Papa concessit ad rationem decem pro centenario cum illo pacto indefinito de redimendo, & sic à verbis legis non est recedendum, l.non aliter ff. de leg.3. sequitur Anton. de Nigr. in Capit. Regni incip. pro publici boni num.36.versic.quæro pone; sic etiam si limitatur pactum, quòd non liceret redimere censum, nisi vsque ad decem annos, & non ante, cum adhuc poterit venditor redimere infra dictum tempus, ex quo pactum est vsurarium, Veronens. in tractatu de simul. contract. tract.1. præsumpt.10. & Guid.Pap. decisio.516. num.3. Similiter quando emptio census esset facta ad modicum tempus, puta per duos, tres, vel quatuor annos, quia tunc præsumitur vsurarius, & illud, quod percipitur vltra sortè dicitur vsura, per ea quæ not. Bart. in l. cum stipulatus sim, ff. de verb.oblig. & Castr. in consil. 289.volum. 1. ita de Nigr. in d. cap. & talis facultas redimendi coarctari minimè potest ad tempus, Guid. Pap. decis.616. Panorm. in cap. ad nostram in 3. casu de empt. & vendit. Cagnol. in l.2. C. de pact. inter empt. & vendit. in 4.colum. & Foller. in sua praxi censual.fol.166.num.9. sicut non valet pactum, quòd hoc ius redimendi non possit vendi, seu alteri cedi, cum ex dispositione huius Pragmaticæ, & Bullæ compellatur emptor ad faciendum dictum pactum, cum pactum de non alienando id quod proprium est non valeat, l. nemo, & ibi Bart. ff. de pact. & liberum debet esse hoc ex parte venditoris, sed si esset conuentum, quòd in casu, in quem venditor alteri hanc facultatem redimendi vendere vellet, vel cedere, quòd sibi potius, quàm alteri, tunc bene valeret, vt potius sibi, quàm illi, secundum Imol. in l. qui Romæ §. cohæredes ff. de verb. obligat. sequitur Foller. in d. sua praxi num. 64. fol. 186. & sicut non valet præcedens pactum, ita etiam non tenet pactum, quòd non possit venditor rem, super qua census constitutus est alteri vendere, Sotus lib.6. q.5.art.6. de Iust. & Iur. Benè tamen subsisteret, si tantũ esset dictũ, quòd non possit vendere absque consensu emptoris, dummodò pro consensu præstando nihil percipiatur, aliàs iniquum esset pactum, & ad nihilum venditor teneretur, si absque consensu venderet, secundum Sotum in loco citato, sit etiam iniustitia ratione pacti adiecti, scilicet quòd tempore redemptionis teneatur venditor soluere in pecunia aurea, quia nimis venit arctandus tunc venditor, cum liber debeat esse iste contractus, sicut etiam minimè tenet, quando venditor tempore redemptionis teneretur soluere omnes census præteritos, & redimere etiam alios contractus cẽsuales per prius factos, eum contra formam Bullæ esse dicatur, verum si esset dictum, quòd venditor tunc temporis totum pretium soluere teneatur coniunctim, & non diuisim benè subsisteret, l. Iulianus §. offerri ff. de act. empt. ita Sotus in loco cit. in lib. 6. de iustit. & iure quæst. 5. art.3. sicut valet, & tenet pactum, quòd venditor teneatur denunciare per mensem antequàm redimat; vel pœnes nummularium teneatur pecuniam deponere, quod tamen de æquitate Iudicis arbitrio remittitur, per l. promissor. ff. de const. pecun.

41 Dubitatum fuit de pacto inito, quòd non soluens venditor in duabus pagis, res submissa cadat in commissum, & iniquum declararunt, nè fortè res magni valoris pro paruo censu in totum cadat, licet pro rata census sic, secundum Nauarr. in cap. 23. num.64. glos. in authent. qui rem C. de sacr. sanct. eccles. Afflict. decisio. 80. vbi etiam Vrsill. sicut iniustum redditur pactum in contractu isto censuali appositũ, quòd non solutis duabus, vel tribus pagis rescindatur contractus, tàm pro sorte principali, quàm pro cẽsibus, cum sit contra formam Bullæ, dum liber, & perpetuus esse debeat, & ideò tempore non debet coarctari, Nauarr. in cap.17.nu.159. Diuus Anton. in 2. parte suæ summæ titul.1. cap.7. num. 308. licet in iudicio male seruatur, dum quotidiè rescindantur contractus censuales ratione pacti prædicti, & hoc ratione consuetudinis, & stilus Curiæ, licet contra ius; excusantur tamen emptores, ac Notarij à pœnis, cum consuetudo etiam praua excuset à pœna, secundum Iaso. in l. de quibus ff. de leg. Hyppo. in l. 1. ff. de sicar. cùm de consuetudine hi contractus multũ frequententur cum pacto prædicto, & dicit Bal. in l. vnica colum.9. in princi. C. de his, quæ pœnæ nomine, si in Regione aliqua aliquis contractus multum frequentatur inter bonos, & apud mercatores, talis contractus censetur permissus, & nõ fœneratitius, & Veronens. in l. quis sit fugitiuus §

apud labeonem ff.de ædil.edict.] vbi faciens actũ,
qui communiter extimatur licitus, licet in veri-
tate sapiat vsurariam prauitatem, non dicitur v-
surarius,& Ant.de Nigr.in cit.Cap.Regn.pro pu
blic.boni num. 17.versi. confirmatur dicta con-
clusio,& idem in Cap.Incip. Nouiter nu.20. Te-
nentur tamen rescindere ista pacta emptores leg.
pecuniæ,& l.placuit ff.de vsur. cum per ista pacta
non annullentur contractus, sed pacta tantum,
secundum Couarr.in lib.3. var.resol.cap.8. sicut
etiam iniustum redditur pactum in tempore ra-
tione anticipatæ solutionis, cum in fine anni ve-
niat soluendus census, & actum extitit,vt solutio
census fiat tempore stipulationis, vel est conuen-
tum, vt singulis mensibus,vel tertiatim fieret so-
lutio census,dum in fine anni deberetur,secundũ
Docto.in l.diem functo ff.de officio assess.quia
plus soluit,qui ante tempus soluit §.plus inst.de
act.ita Couarr.in lib.primo variar.resolut.cap.15
Licet admictatur purgatio non obstante iuramẽ-
to,& pœna,quando præsentatur instrumentum
secundum formam ritus,etiam si inesset pactum,
quod non facta solutione terriarum posset rescin
di contractus, & peti sors principalis vna cum
censibus,vt voluit Loffr.ed. in consi.41. quem se-
quitur Vrsill.in dec.174. num 3. sed an procedat
quando cum iuramento est renunciatum moræ
purgationi,vide Carau.in ritu 173.num 5.verum
tamen est,quòd pactum subsisteret in solutione
census tertiatim,quandò fieret diminutio in pre-
tio,quia Bulla mandat ad decem pro centenario,
& ego emo ad rationem nouem,vel octo,& sic di
minuo in pecunia,quod augeo in tempore,secun
dum Couarr.in loco citat.aliàs emptor teneretur
restituere illud plus, & facere excomputum in
ducato; Sicut fit iniustum pactum quandò con-
uentum est,quòd venditor census teneatur solue-
re mercedem Notario pro instrumento reassu-
mendo.cum onus prædictum esset emptoris leg.
debet ff.de ædil.edict. quod verum intellige,quã-
do venderetur census ad rationem decem pro
centenario,sed si pro minori, vt octo,vel nouem,
tunc subsisteret ratione prædicta,Pro pacto tamẽ
de retrouendendo tenetur venditor cum in sui
fauorem sit initum : Idem quando aliquid de-
beretur pro assensu impetrando, vt si cum Vni-
uersitate forsan esset huiusmodi contractus fa-
ctus, Foller.in sua Praxi Cens.in ver.nihil nu.28.
Sicut etiam redditur vsurarium pactum, quando
census fuit venditus ad rationem decem pro cen-
tenario,franchus tamen ab omnibus gabellis, &
collectis,quia vltra decem habet, Siluest.in sum-
ma in ver.vsura column.6. in fine cum sequent.
vers.nono, Anto. de Nigr.in cit.cap. boni public.
num.29.vers.additio noua,Couarr.in lib.1.varia.
resolut.cap.15.

Sed si ad rationem octo pro centenario, & ni-
hil dictum de solutione collectæ, & alterius one-
ris ibi existẽtis,tunc emptori hoc competit onus,
per ea,quæ not.Ias.in rub. ff.de acquiren.hæredit.
& ita audiui fuisse decisum in Regia Camera
Summaria; Hinc nota,quòd si venditur fundus,
vel annuus census super certis bonis franchus ab
omnibus impositionibus,& collectis,& non dici-
tur præsentibus,& futuris, quod intelligitur de
præsentibus tantum, quia vbicumque dispositio
contrahentium habet in se verba præsentis tem-
poris, tunc non attenditur futurus status rei, sed
præsens l.si à colono ff.de verbor. obligation.fa-
cit l.in lege versi.labeo ff.de contrah.emptio. & l.
rutilia polla ff.eodem, & clemen. fin.de rescrip.in
sexto Alexand.in consi.25.volum.7.quod verum
intellige,quandò tempore contractus aderat col-
lecta,& sic poterat cadere dispositio contrahen-
tium,sed si nulla aderat tunc temporis adhoc, vt
verba contrahentium aliquid operentur oportet,
quòd intelligatur de futura collecta,per doctrin.
Bal.in rub.C.de contrah.emption. & facit d.l.si à
colono,& glos.in d.clem.fin.& Iason in l.si mihi,
& tibi §.in lege num.21. ff.de legat.1. & l. qui fi-
liabus ff.eodem;& an census venditus franchus à
muneribus intelligatur ordinarijs, vel extraordi-
narijs, & quæ dicantur ordinaria, & extraordi-
naria, vide Barto.in leg. hi qui ff. de iure immu-
nit.

Venditio census si est facta super domo soluen-
42 di anno quolibet in festo Omnium Sanctorum
cum gratia redemptiua quandocumque, si ven-
ditor vult redimere per tres menses ante festum
Omnium Sanctorum non tenetur soluere inte-
grum censum, sed deducta rata trium mensium,
secundum Guid.Pap. in decisio. 271. Quid in
venditione rei stabilis cum dicto pacto redimen-
di,si offert venditor redimere tempore, quo fru-
ctus sunt pendentes, si eo tempore teneatur em-
ptor retrouendere,& quid agendum tunc de fru-
ctibus pendentibus, ego habui de facto hunc ca-
sum in Ciuitate Cauæ, dum esset facta venditio
cuiusdam castaneti cum dicto pacto redemptiuo
& tempore quo pendebant fructus,& forsan in
quantitate venditor petebat sibi fieri retrouendi-
tionem,& dubitabatur de fructibus,quia de pre-
tio iam erat factum depositum,& iam dum cum
reuolutione chartarum essem in limine expedi-
tionis partes deuenerunt ad concordiam, ideò
non fuit decisum,ad quæ vide Barto.& alios in
l.qui Romæ,vbi etiam Socc.ff.de verb. obligat.&
Franc.Zanneit.in repet.l.2.C.de pact.inter empt.
& vendit.& vide latius per Vinc.Caroc.in tracta.
depos.2.p.q.6.fol.99.

Et valet venditio huius annui census facta su-
per domo,vel alia re stabili reddititia ducatorum
43 quinque tantum,dummodò valor eius ascendat
ad summam ducatorum centum,pro quibus fuit
venditus super ea annuus prædictus census an-
nuorum ducatorum nouem, alias si tanti pretij
res non esset, nec tanti redditus vtique claudica-
ret contractus,ita Couarru.in lib.3. variar. resol.
cap.7. vers. hinc etiam deducitur circa finem;
Vndè si est assignatus annuus census super certa
re,sed non promisit venditor euictionem,nec tã-
tum valere dictam rem, an diminuto reddito di-
ctæ rei,taliter quòd non percipiantur de dicta
re anno quolibet tot,quot fuerunt assignati, si de
suo teneatur venditor supplere, quòd sic,per tex.
in l.luci.ff. de alim.legat. & Guid.Pap.decis.8. &
legato tali annuo censu,vel donato censeatur do-
natum, vel legatum directum dominium, & sic
proprietas, dic quòd non per l.final. §.fin. ff.de
contrah.empt.& facit text.l. summa cum ratione
§.emptor

§.emptor ff.de pecul. vbi seruo concesso, qui est
principalis, non censetur peculium concessum,
quod se habet vt accessorium, multo ergo minus
vbi concessum esset peculium, non censetur con-
cessus seruus, item census, & dominium directum
se habent, vt diuersa separata, ergo vno concesso
non censetur concessum alterum, cum de vno
ad aliud non fiat illatio l.si ante ff.de except. Gui.
Pap.dec.264. Sed si contingerit fieri affrancha-
tionem per venditorem ad beneficium cuius ca-
dit pecunia affraochata donatarij, vel cedentis,
vide Caualc.in tract. de vsufruct. à marito vxori
relicto fol.119.num.70.circa medium. Et si ven-
ditur res cum prædicto pacto redemptiuo, cum
onere tamen soluendi anno quolibet annuos du-
catos tot Gaio, si postmodom res reuertitur ad
venditorem, an teneator ipse præstare dictum
annuum censum dicto Gaio, vide Castr.in l.ado-
ptiuum §.1.ff.de in ius vocan.

Debet enim iste contractus censualis constitui
44 super certis bonis, qoibus peremptis perimitur
census, puta si super gabella, quæ ab hostibus, vel
alijs causis fortuitis fuerit occupata, vel deuasta-
ta, taliter quod nihil de fructibus percipitur, ita
de Nigris in d.cap.Pro Boni publici. num.2.ver-
sic.oec obstat; si tamen obligata est persona ven-
dentis in defectum, vel alia sunt bona obligata,
tūc peremptis bonis certis, super quibus assigna-
tus est census, debetur de aliorum bonorum fru-
ctibus, vel personæ, cum principaliter obligata
sit persona, in consequentiam res, Barto.in l.fun-
dus quem ff.de ann. legat. cum non sit de essen-
tia dicti contractus, vt constituatur super certis
bonis, Couarr.in lib.3.variar.resolut.cap.7.versic.
quod idem dicimus; Aduerte tamen prædicta
non procedere, quando talis emptor nollet in se
periculum suscipere, cum in defectum certorum,
& incertorum bonorum velit alios fideiussores
oblatos, vt in omni casu sit ei salua sors principa-
lis, & annuua census, & vsurarius præsumitur, ex
quo poterit esse, quòd veoditor ad inopiam de-
ueniat, & periculum spectaret ad emptorem, &
per tale pactum semper esset in tuto, & alicui nō
subesset periculo, & istæ clausulæ sic insolitæ ar-
guent contractum simulatum, ita de Nigr.in cit.
Cap.num.28. vbi cæteros concordantes allegat;
Hinc nota, quòd primus creditor habens specia-
lem hypotecam in quibusdam, & in alijs gene-
ralem, prout faciunt hi, qui emunt annuos census
super certo corpore, & in defectum generaliter
super omnibus alijs bonis venditoris si ad debitū
sufficiunt bona specialiter obligata contra secū-
dum creditorem habentem in alijs specialem
hypotecam non agit l.a.C.de pignor. Negus.in
tracta.de pignor.in 5.part. 3.membr.num.51. &
in 6.parte 1.membr.nu.31. & io 8. parte 1.mem-
br.num.20. & ille text.habet locum quandò suf-
ficiunt bona georaliter, vel specialiter obligata
primo creditori, aliàs autem ex vi generalis præ-
fertur primus; seo habens priorem generalem
tantum præfertur secundo habenti specialem l.si
generaliter C.qui pot.in pigno.habean.& glos.in
d.l.2. Nec ille text.l.2.habet locum contra dotem,
Socc.in consi.76.volum.4.in fine; vndè ad tollen-
das has difficultates, adhibe cautelam.de Franchis
in decisio.5. scilicet, ita quod specialitas genera-
litati non deroget, nec è contra, tunc electio est
creditoris primi, & non procedit dispositio d.l.2.
vel fiat specialiter super certis, & super omnibus
alijs bonis, quia dictio, &, coniungit, & copulat
æquè principaliter, quando ponitur inter res, se-
cundum Barto.& Iaso. in l. titiæ textores §.1.nu.
3.ff.de lega.1.vndè semper consului in contracti-
bus apponere has cautelas, & clausulas, & alias
euitandi causa has difficultates; In tantum quod
si esset constitutus annuus census super omnibus
bonis per venditorem, qui tamen nihil posside-
ret, quod contractus claudicat, cum non sit mate-
ria, super qua constituatur census, & idem si esset
constitutus super rebus allodialibus, quæ tamen
essent feudalia, Nauar.cap.17.num.229.

Et si constitutus esset annuus census annuorū
ducatorum decem super fructibus certi fundi, si
fructus tot non nascantur, quot sufficiant pro so-
lutione dictorum ducatorum decem, quòd aliun
dè tenetur soluere, argum. text. in l.quidam ff.de
legat.1.quia locus gratia demōstrationis, non au-
tem taxationis censetur adiectus, secundum Bar.
in l.lucius ff.de alim.legatis, & Dec.in consi.188.
& hoc quando in defectum alia sunt bona obli-
gata; vndè si testator alicui pro alimentis legaue-
rit annua decem, illaque solui mandauit ex certo
fundo, tenetur hæres ad solutionem iotegri lega-
ti, licet minus ex fundo percipiatur; Sed si testa-
tor velit ne hæres grauetur vltra redditus fundi,
remedium est, quod locus, & modus soluendi re-
licta que ipsa eadem oratione complectantur, vt
si dicat testator lego Titio annua decem ex fru-
ctibus fundi Seiani, nam oratio vna complectens
etiam locum, & modum solutionis faciendæ fa-
cit ea videri gratia taxationis apponi, & quate-
nus sit in fructu legatum deberi, Paul. de Castr.
in cons.51.Rota in decisio.869.in antiquis, quam
nota, quia habui de facto, Dec.in cons.314.Ioan-
nes Dilect.in tract.de arte test.in titu.de leg.caut.
59.& de Nigris in cit.cap.num.33. Quid si alia
non sunt bona, vndè integer census solui possit,
an saltim de fructibus sequentis anni suppleri de-
beat, vide Barto, & alios in l.inter stipul. §.sacram
ff.de verbor.obligat. & facit l.legatum §.vini Fa-
lerni ff.de ann.leg. Foller.in sua praxi centual.fol.
143.num.70.

Peccat etiam contractus censualis ratione rei,
45 vt si venditus sit census annuus super re illicita,
nempè super gabella Vniuersitatis, quæ imponi
non potest sine assensu Principis l. vectigalia C.
noua vectigalia imponi non posse, Capyc.decisi.
148. verum tamen est si bonæfidei fuerit emptor
gaudebit fructibus, secus si malæfidei, Medina de
censib.§.1.

Quando autem illicitus iudicari possit contra-
46 ctus ex conuentione habita inter emptorem, &
venditorem, vt pro decem debitis quolibet anno
ratione census solueret venditor anno quolibet
modios decem frumenti nulla facta de decem
mentione, sed quod teneretur pro dictis ducatis
centum soluere anno quolibet dictos modios de-
cem frumenti, Medina in tit.de censib.redim.re-

fert

fert quod si frumentum valet decem carolenis pro modio, quod tenet contractus, si pluris minimè, & hoc quando ita semper solet valere, sed quando à communiter accidentibus, dico raro pluris valere solet, tunc bene tenet, etiam si euenisset, quod valeret duodecim, vel tresdecim, sequitur Cur. Iun. in l. de fideicommisso, C. de transact.

Conclusionem tamen supra firmatam circa
47 contractum censualem ad rationem decem pro centenario, limita non procedere quandò esset contractus mutui, puta quia euidenter, & clarè apparet de contractu mutui, vel per alias coniecturas, de quibus per Doct. in cap. ad nostram de emptio. & vendit. & in cap. illo vos de pignor. Afflict. in decisio. 65. quia plus valet quod agitur quàm quod simulatè concipitur, & veritas præfertur scripturæ l. 1. C. plus valere quod agitur, nam tali casu si esset contractus mutui, non esset licitum aliquid recipere vltra sortem, & tunc illicitus esset contractus, & vsurarius, de Nigris in cit. Cap. Pro publici boni num. 24.

Limita etiam non procedere, quando contractus annui census etiam sola intentione emptoris esset vsurarius, puta quia eius intentio erat mutuare pecuniam, non autem emere censum, quia in foro conscientiæ esset reprobatus, & vsurarius, cum vsura sola intentione committatur quoad conscientiam, secundum Ioann. And. in cap. consuluit extra de vsur. & de Nigr. in cit. cap. num. 23 vbi alias adducit limitationes, quas videre poteris. Et semel dubitatum fuit an illicita sit promissio, si mutuo tibi decem, quæ promictis mihi reddere in festo Omnium Sanctorum, & si non reddideris promictis quindecim, & ex nunc confiteris prout ex tunc tantum interesse mea, & pro interesse meo nomine conuenti facis istam promissionem, & dicimus non valere, quia in fraudē fieri videtur, nisi probaretur tale interesse effectiuè per alias coniecturas, ita Bald. in d. l. rogasti §. si tibi versi. extra nota ff. si certum petat. sequitur Alex. in cons. 61. 6. vol. num. 8. vide Dec. in consi. 301. volum. 1. & sic quicquid in pactum deducitur vsura est; In tantum quod si mutuarem tibi decem cum pacto, quod alia vice tu tenearis mutuare mihi decem, vsura commictitur, vt not. per glos. in cap. 1. 14. quæst. 3. Abb. in cap. consuluit in fine de vsur. sequitur Decius in d. §. si tibi vltim. column. vers. sed à principio; licet in dubio contractus vsuratius non præsumatur, quia in sui essentia præsumitur contractus qualis in prima figura repetitur, tamen non procedit in eo, qui sit solitus fœnerari, quia in illo contractus dubius vsurarius præsumitur, ita Dec. in cit. §. num. 6. vbi subdit, quod licet crimen vsurarium sit prohibitum, non tamen vsurarius punitur aliqua pœna criminali, facit hodiè Const. Regni vsurariorum; Sicut videmus, quod locatores apothecarum locant conductori apothecas pro certa mercede, & adhuc mutuant conductoribus certam pecuniæ quantitatem, quam promictunt conductores restituere locatoribus, eo tempore, quo finitur locatio, & ex causa mutui augent pensiones apothecarum, quod si ratione mutui aliquid vltra quam deberet in pensione daret locatori, cōtractus erit vsurarius, Ioannes Lupus in repe. cap. per vestras §. 12. ver. limita tamen in fi. fol. 186. de dona. inter vir. & vxor.

Et aduerte in hac materia censuali, quod e-
48 mens censum franchum ab Vniuersitate, vel alio quod nō intelligitur franchus ab ordinarijs functionibus fiscalibus, per ea quæ notat Bal. in l. fistulas §. fin. ff. de contrah. emptio. & de Nigris in cap. Regni incip. porrecta num. 110. & quando conceditur alicui immunitas ab oneribus, an intelligatur de ordinarijs, vel extraordinarijs, & quæ dicantur ordinaria, & extraordinaria recurre ad Barto. in l. hi qui ff. de iure immunit. Nec prohibetur talis venditor bona, super quibus constitutus est census alteri vendere, etiam asserendo bona esse francha irrequisito emptore, Iason in l. secunda, C. de iure emphyteor. Capy. decisio. 196. est verum, quod ob dictam falsam assertionem, quam facit venditor dum alteri anteriori creditori obligata reperiuntur rescinduntur contractus censuales pro sorte principali, & censibus, l. qui dolo C. de rescindenda venditio. quia aliàs non contraxisset l. eleganter ff. de dolo, imò punitur crimine stellionatus, si alia non adsunt bona venditoris, super quibus non possit talis creditor sibi satisfieri, secundum glos. in leg. tertia ff. de crimine stellionat. Et nota quod talis emptor donans, vel legans censum sibi debitum super bonis Titij, non censetur legasse proprietatem, vt supra dictum est, in tantum quod resoluto iure datoris, resoluitur ius acceptoris per affrāchationem, & reemptionem l. lex vectigal. ff. de pignor. sed legans, vel donans sortem principalem sibi debitam à tali, an videatur legasse, seù donasse vsuras, quæ decurrerunt viuo testatore, & etiam exactas, vide Castr. in leg. si tibi homo §. cum seruus ff. de legat. primo, & de Franch. decis. 254.

An emens magnos redditus ad vitam, vel dans
49 pecuniam, vt alatur sua vita durante sit vsurarius contractus, vel emens fructus alicuius fundi à monasterio ad vitam suam pro ducatis mille, & superuixit tanto tempore, quod fructus ascendunt ad duomille, Iason in leg. cunctos populos in prima lectura num. 63. C. de sacrusanct. Eccles., & leg. si pater puellæ nume. septimo, C. de inoffic. testament. refert negatiuè, sed contractus ad gaudimentum aliàs vulgo *ad goacre* valeant, vt si do tibi centum, & tu das mihi fundum ad gaudendum ad inuicem, & dicimus valere, & si fructus fundi non excedant solitum modum vsurarum, seu interesse pecuniæ datæ, non est vsura, ex quo potest esse, & abesse circa redditum fructuum, nisi à communiter accidentibus semper plus reddere soleat, & sic plus sit in fructu, quàm sit interesse pecuniæ leg. si ea lege cum gloss. C. de vsur. & Abba. in cap. conquæstus de vsuris, alij idem fatentur, dummodo subdūt concurrant ea, quæ concurrunt in contractu censuali, scilicet quod fructus non excedant summam decem pro centenario, vt si ad quinque, vel octo per centum fructus correspondèrent; vtique liceret, quem ego intelligerem modò quo supra

sci-

scilicet quando à communiter accidentibus fructus excedunt decimam partem, & sic decem pro centenario, aliàs secus, firmat ibidem esse prohibitum contractum, quoties accipit super cimba alicuius tot, & promittit singulis annis ei correspondere tot, quot respondet illa cimba ei, qui pecuniam super ea dedit ad lucrum, licet contractus censuales ad vitam fieri possint, & ad quindecim, & plus per centum ratione incertitudinis vitæ, secundum Iason. & alios in dict. leg. si pater, & ita communiter hodiè celebrantur, tamen si deceptio erit vltra dimidiam daretur læsio, & remedium l. secunde, C. de renscindenda venditio. & hoc expectato exitu vitæ recipientis, hodie non excedit summam, duc. 14. pro centenario ex pragm. Regn.

De essentia tamen huius contractus censualis
50 est, vt fiat præsenti pecunia quando contrahitur, vt in Pragmatic. Nouell. Incipient. Philippus Dei gratia fol. 435. ne dicatur contractus *ad partito*, aliàs vsurarius iudicaretur contractus, & tamquam vsurarius puniretur emptor, & Notarius, qui stipulatur impunè non transibit celebrās contractum illicitum, secundum Bald. in rubric. num. quinto, C. de const. pecun. Quam Pragmaticam non habere locum dicimus, quandò delictum non est consumatum, quia scilicet emptor nondum census exegerit, vide gloss. in c. quamuis de vsuris in sexto.

Quid si quis mutuauerit pecuniam Petro, demum is non habens pecuniam præ manibus, pro eadem pecunia vendidit, & in solutum dedit annuum censum super eius bonis, & valere contractum dicimus, Stephanus Bertrand. in consil. 91. ex propositis num. septimo, libr. tertio, Andr. Tiraquell. in tractat. de vtroque retract. in fine, nume. 135. refert, & sequitur Foller. in sua praxi cens. num. 95. fol. 146. qualiter enim procedatur in hoc crimine vsurarum, vide de Nigr. in cita. cap. Pro publici Boni, & in cap. Nouiter, & Folle. in sua praxi crimina. fol. 132. fragment. par. de vsur. sat est tractasse ad intelligentiam propositæ quæstionis licet extra materiam videantur, non tamē
P inutilia. (P)

Habemus etiam in iure nostro alium saluum
51 conductum, qui delinquenti conceditur, qua securitate pendente nihil est innouandum, dummodò perdente tempore securitatis nullum delictum commiserit, quia intelligitur, rebus in eodem statu permanentibus leg. cum quis in princip. ff. de solut. quia pendente securitate Rempublicam offendit leg. si quis ingenuam. §. in ciuilibus ff. de capt. Bartol. in leg. relegati ff. de pœnis, & sic impunè potest assecuratus offendi Roman. in consil. 459. quia eo abutitur cap. priuilegium vndecima, quæstio. quarta. Vitalis in tracta. clausul. in versicul. nihil nouari securitate pendente num. nono, & de Franchis decisio. 258. Et hoc quando delicta sunt grauia, secus si sunt leuia, secundum eum si à Principe conceditur quoad tempus, & in perpetuum concedi potest dict. leg. relegati & ibi Barto. & Bald. in leg. reos de accus. Afflict. in decisio. quarta, & Carauit. in Ritu 287. num. quarto, & Vitalis in citat. locu: Ab inferiore vero dari potest, & seruandus est, quando ex iusta causa conceditur, & cum causæ cognitione, dummodò temporaliter detur, non aūt perpetuò dict. leg. relegati, alias enim sine causæ cognitione concessus seruandus non est, & impunè potest innouari dict. leg. relegati, & Vitalis in citat. loco, & Bartol. in leg. is qui reus vltim. column. ff. de publ. iud. Affl. in d. dec. 4. & ibi Vrsi. de Aduocato Fiscali; Sicut non potest Iudex indultare complicem in delicto, si alios manifestauerit, cum ad solum Principem pertineat leg. prima, C. de comment. libr. duodecimo, de Nigris in Cap. Regni Incipien. Multorum; In tantum quod si pendente securitate capiatur, in pristinam libertatem reponi debet, secundum Parid. de Put. in tract. sindic. in ver. saluus conductus, ita tamen & taliter relaxari debet, quod difficilis sit eius persequutio, secundum Barto. in leg. prima, §. primo de acquirend. rerum domin. & qui possint etiam hunc saluum conductum concedere, Angel. in l. conuentionum, ff. de pact. & Vital. in citato loco num. 14.

Et si conceditur pro se, & quatuor hominibus secum euntibus, & ducit quinque, an in totum corruat, vel valeat pro contentis in saluo conductu, Barto. in leg. principalibus ff. si certum petat. in simili ponit de extrahente res illicitas cum illicitis, & sic vltra vsum suum, dum pro eo tantum haberet licentiam extrahendi, Vital. in citat. loco num. decimo quinto circa med. dicit quod illi, qui sunt vltra numerum debent capi; & qui erit iste, qui vel supernumerarius capi, & puniri potest, & dicerem, qui vltimo loco aggregatus est, per ea, quæ notat Abba. in cap. dilectus filius de præbend. & sic nota, quod si bannito talis data est securitas secum ducendi socios armatos simpliciter, intelligitur, dummodò non sint hostes, & delinquentes, nisi expressè caueatur, secundum Bartol. in leg. prima, ff. ad l. Iul. Maiestat. & Vital. citato loco; Et si conceditur talis saluus conductus alicui pro se, & socijs, illi dicuntur socij, qui determinato proposito, vt socij à principio socialiter venerunt cum ipso habente securitatem, secundum Angel. in l. prima, ff. ad l. Iul. maiest.

Et si bannitus post petitam gratiam nouum committit delictum, tunc gaudet pro primo; venit tamen puniendus pro delicto postmodum commisso, & si duos quis nominauerit in præsentatione capitis banniti, primo nominatus gaudere debet, iuxta leg. generaliter §. quid ergo, ff. de fideicommiss. liber. & de Franchis decisio. 433.

In Vrbe autem quando per Papam concedi-
52 tur moratoria alicui grauato onere debitorum solent addi hæc verba, data idonea cautione, iuxta dispositionem dict. leg. vniuersa C. de prec. imper. offerend. canonizata in cap. vniuersa vigesima quinta, quæstion. 2. & aliquando additur etiam ista clausula, & ad electionem creditorum, an velint ex tunc bona immobilia pro satisdatione acceptare, & in electione creditorum remittitur, an velint acceptare cautionem idoneam, cuius nomine intelliguntur fideiussores, vel pi-

gnora

gnora leg. mandato Titij §. fina. ff. mand., vel acceptare hypothecam immobilium, de qua ideo specialiter exprimitur, quia sub illis verbis generalibus, videlicet data idonea cautione non includitur, nam dum dicitur idonea cautio non sufficit hypotheca Oldrad. in consil. 68. & licet sit minus dare hypothecam, quàm pignora, vel fideiussores, secundum Oldrad, in citat. loco, tamen istud ponitur in electione creditorum, & satis est, quod illis ad eorum voluntatem qualitercumque satisfiat; Et si idoneam cautionem dare non potest, nec immobilia habeat, tunc dabit quam potest, videlicet iuratoriam, Staphileus de liter. gratiæ, & iustitiæ fol. 170, versic, quando conceditur,

Et hæc quandò moratoriæ conceduntur in Vrbe; in partibus autem non dantur moratoria laicis extra Terras Ecclesiæ, nec dantur clericis in odium laicorum, secundum Staphil. in citato loco; Nec contra exequutoriales datur moratoria, quia in exequutorialibus apponuntur certi dies ad parendum iudicato, & arctatur tempus quadrimestre, quod datur condemnatis iuxta leg. secund., C, de vsur. rei iudic. Staphil. in citat. loc.

Et alius datur casus secundum eum ibi, quod non detur hæc moratoria, scilicet pro fideiussoribus, quia fidores iret in infinitum, infinitas enim reprobatur à iure cap. secundo de rescriptis in sex.



D E

DE REMISSIONE Debitorum.

TITVLVS TERTIVS.



SVMMARIVM.

1 *Remittere an teneantur creditores renitentes, concurrentibus alijs maioribus in quantitate.*
Et an idem in haerede debitoris mortui nolente adire, nisi illa remissio fiat vers. secunda.
Et quando admittenda est in haerede ver. & aduerte.
Et an possit paciscí per filium futurum haeredem patris cum creditoribus paternis de operando effectum post mortem patris ver. & non solum.
Et an idem in extraneo haerede futuro ver. idem iuris.

2 *Filij liberando debitores viuis parentibus an obsit eis mortuis illis.*
Remissio facta per maiorem partem, ut operetur quomodo facienda sit ver. & ut valeat. Et quando diuisim facta tenet ibi. & Iudex quando est adeundus. & quid seruare debet ver. & ubi discordia, & vid. nu. 9 si disiunctim facta remittentibus nocet.

3 *Maior pars creditorum attenditur in numero personarum in commodo bursalis, secus quando agitur de fide adhibenda, tunc attenditur qualitas personarum.*
Factum à maiori parte quando praeiudicat minori vers. unde in pluribus, ut singulis. & quid in pluribus, ut vniuersis vers. in his vero cum n. 4.
Socius si solus habitauit totam domum communem an teneatur ad pensionem pro parte communi alterius ver. unde si plures.
Et si esset discordia inter fratres de habitando, & locando quis praeferatur ver. in tantum. Sic & in silua communi cedula quis praeferatur in altercatione si est incidenda, vel non, ver. sic etiam.
Et an idem sit respectu rei communis si vnus totam fecit colere, & seminare inuito consocio, an teneatur ad fructus pro parte dominica consocio ver. vnde Salyc.

4 *Officialis an possit confirmari finito tempore pro alio sequenti anno reluctante aliquo de regimine, & infra quantum tempus debet se abstinere ab illo, & alio officio, & quando est admittendus ver. quod notate.*
Filiorum numerus à quibus oneribus exemptionem praestat patri ver. unde licet.
Vocem suam in capitulo an quis inuitis alijs possit alteri extraneo dare ver. sic reddendo.
Maior pars quando potest praeiudicare minori in eo quod communiter est obtentum per priuilegium, vel per consuetudinem ver. sexto.

Et si extra collegium vellet ratificare id, in quo minor pars concurrit ver. adde aliam limit.
Et si vellet committere vices suas certo actu aliquibus de capitulo, an omnium consensus requiratur ver. vel quando.

5 *Et quando statuere quid de nouo quod in damnum singulorum sortiretur effectum vers. nota aliam vltimam & in fine num. 7.*
Maior pars an dicatur quoties committitur explicatio alicuius actus Vniuersitati. & alio solo si ille solus dicatur aequalis Vniuersitati ver. & illud.
Et ibi quando dicitur maior pars nominis collectiui.

6 *Vocem suam sibi dando an augeat numerum, ut faciat illam partem maiorem concurrentem.*
Maior pars an praeualeat in agendo quando sunt electi ab Vniuersitate plures ad aliquod agendum, ver. si. saepe solent.
Quod maior pars facit, procedit perfectionem, non per veritatem ver. unam regula.
Maior pars an possit eligere etiam extraneum qui non sit de Vniuersitate, ver. hinc nota.
Et si eligit indignum an valeat electio, vel deuoluatur ad superiorem potestas eligendi, vel iterum alium eligere possit, ver. in tantum.

7 *Electio si facta fuit de digno per minorem partem an praeualeat electioni de indigno facta per maiorem partem.*
Virtus nobilitat hominem ver. prout euenire solet.
Electus si dignior est an praeferendus, & quando dicitur dignior scientia & nobilitate ibid.
Iuris professor etiam licentiatus an gaudeat priuilegio Doctoris ver. quo priuilegio.
Creditores, qui habent assentire remissioni faciendae si seorsum agunt sine contradictione valet remissio ver. unde. & an absentes sint requirendi ibid.

8 *Remissio quando afficit absentes creditores, & quando absens sit citandus, & quomodo.*
Citandus an sit quis ubi de eius praeiudicio agitur secundario ver. & illo de cuius.

9 *Remissio non formiter facta afficit remittentes tantum, quando de parte debiti agitur, secus si totum debitum vellent remittere, tunc minorem partem non afficit, & num. 10. in fine.*

Et

Et si constaret quod inique talis remissio in partem fieret, an noceat ver. & aduerte.

10 *Remissio vt obseruetur, debita debent esse vera, & non simulata, quæ simulatio opponi potest per renitentes in remittendo.*

Creditor persuadendo heredi, vt hereditatem adeat promittens omnia facturum non potest se opponere in remissione facienda vers. verum.

11 *Remissio maioris partis an afficiat minorem hypothecam habentem.*

Et si omnes sunt hypothecarij.

Et si est priuilegiata an idem sit.

Et quando pactio priuilegio obsit.

Et si sunt creditores pignora habentes, ver & illud.

12 *Creditores minores condemnati ad remittendum an pro soluto debito agere possint contra fideiussores, & quando eis prodest.*

Et quando creditores hæredi pactionem seruare non tenentur.

13 *Remissio an procedat quando debitor obijt relictis bonis, ex quibus creditoribus potest satisfieri. Curator hæreditati quando, & quomodo dandus sit ibid.*

Appellari an possit à sententia maioris partis creditoris si minor iniquam illam ostendat, & an causam inferere teneatur ver. verum tamen.

14 *Maior pars an praualeat in omni casu quando est questio inter creditores, vel solum in tribus casibus notatis in dec. Affl. & in l. c. nu. 17.*

15 *Remittere debitum an possint procuratores, tam publici, quam priuati, tutores, curatores, alijq; subministratores, & quando.*

16 *Remissio à maiori parte fieri potest debitori aufugienti, & quando.*

Et si est presens, vel absens, sed de facili potest conueniri.

Interest debitoris ne eius bona cum infamia vendantur. in fine.

Creditor hypothecarius, in quo differat à creditore in actione personali, & in quibus præfertur illi, verso & in materia nu. 17.

18 *Creditor posterior an possit cogere anteriorem non repetito iusto emptore, vt bona accipiat in solutum.*

Renunciari an possit bene f. l. auth hoc nisi, & an in Ecclesia vers. eo magis.

Et si de stylo Notariorum apponi solet.

Offerendi ius quod datur ulteri an de melioribus, vel vilibus competat ver. & illud.

19 *Maior pars quomodo iudicanda sit per prætorem in remissione, & quando plures vnā tantum repræsentant personam, vt tutores plures.*

Tutores an possint remittere, & facere compromissum ibid.

20 *Creditor an possit repetere à debitore id, quod ei remisit, & quando.*

Et si deinde factus est soluendo, & si fuit iurata, vel decreto Iudicis confirmata ibid.

Decoctores sunt de malo genere, & eorum qualitas vers. Beneue. Stracch.

Decoctores quando fiunt, an infames dicantur, quando puniendi, & forsiudicari possunt.

Et quando gaudeant beneficio quinquennali, cessionis, & remissionis, & annali dilatione, & sunt faciles ad mentiendum num. 22. ver. & hi, & an torqueri, & quando possunt, ver & hi.

22 *Filiusfamil. mercator ad euitandum carceres si facit se emancipare, vel mortuo patre repudiat hereditatem qua adhuc tenetur creditoribus.*

Fraudulenti debitores omni beneficio priuantur ibidem.

Et arguitur fraus quando scientes non esse soluendo debita contrahunt, sciens habere creditores. ver. & in fraude

23 *Fraus an arguatur si res minori, vel viliori pretio vendunt.*

Et si possint reuocari per creditores. Et si ad restitutionem pretij tenentur.

Et si pecunia adhuc extat penes venditores.

Et si debitum in diem soluitur anticipatè vers. vel si in diem.

Et si habet priuilegiatos, & soluit alijs, vers. vel aliquibus.

Et si omnia bona, vel maiorem partem alienauit, vel donauerit, & si pluribus vicibus ver vel si.

24 *Fraus dicitur legitimè probata per coniecturas, & præsumptiones, & quæ dicantur, si per biduum antè decoctionem aliquid agant ibid.*

Filius quando tenetur ad debita materna, vt heres eius in legato illo repudiato, & si deinde ei successit vers. ad quod notari.

25 *Debitor quando potest repudiare legatum in præiudicium creditoris.*

Frater an possit admittere ad successionem paternam sororem, fraudandi causa creditores ver. & ego habui.

Debitor si postquam emit merces cum illis aufugit an dominus sit effectus, & creditor super illis præferatur anteriori, & quando dicitur dolo emisse, verso. ac similiter.



Dictum est iam de dilatione quinquennali consistente in iustitia, quæ à creditoribus conceditur; ac etiam de dilatione consistente in gratia, quādo à Principe datur, quæ omnes ad tempus conceduntur, & non auferunt iura creditorum, sed tantum differunt, remanet modò videre de ea pactione, quæ aufert iura creditorum non concurrentium, sic de remissione debitorum hoc est quando debitor decoxit, & aufugit mul-
1 torum creditorū numero grauatus, qui pro modo debiti, & numero personarum videntes illum non posse satisfacere, nec conueniri pacti sunt, vt minus soluat, & conuenire, vt certa parte debiti essent contenti, residuum verò acceptum ferentes, alij in minori numero existentes renitentes remittere ad exemplum aliorum concurrere teneantur Iudicis decreto, iuxta l. & suum hæredem §. hodiè cum ll. sequent. ff. de pact. vndè Afflict. in dec. 288. in hoc tres facti species proponit, quarū vnam iam superius explicauimus, scilicet de quinquennali dilatione; Secunda est, quando debitor decessit, & futurus hæres non vult hæreditatem adire, nisi vnusquisque creditorum partem sui crediti remittat, quo casu remittente maiori parte creditorum minor pars remittere tenetur dict. §. hodiè, & l. maiorem ff. eodem, ratio est, quia si dicta remissio partis debiti non fieret, hæres hæreditatem non adiret, & defunctus hæredem non haberet, nec creditores quem conuenirent haberent, quia si non esset minor pars præiudicaret maiori, & impediretur per minorem partē commodum maioris, nam melius est pauca diuidere, quàm in totum perdere, secundum glos. in d. leg. & suum §. hodie, & §. 1. ideò voluit lex, quòd stetur tali remissioni à maiori creditorum numero factæ, renitentibus in minori numero creditoribus.

bus. Et aduerte in hac remissione adhoc, vt procedat talis remissio, quòd fiat antequàm hæres adeat hæreditatem, alias minimè obesset minori creditorum numero remissio facta per maiorem partem, si post aditam hæreditatem talis fieret remissio, cum habeant tunc quem conueniant, se-
A cundum Bal. & Alex. in d. §. 1. (A)

Imò si hæres adijsset hæreditatem cum beneficio legis, & inuentarij, cum habeant quem conueniant, talis maiòris partis remissio, minori non obest, secundum Alexan. in d. §. 1. num. 8. Et non solum huiusmodi pactio cum filijs post patris mortem inita valet, sed etiam viuis parentibus, vt certa parte sint contenti creditores, aduersus quos post patrum mortem doli exceptio agentibus obest, secundum Paul. de Castr. Alex. & Iaso. in l. Iurisgentium §. fin. ff. de pact. Idem iuris esse dicunt in extraneo paciscente, qui alicuius hæreditatem sperat, nec impugnari potest, quod super hæreditate viuentis pactum sit, absque eius consensu, secundum Iaso. in l. fin. num. 7. C. de pact.

Si verò à filijs viuis parentibus debitoribus pa-
2 ternis liberatio facta sit, ipsis parentibus mortuis non afficiet, secundum Iaso. in l. filius paciscendo C. de pact. Et vt valeat talis partis debiti remissio in præiudicium minoris partis renitentium, oportet vt omnes remictentes in vnum conueniant, & cómuni consensu declarent quota parte debiti sint contenti, nec enim consensus seorsum & separatim præstitus à maiori creditorum parte minori obest; nam cum pactum alijs noceat, omnes in vnum conuenire debent d. §. hodie, & l. rescriptum ff. de pact. nam in his, quæ pertinent ad plures, vel ad singulos, & agitur de preiudicando non consentientibus, requiritur, quod simul ad id congregati sint, & tunc quod maior pars facit præiudicat minori, leg. fin. & ibi Bal. in princ. C. qui bonis cedere possunt; Sed vbi agitur de præiudicando ipsis consentientibus, tunc sufficit consensus separatim præstitus l. per fundum ff. de seru. rusticor. præd. & l. fin. ff. commun. prædio., & Bart. in l. omnes populi in 3. quest. secunda quæst. princ. ff. de iustit. & iure glos. & Doct. in cap. cum omnes de const. Et vbi discordia est inter partes, tunc requiritur decretum Iudicis, quod facit prævalere illam partem, cui adhæret; vndè si testator elegerit quatuor exequutores, quorum duo faciunt vnam electionem, & alij duo aliam, illa præualet, quę per ipsum comprobatur, secundum Bald. in l. fin. C. de leg. & l. cum, & magistratibus, C. quando prouocare non est necesse, & l. viduæ, C. de nupt. & in l. id quod pauperibus C. de Episcop. & Cleric. Et in ista concurrentia circa æqualitatem inter creditores sic remictentes Iudex debet considerare omnia, quæ disposita sunt in materia concurrentiæ respectú dilationis quinquen-
B nalis. (B)

Et aduertendum est, quòd in casu prædicto nu-
3 merus personarum præualet dignitati, existente tamen æqualitate creditorum, cum tractetur de commodo bursali, secus si de fide, vel probatione veritatis, tunc dignioribus staretur, secundum Bar. in l. si vnt in 3. q. ff. de re judi. & DD. in cit. §. hodie; Hinc est quod magis creditur duabus personis Nobilibus, seu in dignitate positis, quàm pluribus alijs rusticis, vel vilibus personis, secundum Bal. in l. testium pen. col. C. de test. nisi esset multò maior numerus arbitrio Iudicis l. ob carmen §. fina. ff. de test. ibi (quanta sit fides testibus adhibenda, tu magis scire potes) facit glo. in cap. iniu-
C ria de test. (C)

Vndè in his, quæ sunt communia pluribus, vt singulis, factum plurium sic maioris partis non præiudicat minori, fallit tamen fauore liberationis, vt in materia nostra, & in terminis legis fina. C. qui bonis ced. poss. de quibus loquuti fuimus in materia quinquennalis dilationis, vt leg. 1. §. si plures ff. depos.

Secundò fallit, quando quis vellet vti re communi ad vsum destinatum, tunc potest cęteris inuitis, secundum Bar. in l. quod maior ff. ad municipal. vndè si plures essent socij, qui haberent domum communem pro indiuiso, & vnus inhabitet domum totam alijs absentibus, quod non tenetur soluere pensioné alijs pro rata, ex quo vtitur domo ad vsum destinatum, Paul. de Castr. Bald. & alij in l. duo fratres ff. de acquir. hæred. & in l. 1. vbi etiam Ias. & cæteri C. qui testam. facere poss. per l. Sabinus ff. com. diuid. & Lud. Rom. in cons. 168. incip. circa primum, & ego habui in facto doctrinam illam Castr. & ita cósului, & obtinui, & casum illius l. duo fratres, habui in facto in Ciuitate Cauæ, & dum causa esset in limine expeditionis discutiendo merita causæ, ostendi illam legem Aduocato partis, quæ faciebat contra eum, visa lege acquieuit, & de coetero non institit pro causæ expeditione, & sic indecisa reman-
D sit, (D) cui adde cons. Bar. 103. in tantum quòd si esset discordia inter fratres, quia vnus eorum vellet inhabitare domum communem, alter verò vellet, quòd locaretur, præfertur ille, qui vult inhabitare, secundum Bald. in d. l. Sabinus, & plenius per Aret. & Doct. in d. l. duo fratres, secus si esset hospitium, vel domus communis, quæ consueuerat locari, & vnus vellet locare, alter non, quia præfertur volens locare, propter vsum destinatum, secundum Bald. & Angel. in d. l. duo fratres, & etiam de mente Bart. & Castr. in l. & hæc distinctio §. cum fundum ff. locat. sic etiam si haberent Siluam communem pro indiuiso, quæ sit cedua, quod socius inuito socio eam potest incidere, eo quia vtitur ad naturalem vsum destinatum l. arboribus §. maius ff. de vsufr. Bal. in consi. 27. 5. p. quod incipit quidam nerius, sequitur Ias. in l. serui electione §. 1. ff. de leg. 1. Vndè Salyc. in l. iubemus in 11. col. in princ. per glo. ibi C. de sacros. Eccl. dixit, quod si duo fratres, vel socij habent communem fundum, & vnus eorum vult, quod colatur, & seminetur, prout fieri debet, & est consuetum, alter verò rixosus, & captiosus nó vult, quod pars sua seminetur, certè si frater prudentior faciat totum fundum colere, & seminare nó tenebitur in aliquo correspondere de fructibus fratri, etiam pro parte dominica, tamen glos. ibi, quam sequitur Bar. tenet contrarium, nota tamé illud dictum Salyc.

In his verò, quæ sunt communia pluribus, vt vniuersis, & sic in his, quæ sunt Vniuersitatis, Collegij, vel Communitatis, quod maior pars facit præiudicat minori l. quod maior vbi Bart. & alij ff. ad

municipales, & l. nulli ff. quod quisque vniuersitatis nomine, quod intellige verum procedere dũmodò omnes sint vocati, & citati, & rectè congregati, alias maior non præiudicaret minori, Barto. in d. l. nulli, Barto. & Angel. in leg. hæredes mei §. pero ff. ad trebell. Secundò intellige prædictam conclusionem, quandò saltim duæ partes Vniuersitatis ex tribus debent esse congregatæ, & tunc, quod maior pars illarum duarum facit præiudicat minori, secundum Iaso. in d. §. hodiè.

Tertiò limita etiam non procedere in his, quæ continent delictum, tunc maior pars, etiam in actibus collegialibus non præiudicaret minori l. 1 §. 1. ff. de magistr. conuenien. & l. ciuitas vbi Ias. ff.
4 si cert. petatur, sic etiam si aliquid facit, quod nõ pertinet ad eius officium, vt d. §. 1. Intellige etiam quarto loco, quando agitur de cõfirmãdu Rectore in Ciuitate pro alio anno, nam licet in electione sufficiat maior pars, tamen in confirmatione requiritur, q omnes consentiant nemine discrepante, & ideò si vnus solus de Vniuersitate cõtradiceret, impediret confirmationem Rectoris, tex. est in §. nunc autem nulli in ver. nota ciuitas nullo reluctante, & ibi Aug. in auth. de defensor. Ciuit. & Bar. in d. l. quod maior, Ang. Paul. de Castr. & alij in d. §. hodiè, Ludo. Rom. in rub. de arbitr. 13. col. Quod notare in creatione Sindici, & aliorum de regimine, cum iure statutum sit non posse Sindicum ad idem officium admicti, nisi elapso quinquennio, vel aliud dissimile, vt officium Electatus, nisi elapso triennio l. 1. C. de muner. & in quo loco, de Franch. in dec. 210. tamen si confirmaretur infra illud tempus per maiorem partem Vniuersitatis, vtiq; non potest vno de Vniuersitate discrepante, & sic ille solus impediret confirmationem, ex quo nemo debet continuare honorẽ, vt l. 1. C. ad leg. iul. de ambitu, & l. nemo C. de assessor. Sic etiam intellige in officiali, qui non potest in eadam Ciuitate iurisdictionẽ administrare nisi elapso quinquennio, secus in alia ciuitate l. libertus §. præscriptum ff. ad municip. Quam conclusionem limita primo in defectum, quandò alij idonei non existunt ad illud officium exercendũ, tunc in defectum infra illud tempus admicteretur l. honor §. fin. ff. de muner. & hono. gl. in d. l. 1. & de Franch. in citat. decisio. Secundò quando omnes volunt de Vniuersitate nemine discrepante d. §. fin. col. 3. in auth. de defens. ciui. quia paruus honor est, Tertio ratione loci, quia paruus locus esset: Et aliam quartam dat limitationem glo. in l. diuus ff. ad municip.

Vndè licet ob numerum quinque filiorum excusetur quis à muneribus personalibus, vt in §. excusentur inst. de excus. tutor. tamen non excusantur à tali onere syndicatus, quia annexum habet honorem, glos. in d. §. 1. Bartol. in l. 1. C. de mulier. & in quo loco, Ias. in l. placet C. de sacr. sanct. Eccles. & de Franch. in cita. decisio. Sic redeundo ad secundam conclusionem sumptam intellige eam quinto loco non habere locum quandò Vniuersitas vellet dispensare quod vnus extraneus, qui nõ est de Vniuersitate, vel de Capitulo daret vocem suam, vnde vnus solus, qui est de Vniuersitate posset contradicere, & hoc impedire; Ioan. Andr. & Abb. ibi colu. 2. in cap. scriptum de elect. quare licet vnus de Vniuersitate possit dare vocem suã per alium, etiam inuita Vniuersitate, tamen non potest dare vocem suam extraneo, cum intersit Vniuersitatis ne eius secreta extraneis pateant, ita Abb. in cap. constitutus in pen. column. de appell. Sextò intellige non habere locum, quando maior pars Vniuersitatis vellet facere contra illud, quod omnes simul, & concorditer prius ordinassent, tunc non staretur maiori parti, sed requiritur consensus omnium, Ludou. Rom. in d. rubr. ff. de arbitr. 11. colum. nisi ex necessitate vellet aliter statuere, prout dicit minor cap. humilis de maior. & obed. & Bal. in l. fin. in princ. C. de auth. præst. sicut aliquid disponit dicta maior pars contra priuilegia, vel consuetudinem Vniuersitatis, tunc minori parti non præiudicat. secundum Bald. in l. 1. in princip. ff. de magistr. conuenien. Abb. in cap. veniens 9. col. de præscript. Adde aliam limitationẽ, quandò maior pars non fuit in collegio, & vult ratificare extra collegium illud, quod fecit minor pars, tunc requiritur consensus omnium, Ludouic. Roman. in d. rubr. de arbit. 10. colum. Bald. in l. per fundum ff. de seruitut. rusticor. præd. vel quandò Vniuersitas, seù Capitulum vult commictere vices suas certo actu aliquibus de Capitulo, tunc talis commissio debet fieri consensu omniũ, non maioris partis, secundum Archidiac. in cap. Episcopus 16. quæst. 7.

Nota aliam vltimam limitationem, quando Vniuersitas vellet aliquid statuere, quod principaliter tenderet in præiudicium singolorũ, & certarum personarum, tunc non posset, nisi illi expressè, vel tacitè consentirent, gloss. est in l. 2. C. quæ sit longa consuetudo, Angel. in consil. 267. quod incipit visis, & examinatis, nam pars maior Vniuersitatis non potest disponere de rebus singulorum, Innoc. & alij in cap. fin. de his quæ fiunt à maiori parte Capituli, prout dici potest in Ciuitate Regindę Minoris, vbi tempore, quo fuit effecta demanialis in anno 1583. quo tempore ego Doctoratus gradum fui assequutus, & Assessoratus officium exercebam in Ciuitate Amalfiæ, & Schalarum, ipsa Ciuitas emit iurisdictionem Portulaniæ, ac ponderum, & mensurarum eiusdem Ciuitatis, & tempore emptionis nonnulla Capitula fuerunt statuta, secundum quæ regi deberet ipsa iurisdictio, quæ continet pœnas contra Ciues contrauenientes, quæ si contraria forent antiquis constitutionibus existentibus tempore, quo regnabant Duces status, & per omnes de Vniuersitate non fuerunt approbata, si contrauenientes incidant in pœnam, cum aliter non consenserint constitutionibus nouiter formatis, & de statuto, quod animalia non valeant pasculari in territorio sub pœna, si singulorum territoria valeant sine pœnę matu.

Et illud, quod dictum est, quòd maior pars facit, intellige de maiori Congregatorum, secundum Bartolum, & alios in citat. leg. quod maior, & hæc ratio militat respectũ congregatorum, & Vniuersitatis, sed si respectũ alicuius actus explicandi aliquid commictitur Vniuersitati, & alteri soli, tunc tantam authoritatem habet Vniuersitas quantam ille solus, vnde si testator commictit distributionem bonorum suorum

Vni-

Vniuersitati, vel Capitulo, & hæredibus suis, qđ
vniuersitas habebit vnam vocem tantum, & vnā
aliam habebunt hæredes, secundum Ludo. Rom.
in conf. 89. incip. visa propos. quęst. & sic illud col-
lectiuum solum est pro vna dimidia tantum, &
singularis persona pro alia dimidia, & Angel. in l.
liber homo §. Titius el 1. ff. de hæred. inst. Et ad-
uerte, quod requiritur maior pars illius collecti-
ui sic vniuersitatis simul cū illo singulari, vt illud,
quod per eos fit habeat effectum, secundum Iaf.
in cit. §. hodiè nu. 10. versi. secunda conclusio, vn-
dè non sufficeret dimidia pars nominis collecti-
ui, & cum ea concordaret illa singularis persona,
tunc benè esset maior pars, secundum Abba. in
consi. 68. in 8. colum. volu. 1. vbi consuluit, quod
si Papa mandat Episcopo Senensi, vt aliquid ex-
pediat cum consulibus capituli, non sufficit, quod
Episcopus cum aliquibus faciat maiorem partē,
sed requiritur maior pars ipsorum consulum, &
Ioannes Andr. & Gemin. in c. à collectione de ap-
pellat. in sexto, tenent, quod si Episcopus habeat
secum vnum Canonicum concordem, non præ-
ualet votum suum votis aliorum Canonicorum,
quia habendo vocem vnius Canonici, non habet
vocem maioris partis Capituli, sequitur Abb. in
cap. pastoralis de rescript. in tantum, quod si qua-
6 tuor de Capitulo eligūt vnum de Capitulo, quod
ille electus habet vocem, & confirmando electio-
nem in sui personam factam facit maiorem par-
tem, & præfertur alteri medietati dissentienti, &
sic ille auget numerum, Abb. in c. cum iure peri-
tus de electio Prax. Episcop. in versi. electio §. vl-
tim.

Sæpè solent Vniuersitates deputare quosdam,
quibus datur potestas disponendi, & agendi no-
mine vniuersitatis, licet non dicatur in constitu-
tione ipsorum verbum illud tam per eos omnes,
vel per maiorem partem ipsorum, tamen subin-
telligitur, & sic si non omnes erunt concordes,
sufficit quod fiat per maiorem partem ipsorum
contradicente minori parte, vel absente, secundū
Bart. quem sequitur Iasin l. rescriptum in princ.
ff. de pact. nisi diceretur in ipsorum constitutio-
ne, quod per omnes factum erit, nam tunc non
sufficit, quod maior pars facit Nam regula quod
maior pars facit, omnes fecisse videntur, procedit
per fictionem, & non per veritatem, & verba
debent propriè, & non impropriè accipi, & illud,
quod dicit Bart. procedit quandò indiffinitè fuis-
set dictum, & dispositum. Hinc nota, quod non
tantum maior pars ipsa Vniuersitatis eligere po-
test aliquem ad officium Vniuersitatis, sed etiam
potest ipsa maior pars eligere vnum etiam, quod
non sit de Vniuersitate, & eidem dare potestatem
eligendi quem sibi placuerit in officio prædicto,
per text. in cap. causam quæ de elect. & ibi Abb.
in 2. notab. dummodò non sit excommunicatus,
quo casu nec eligi, nec eligere posset, vt tradit Ro
ta in decisio. 395. in nouis, & Abb. in cap. illa de
electio. In tantum quod si maior pars Vniuer-
sitatis eligit aliquem ad officium prædictum in-
dignum, scienter tamen quòd de cætero pro illa
vice priuatur facultate eligendi, & illa deuolui-
tur ad minorem partem, vt notat Abba. in cap. 2.
de postul. prælat. in quarto notab. vbi dicit, quod
in materia electionis regula habetur, quod in
aliquibus priuatis potestate eligendi, illorum
potestas deuoluitur ad alios Canonicos numero
pauciores, quia quandò plures sunt inhabiles, quia
excommunicati, vel suspensi tota potentia Capi-
tuli resider in paucioribus habilibus, licet faciant
minorem partem collegij, quia ipsi repræsentant
totum Capitulum, cum priuati, & inhabiles non
sint computandi in numero, idem Abba. in cap.
fin. de procur. Vndè Abb. in cap. dudum el pri-
mo in versi. vltimo nota de elect. per illum text.
7 concludit, quod concurrentibus duabus electio-
nibus super eadem dignitate, quarum vna est fa-
cta à maiori parte de indigno scienter, alia à mi-
nori parte de digno, venit confirmanda electio
facta à minori parte de digno, etiam si electiones
ambæ factæ sint eodem contextu, & hoc non solū
in electione Episcopatus, vt loquitur ibi text. sed
etiam in inferioribus, ita Dec. in consi. 522. 2. vol.
prout euenire solet in Ciuitate Potentiæ, vbi Ci-
uitas ipsa habet inter alia capitula facultatem eli-
gendi duos magistros iuratos, dummodo sint de
nobilibus natiuitate, & origine, vel Doctoribus,
qui eadem gaudent, & Nobiles iudicantur, ex quo
virtus nobilitat hominem, Bal. in l. prouidendum
C. de postul. & si omnes sint æqualis scientiæ, vel
Nobilitatis, tunc præferendus est is, qui est de me
liori sanguine, secundum Bal. in l. nemini in fine,
C. de aduoc. diuers. iudici. Quo priuilegio non
gaudet Iuris Professor, etiam quod sit licentiatus,
secundum Dec. in l. cum quid in 3. nota. ff. si certū
pet. & de Franch. dec. 101. & Comes illius Ciuita-
tis debet electum à maiori parte confirmare, de
qua electione, & creatione loquuntur Capitula
Regni Incip. Ad Quietem, & Item statuimus, si
modò maior pars Vniuersitatis eligit aliquem in-
dignum, vt excommunicatum, vel alio defectu
notatum, ad quod eligi non poterat, de quo supra
& minor pars eligit alium eodem contextu di-
gnum, quòd debet confirmari à dicto Comi-
te electus dignus per minorem partem, & non
iterum fieri aliam electionem, secundum Dec. in
cit. consi. 522. Et ego dum essem Potestas in dicta
Ciuitate in anno 1585. magna fuit altercatio inter
dictam Vniuersitatem, & Dominam Comitissā
circa talem electionem in electione officij prædi-
cti in personam V.I.D. Ioannis Mariæ Thadæi, &
illius della Porta, qui erat Iuris tantum professor,
& iam fuit prælatus ipse Thadæus rationibus p̄-
dictis; Vndè ad materiam nostram dico si omnes
creditores in tali remissione seorsum assentirent,
nec esset qui contradiceret sufficeret, secundum
glos. Paul. de Castr. Iaso. & alios in citat. l. rescri-
ptum, vbi absentes creditores requirendos esse,
propter l. si in tres ff. de arbitr. & sic Vniuersitas
non potest facere statutum, quo ligantur singuli
ciues, nisi omnes, & singuli consentiant, adeò qđ
maior pars Vniuersitatis non sufficeret, Crauett.
de antiquitat. temporis quarta parte num. 29. cap.
E 318. (E)

Et connumeratur in numero concurrentium
8 absens, qui suasit se consensurum, secundum glo.
in leg. apud celsum ff. de doli exceptione, & sic vt
præiudicet absentibus, quod maior pars facit præ
sentium circa talem remissionem, oportet saltim

tionis quinquennalis debitoribus Titij per prius concessum, cum illud non sit ex causa remuneratoria, nec in corpore iuris clausum, sed tamen ex gratia, quo casu non sufficeret generalis, sed specialis reuocatio, vel clausula ex certa scientia, & lege qualibet non obstante, secundum Bart. in l. fin. in fin. C. si contra ius, vel vtil. public. idem si in dicto priuilegio dilationis esset clausula non obstante, & ex certa scientia, secundum Canens. in ritu 46. & benè Paul. de Castr. in l. si mihi §. fin. N nu. 5. ff. de leg. 1. (N)

36 An pendente hac quinquennali dilatione à Principe ex gratia debitori concessa currant vsuræ, seù interesse, Salycet. quem alij sequuntur in l. quoties C. de prec. imper. offer. dixit quòd aut hoc est expressum in rescripto, quòd debeantur, & currant, & tunc clarum est, quòd interim currant, aut non est hoc expressum, & tunc, aut ante currebant, aut non, si currebant, vt quia in mora per prius constitutus debitor per interpellationem hominis, vel diei, iuxta l. optimam C. de contrah. & commit. stipul. vel quia annuus erat census, prout ad præsens constituuntur in Regno, ex dispositione Bullæ Papæ Nicolai, & Regiæ Pragmaticæ, tunc adhuc currere intra hanc dilationem dicimus, ne Principis rescriptum interpretretur taliter, quòd dispendiũ afferat creditori in iure iam quæsito; Aut prius non currebant, nec nunc incipient, cum ex mora non possit incipere deberi, quę non potest committi, vt l. lecta ff. si cert. petatur, ita Salycet. ibi num. 5 versic. item quæro, Thessaur. in decis. 91. nu. 2. Vrsill. in decis. 5. in fine, an autem exigi possint dilatione pendente, diximus in materia dilationis de iustitia.

37 Et cum materia census emerserit, videndum est qualiter contractus hi censuales constituantur, & qui liciti, seù illiciti iudicentur ratione pactorum, pretij rei, & aliarum clausularum, & isti contractus censuales pluribus modis constituuntur, & denominantur, constituitur enim contractus censualis, vt quando in accipientem omne dominium transfertur, tàm directum, quàm vtile, & nihil reseruatur penes concedentem, nisi census, de quo contractu censuali loquitur textus in cap. constitutus de religiosis domibus, & istius contractus natura est, quòd si iste censuarius staret non solum per biennium, sed per mille annos ad soluendum censum præfatũ, nunquam fieret deuolutio, prout in d. cap. constitus, Dec. in cons. 160. & 164. vbi quando est translatum dominium in accipientem non curatur de verbis, quòd concessio sonet in emphyteosim, quòd ex hoc fiat indè deuolutio, nam potius attenditur natura contractus, quàm verba ipsius, & istud ideò nam fuit translatum omne dominium in accipientem, quòd secus esset si fieret concessio, & solueretur etiam quid minimum ratione dominij reseruati, quia tunc fieret deuolutio in totum ob non solutionem, secundum Ias. in l. 2. col. 12. nu. 13. vers. istud tamen de re censuali C. de iure emphyteot. & iste contractus conueniret cum emphyteotico, in quo reseruatur in re concessa dominium directũ, & fit deuolutio ob redditum non solutum, an autem in dubio quando non apparet qualiter sit cõcessio facta, & ita dicenda sit emphyt. vel censualis, & de alijs vide Iul. O Clar. in §. emphyt. quæst. 1. vers. sed pone. (O)

38 Alius est contractus ad liuellum, siuè ad libellum, & istud quando conceditur res ad annos viginti nouem, & ipsis finitis ad renouandum, secundum Ias. in rubr. de iure emphyt. & Dec. in cons. 138 & ibi quando ista renouatio peti debet, Iulius Clar. in d. §. 1. in princip. vocat contractum libellarium quando vasallus, vel emphyteota concedit alteri pro certa annua pensione prædiũ, quod ipse habuerat ab alio in feudũ, vel emphyteosim, & sic quando cõcedens non est dominus, scilicet directi dominij, & hoc est, quòd vulgo appellatur emphyteosim subalternatam.

39 Alius est contractus non concessionis in emphyteosim, sed submissionis, quoties enim quis indiget pecunia, & submittit rem suam stabilem ad rationem puta decem pro centenario de reddito contractus censualis, aliàs submissionis nuncupatur, & de isto contractu diximus, & loquitur Bulla Papæ Nicolai, in Pragmaticis Regni redacta; Qui contractus aliàs habet prærogatiuas, quas cæteri nõ habent, ex dispositione dictæ pragmaticæ; habet enim exequutionem paratam, obstante quacumque exceptione, siuè falsitatis, siuè nullitatis, præter exceptionem solutionis, quæ in promptu demonstrari debet mediantibus publicis documẽtis, vt ibi (nisi exceptio ipsa nullitatis similiter in promptu demonstraretur.) secundum Carau. in ritu 166. nu. 59. Nec exceptio cõpensationis impediet exequutionem, nisi per confessionem creditoris, Cauens. in ritu 263. nu. 55. Imò via exequutiua agi potest contra tertiũ possessorem dictorum bonorum censualium, & talis possessor tenetur recognoscere in dominum ipsum emptorem, & creditorem, Guid. Pap. decis. 41. & 42. & an facta tali recognitione possit primus debitor venditor conueniri pro censu, Couar. in lib. 3. var. resol. cap. 9. vers. hic etiam deducitur; In tantum quod si petij in iudicio rescissionem talis contractus; quòd non obstante tali litis pendentia potero virtute dicti contractus exequutionem paratam habere, per ea, quæ notant Doctor. in l. 4. §. condemnatum ff. de re iudic. & ita audiui obseruari in Magna Curia, sicut quis agendo ciuiliter iudicio assistentiæ, poterit post modũ criminaliter via ritua procedere, Marant. in suò Specul. disp. 6. per totum fol. 309. & sic vna via electa, altera non tollitur; sed an pendente tali rescissione currant census, vide Alexand. in l. qui Romæ §. seia in princip. ff. de verbor. obligat. & an interesse censuum non solutorum debeatur, maximè in notabili quantitate, vide Bologn. in l. 1. C. de sent. pro eo quod interest; census enim constitutus non potest excedere decimam partem sortis principalis, secundum Bullam, in eo, quod excedit committitur vsura, verum ex alijs iudicari potest vsurarius, & illicitus contractus, & contra formam Bullæ prædictæ, debet tamen ad rationem prædictam contrahi, & cum pacto de retrouendendo quandocumque vt ibi; Quod pactum

non-

nunquam præscribitur, etiam si per mille annos venditor non redemerit, secundum Couarru. in lib.3.variar.resolut.cap.9. num.9. licèt pactum de retrouendendo rem stabilem venditam possit præscribi spatio 30. vel 40. annorum, secundum Angel. in consil. 15. Iason in l. petens, vbi etiam Dec. C. de pactis, nisi aliter esset conuentum inter emptorem, & venditorem, vt maiori spacio temporis tolleretur, vt scilicet infra sex annos tantum valeat venditor redimere, & non aliter, quo transacto extinguitur ius redimendi, secundum Angel. in consil. 199. & dicit se dare casum in terminis in l. 2. & l. commissoriæ C. de pact. inter empt. & vendit. sequitur in l. si ita quis promiserit §. scia num. 50. ff. de verb. oblig. quod pactum an ad hæredes transeat, si ipsorum nulla facta est mentio, & an cedi possit, & quando iudicetur vsurarius concurrente etiam modicitate pretij, recurre ad Fab. de sanct. Sab. & Franc. de Zoann. in tract. de empt. & vend. fol.345. & si pro eo detur actio contra tertium possessorem, Alex.cons.10.vol.1. & Boer.dec.182.

40 Quod tempus redimendi quandocumque in isto contractu censuali coarctari non potest ad tempus, cum liberum esse debeat pactum, vndè transacto tempore limitato, adhuc venditor ius redimendi habet, secundum Couarru. in lib. 3. variar. resolut. cap.8. num. 7. & ex verbis Bullæ ibi (pro consimili pretio illa redimendi mediante,) & sic loquitur de pacto redimendi generaliter, & indefinitè, sine limitatione temporis, & sic cum simpliciter, & generaliter loquatur, ita simpliciter, & generaliter debet intelligi, l. de pretio ff. de public. vndè cum de dicto pacto nullum sit appositum tempus limitatum minimè per partes limitari potest, quia Papa concessit ad rationem decem pro centenario cum illo pacto indefinito de redimendo, & sic à verbis legis non est recedendum, l. non aliter ff. de leg. 3. sequitur Anton. de Nigr. in Capit. Regni incip. pro publici boni num.36.versic.quæro pone; sic etiam si limitatur pactum, quòd non liceret redimere censum, nisi vsque ad decem annos, & non ante, cum adhuc poterit venditor redimere infra dictum tempus, ex quo pactum est vsurarium, Veronens. in tractatu de simul. contract. tract. 1. præsumpt. 10. & Guid.Pap. decisio.516. num.3. Similiter quando emptio census esset facta ad modicum tempus, puta per duos, tres, vel quatuor annos, quia tunc præsumitur vsurarius, & illud, quod percipitur vltra sorté dicitur vsura, per ea quæ not. Bart. in l.cum stipulatus sim, ff. de verb.oblig. & Castr.in consil.289.volum. 1. ita de Nigr. in d. cap. & talis facultas redimendi coarctari minimè potest ad tempus, Guid. Pap. decis.636. Panorm. in cap. ad nostram in 3. casu de empt. & vendit. Cagnol.in l.2. C. de pact. inter empt. & vendit.in 4.colum.& Foller.in sua praxi censual.fol.166.num.9. sicut non valet pactum, quòd hoc ius redimendi non possit vendi, seu alteri cedi, cum ex dispositione huius Pragmaticæ, & Bullæ compellatur emptor ad faciendum dictum pactum, cum pactum de non alienando id quod proprium est non valeat, l. nemo, & ibi Bart. ff. de pact. & liberum debet esse hoc ex parte venditoris, sed si esset conuentum, quòd in casu, in quem venditor alteri hanc facultatem redimendi vendere vellet, vel cedere, quòd sibi potius, quàm alteri, tunc bene valeret, vt potius sibi, quàm illi, secundum Imol. in l. qui Romæ §. cohæredes ff. de verb. obligat. sequitur Foller. in d. sua praxi num. 64. fol. 186. & sicut non valet præcedens pactum, ita etiam non tenet pactum, quòd non possit venditor rem, super qua census constitutus est alteri vendere, Sotus lib.6. q.5.art.6.de Iust. & Iur. Benè tamen subsisteret, si tantū esset dictū, quòd non possit vendere absq; consensu emptoris, dummodò pro consensu præstando nihil percipiatur, aliàs iniquum esset pactum, & ad nihilum venditor teneretur, si absque consensu venderet, secundum Sotum in loco citato, fit etiam iniustitia ratione pacti adiecti, scilicet quòd tempore redemptionis teneatur venditor soluere in pecunia aurea, quia nimis venit arctandus tunc venditor, cum liber debeat esse iste contractus, sicut etiam minimè tenet, quando venditor tempore redemptionis teneretur soluere omnes census præteritos, & redimere etiam alios contractus cēsuales per prius factos, cum contra formam Bullæ esse dicatur, verum si esset dictum, quòd venditor tunc temporis totum pretium soluere teneatur coniunctim, & non diuisim benè subsisteret, l. Iulianus §. offerri ff. de act. empt. ita Sotus in loco cit. in lib. 6. de iustit. & iure quæst. 5. art. 3. sicut valet, & tenet pactum, quòd venditor teneatur denunciare per mensem antequàm redimat; vel pœnes numularium teneatur pecuniam deponere, quod tamen de æquitate Iudicis arbitrio remittitur, per l. promissor. ff. de const. pecun.

41 Dubitatum fuit de pacto inito, quòd non soluens venditor in duabus pagis, res submissa cadat in commissum, & iniquum declararunt, nè fortè res magni valoris pro paruo censu in totum cadat, licet pro rata census sic, secundum Nauarr. in cap. 23. num.64. glos. in authent. qui rem C. de sacr. sanct. eccles. Afflict. decisio. 80. vbi etiam Vrsill. sicut iniustum redditur pactum in contractu isto censuali appositū, quòd non solutis duabus, vel tribus pagis rescindatur contractus, tàm pro sorte principali, quàm pro cēsibus, cum sit contra formam Bullæ, dum liber, & perpetuus esse debeat, & ideò tempore non debet coarctari, Nauarr. in cap.17.nu.159. Diuus Anton. in 2. parte suæ summæ titul.1. cap.7. num. 308. licet in iudicio male seruatur, dum quotidiè rescindantur contractus censuales ratione pacti prædicti, & hoc ratione consuetudinis, & stilus Curiæ, licet contra ius; excusantur tamen emptores, ac Notarij à pœnis, cum consuetudo etiam praua excuset à pœna, secundum Iaso. in l. de quibus ff. de leg. Hyppo. in l. 1. ff. de sicar. cùm de consuetudine hi contractus multū frequententur cum pacto prædicto, & dicit Bal. in l. vnica colum.9. in princi. C. de his, quæ pœnæ nomine, si in Regione aliqua aliquis contractus multum frequentatur inter bonos, & apud mercatores, talis contractus censetur permissus, & nō fœneratitius, & Veronens. in l. quis sit fugitiuus §

apud labeonem ff.de ædil.edict.] vbi faciens actú, qui communiter extimatur licitus, licet in veritate sapiat vsurariam prauitatem, non dicitur vsurarius,& Ant.de Nigr.in cit.Cap.Regn.pro publ.boni num. 17.versi. confirmatur dicta conclusio,& idem in Cap.Incip. Nouiter nu.20. Tenentur tamen rescindere ista pacta emptores leg. pecuniæ,& l.placuit ff.de vsur. cum per ista pacta non annullentur contractus, sed pacta tantum, secundum Couarr.in lib.3. var.resol.cap.8. sicut etiam iniustum redditur pactum in tempore ratione anticipatæ solutionis, cum in fine anni veniat soluendus census, & actum extitit,vt solutio census fiat tempore stipulationis, vel est conuentum, vt singulis mensibus,vel tertiatim fieret solutio census,dum in fine anni deberetur,secundú Docto.in l.diem functo ff.de officio assess.quia plus soluit,qui ante tempus soluit §.plus inst.de act.ita Couarr.in lib.primo variar.resolut.cap.15. Licet admictatur purgatio non obstante iuraméto,& pœna,quando præsentatur instrumentum secundum formam ritus,etiam si inesset pactum, quod non facta solutione tertiarum posset rescindi contractus, & peti sors principalis vna cum censibus,vt voluit Loffred. in consi.41. quem sequitur Vrsill.in dec.174. num 3. sed an procedat quando cum iuramento est renunciatum moræ purgationi,vide Carau.in ritu 173.num 5.verum tamen est,quòd pactum subsisteret in solutione census tertiatim,quandò fieret diminutio in pretio,quia Bulla mandat ad decem pro centenario; & ego émo ad rationem nouem,vel octo,& sic diminuo in pecunia,quod augeo in tempore,secundum Couarr.in loco citat.aliàs emptor teneretur restituere illud plus], & facete excomputum in ducato; Sicut fit iniustum pactum quandò conuentum est,quòd venditor census teneatur soluere mercedem Notario pro instrumento reassumendo,cum onus prædictum esset emptoris leg. debet ff.de ædil.edict. quod verum intellige,quãdo venderetur census ad rationem decem pro centenario,sed si pro minori,vt octo,vel nouem, tunc subsisteret ratione prædicta,Pro pacto tamẽ de retrouendendo tenetur venditor cum in sui fauorem sit initum: Idem quando aliquid deberetur pro assensu impetrando, vt si cum Vniuersitate forsan esset huiusmodi contractus factus, Foller.in sua Praxi Censi.in ver.nihil nu.28. Sicut etiam redditur vsurarium pactum, quando census fuit venditus ad rationem decem pro centenario,franchus tamen ab omnibus gabellis, & collectis,quia vltra decem habet, Siluest.in summa in ver.vsura column.6. in fine cum sequent, vers.nono, Anto. de Nigr.in cit.cap. boni public. num.29.vers.additio noua,Couarr.in lib. 1.varia. resolut.cap.15.

Sed si ad rationem octo pro centenario, & nihil dictum de solutione collectæ, & alterius oneris ibi existẽtis,tunc emptori hoc competit onus, per ea,quæ not. Ias.in rub. ff.de acquiren.hæredit. & ita audiui fuisse decisum in Regia Camera Summaria; Hinc nota,quòd si venditur fundus, vel annuus census super certis bonis franchus ab omnibus impositionibus,& collectis,& non dicitur præsentibus,& futuris, quod intelligitur de præsentibus tantum, quia vbicumque dispositio contrahentium habet in se verba præsentis temporis, tunc non attenditur futurus status rei, sed præsens l.si à colono ff.de verbor. obligation.facit l.in lege versi.labeo ff.de contrah.emptio. & l. rutilia polla ff.eodem,& clemen. fin.de rescrip.in sexto Alexand.in consi.25.volum.7.quod verum intellige,quandò tempore contractus aderat collecta,& sic poterat cadere dispositio contrahentium,sed si nulla aderat tunc temporis adhoc, vt verba contrahentium aliquid operentur oportet, quòd intelligatur de futura collecta,per doctrin. Bal.in rub.C.de contrah.emption. & facit d.l.si à colono,& glos.in d.clem.fin.& Iason in l.si mihi, & tibi §.in lege num.21. ff.de legat.1. & l. qui filiabus ff.eodem;& an census vendisus franchus à muneribus intelligatur ordinarijs, vel extraordinarijs, & quæ dicantur ordinaria, & extraordinaria, vide Barto.in leg.hi qui ff. de iure immunit.

Venditio census si est facta super domo soluen-
42 di anno quolibet in festo Omnium Sanctorum
cum gratia redemptiua quandocumque, si ven-
ditor vult redimere per tres menses ante festum
Omnium Sanctorum non tenetur soluere inte-
grum censum, sed deductà rata trium mensium,
secundum Guid.Pap. in decisio. 271. Quid in
venditione rei stabilis cum dicto pacto redimen-
di,si offert venditor redimere tempore, quo fru-
ctus sunt pendentes,si eo tempore teneatur em-
ptor retrouendere,& quid agendum tunc de fru-
ctibus pendentibus, ego habui de facto hunc ca-
sum in Ciuitate Cauæ, dum esset facta venditio
cuiusdam castaneti cum dicto pacto redemptiuo
& tempore quo pendebant fructus,& forsan in
quantitate venditor petebat sibi fieri retrouendi-
tionem,& dubitabatur de fructibus,quia de pre-
tio iam erat factum depositum,& iam dum cum
reuolutione chartarum essem in limine expedi-
tionis partes deuenerunt ad concordiam, ideò
non fuit decisum,ad quæ vide Barto.& alios in
l.qui Romæ,vbi etiam Socc.ff.de verb. obligat.&
Franc.Zannett.in reper.l.2.C.de pact.inter empt.
& vendit.& vide latius per Vinc.Caroc.in tracta.
depos.2.p.q.6. fol.99.

Et valet venditio huius annui census facta su-
per domo,vel alia re stabili redditilia ducatorum
43 quinque tantum,dummodò valor eius ascendat
ad summam ducatorum centum,pro quibus fuit
venditus super ea annuus prædictus census an-
nuorum ducatorum nouem, alias si tanti pretij
res non esset, nec tanti redditus vtique claudica-
ret contractus,ita Couarru.in lib.3. variar. resol.
cap.7. vers. hinc etiam deducitur circa finem;
Vndè si est assignatus annuus census super certa
re,sed non promisit venditor euictionem,nec tã-
tum valere dictam rem, an diminuto redditu di-
ctæ rei,taliter quòd non percipiantur de dicta
re anno quolibet tot,quot fuerunt assignati, si de
suo teneatur venditor supplere, quòd sic,per tex.
in l.luci.ff. de alim.legat. & Guid.Pap.decis.8. &
legato tali annuo censu,vel donato censeatur do-
natum, vel legatum directum dominium, & sic
proprietas, dic quòd non per l.final. §.fin. ff.de
contrah.empt.& facit text.l.summa cum ratione

§.emptor.

§.emptor ff.de pecul. vbi seruo concesso, qui est principalis, non censetur peculium concessum, quod se habet vt accessorium, multo ergo minus vbi concessum esset peculium, non censetur concessus seruus, item census, & dominium directum se habent, vt diuersa separata, ergo vno concesso non censetur concessum alterum, cum de vno ad aliud non fiat illatio l.si ante ff.de except. Gui. Pap.dec.264. Sed si contingerit fieri affranchationem per venditorem ad beneficium cuius cadit pecunia affranchata donatarij, vel cedentis, vide Caualc.in tract. de vsufruct. à marito vxori relicto fol.119.num.70.circa medium. Et si venditur res cum prædicto pacto redemptiuo, cum onere tamen soluendi anno quolibet annuos ducatos tot Gaio, si postmodum res reuertitur ad venditorem, an teneatur ipse præstare dictum annuum censum dicto Gaio, vide Castr.in l.adoptiuum §.1.ff.de in ius vocan.

Debet enim iste contractus censualis constitui 44 super certis bonis, quibus peremptis perimitur census, puta si super gabella, quæ ab hostibus, vel alijs causis fortuitis fuerit occupata, vel deuastata, taliter quod nihil de fructibus percipitur, ita de Nigris in d.cap.Pro Boni publici. num.2.versic.nec obstat; si tamen obligata est persona vendentis in defectum, vel alia sunt bona obligata, tunc peremptis bonis certis, super quibus assignatus est census, debetur de aliorum bonorum fructibus, vel personæ, cum principaliter obligata sit persona, in consequentiam res, Barto.in l.fundus quem ff.de ann. legat. cum non sit de essentia dicti contractus, vt constituatur super certis bonis, Couarr.in lib.3.variar.resolut.cap.7.versic. quod idem dicimus; Aduerte tamen prædicta non procedere, quando talis emptor nollet in se periculum suscipere, cum in defectum certorum, & incertorum bonorum velit alios fideiussores oblatos, vt in omni casu sit ei salua sors principalis, & annuus census, & vsurarius præsumitur, ex quo poterit esse, quòd venditor ad inopiam deueniat, & periculum spectaret ad emptorem, & per tale pactum semper esset in tuto, & alicui nō subesset periculo, & istæ clausulæ sic insolitæ arguent contractum simulatum, ita de Nigr.in cit. Cap.num.28. vbi cæteros concordantes allegat; Hinc nota, quòd primus creditor habens specialem hypotecam in quibusdam, & in alijs generalem, prout faciunt hi, qui emunt annuos census super certo corpore, & in defectum generaliter super omnibus alijs bonis venditoris si ad debitū sufficiunt bona specialiter obligata contra secūdum creditorem habentem in alijs specialem hypotecam non agit l.2.C.de pignor. Negus.in tracta.de pignor.in 5.part. 3.membr.num.51, & in 6.parte 1.membr.nu.31. & in 8. parte 1.membr.num.20. & ille text.habet locum quandò sufficiunt bona generaliter, vel specialiter obligata primo creditori, aliàs autem ex vi generalis præfertur primus; sed habens priorem generalem tantum præfertur secundo habenti specialem l.si generaliter C.qui pot. in pigno.habean.& glos.in d.l.2. Nec ille text.l.2.habet locum contra dotem, Socc.in consi.76.volum.4.in fine; vndè ad tollendas has difficultates, adhibe cautelam.de Franchis in decisio.5. scilicet, ita quod specialitas generalitati non deroget, nec è contra, tunc electio est creditoris primi, & non procedit dispositio d.l.2. vel fiat specialiter super certis, & super omnibus alijs bonis, quia dictio, &, coniungit, & copulat æquè principaliter, quando ponitur inter res, secundum Barto.& Iaso. in l. titiæ textores §.1.nu. 3.ff.de lega.1.vndè semper consului in contractibus apponere has cautelas, & clausulas, & alias euitandi causa has difficultates; In tantum quod si esset constitutus annuus census super omnibus bonis per venditorem, qui tamen nihil possideret, quod contractus claudicat, cum non sit materia, super qua constituatur census, & idem si esset constitutus super rebus allodialibus, quæ tamen essent feudalia, Nanar.cap.17.num.229.

Et si constitutus esset annuus census annuorū ducatorum decem super fructibus certi fundi, si fructus tot non nascantur, quot sufficiant pro solutione dictorum ducatorum decem, quòd aliunde tenetur soluere, argum. text. in l.quidam ff.de legat.1.quia locus gratia demōstrationis, non autem taxationis censetur adiectus, secundum Bar. in l.lucius ff.de alim.legatis, & Dec.in consi.188. & hoc quando in defectum alia sunt bona obligata; vndè si testator alicui pro alimentis legauerit annua decem, illaque solui mandauit ex certo fundo, tenetur hæres ad solutionem integri legati, licet minus ex fundo percipiatur; Sed si testator velit ne hæres grauetur vltra redditus fundi, remedium est, quod locus, & modus soluendi relictaque ipsa eadem oratione complectantur, vt si dicat testator lego Titio annua decem ex fructibus fundi Seiani, nam oratio vna complectens etiam locum, & modum solutionis faciendæ facit ea videri gratia taxationis apponi, & quatenus sit in fructu legatum deberi, Paul. de Castr. in cons.51.Rota in decisio.869.in antiquis, quam nota, quia habui de facto, Dec.in cons.324.Ioannes Dilect.in tract.de arte test.in titu.de leg.caut. 59.& de Nigris in cit.cap.num.33. Quid si alia non sunt bona, vndè integer census solui possit, an saltim de fructibus sequentis anni suppleri debeat, vide Barto, & alios in l.inter stipul. §.sacram ff.de verbor.obligat. & facit l.legatum §.vini Falerni ff.de ann.leg.Foller.in sua praxi censual.fol. 143.num.70.

Peccat etiam contractus censualis ratione rei, 45 vt si venditus sit census annuus super re illicita, nempè super gabella Vniuersitatis, quæ imponi non potest sine assensu Principis l. vectigalia C. noua vectigalia imponi non posse, Capyc.decisi. 148. verum tamen est si bonæfidei fuerit emptor gaudebit fructibus, secus si malæfidei, Medina de censib.§.1.

Quando autem illicitus iudicari possit contra-46 ctus ex conuentione habita inter emptorem, & venditorem, vt pro decem debitis quolibet anno ratione census solueret venditor anno quolibet modios decem frumenti nulla facta de decem mentione, sed quod teneretur pro dictis ducatis centum soluere anno quolibet dictos modios decem frumenti, Medina in tit.de censib.redim.refert

fert quod si frumentum valet decem carolenis
pro modio, quod tenet contractus, si pluris mini-
mè, & hoc quando ita semper solet valere, sed
quando à communiter accidentibus, dico raro
pluris valere solet, tunc bene tenet, etiam si eue-
nisset, quod valeret duodecim, vel tresdecim, se-
quitur Cur. Iun. in l. de fideicommisso, C. de tran-
sact.

Conclusionem tamen supra firmatam circa
47 contractum censualem ad rationem decem pro
centenario, limita non procedere quandò esset
contractus mutui, puta quia euidenter, & clarè
apparet de contractu mutui, vel per alias conie-
cturas, de quibus per Doct. in cap. ad nostram
de emptio. & vendit. & in cap. illo vos de pignor.
Afflict. in decisio. 65. quia plus valet quod agitur
quàm quod simulatè concipitur, & veritas præ-
fertur scripturæ l. 1. C. plus valere quod agitur,
nam tali casu si esset contractus mutui, non esset
licitum aliquid recipere vltra sortem, & tunc illi-
citus esset contractus, & vsurarius, de Nigris in
cit. Cap. Pro publici boni num. 24.

Limita etiam non procedere, quando contra-
ctus annui census etiam sola intentione emptoris
esset vsurarius, puta quia eius intentio erat mu-
tuare pecuniam, non autem emere censum, quia
in foro conscientiæ esset reprobatus, & vsurarius,
cum vsura sola intentione committatur quoad
conscientiam, secundum Ioann. And. in cap. con-
suluit extra de vsur. & de Nigr. in cit. cap. num. 27
vbi alias adducit limitationes, quas videre pote-
ris. Et semel dubitatum fuit an illicita sit pro-
missio, si mutuo tibi decem, quæ promictis mihi
reddere in festo Omnium Sanctorum, & si non
reddideris promictis quindecim, & ex nunc con-
fiteris prout ex tunc tantum interesse mea, & pro
interesse meo nomine conuenti facis istam pro-
missionem, & dicimus non valere, quia in fraudē
fieri videtur, nisi probaretur tale interesse effecti-
uè per alias coniecturas, ita Bald. in d. l. rogasti §.
si tibi versi. extra nota ff. si certum petat. sequitur
Alex. in cons. 61. 6. vol. num. 8. vide Dec. in consi.
101. volum. 1. & sic quicquid in pactum deduci-
tur vsura est; In tantum quod si mutuarem tibi
decem cum pacto, quod alia vice tu tenearis mu-
tuare mihi decem, vsura committitur, vt not. per
glos. in cap. 1. 14. quæst. 3. Abb. in cap. consuluit in
fine de vsur. sequitur Decius in d. §. si tibi vltim.
column. vers. sed à principio; licet in dubio con-
tractus vsurarius non præsumatur, quia in sui es-
sentia præsumitur contractus qualis in prima fi-
gura reperitur, tamen non procedit in eo, qui sit
solitus fœnerari, quia in illo contractus dubius
vsurarius præsumitur, ita Dec. in cit. §. num. 6. vbi
subdit, quod licet crimen vsurarium sit prohibi-
tum, non tamen vsurarius punitur aliqua pœna
criminali, facit hodiè Const. Regni vsurariorum;
Sicut videmus, quod locatores apothecarum lo-
cant conductori apothecas pro certa mercede, &
adhuc mutuant conductoribus certam pecuniæ
quantitatem, quam promictunt conductores re-
stituere locatoribus, eo tempore, quo finitur loca
tio, & ex causa mutui augent pensiones apothe-
carum, quod si ratione mutui aliquid vltra quam
deberet in pensione daret locatori, cōtractus erit
vsurarius, Ioannes Lupus in repe. cap. per vestras
§. 12. ver. limita tamen in fi. fol. 186. de dona. inter
vir. & vxor.

Et aduerte in hac materia censuali, quod e-
48 mens censum franchum ab Vniuersitate, vel alio
quod nō intelligitur francbus ab ordinarijs fun-
ctionibus fiscalibus, per ea quæ notat Bal. in l. fi-
stulas §. fin. ff. de contrah. emptio. & de Nigris in
cap. Regni incip. porrecta num. 110. & quando
conceditur alicui immunitas ab oneribus, an in-
telligatur de ordinarijs, vel extraordinarijs, &
quæ dicantur ordinaria, & extraordinaria recur-
re ad Barto. in l. bi qui ff. de iure immunit. Nec
prohibetur talis venditor bona, super quibus con
stitutus est census alteri vendere, etiam asseren-
do bona esse francha irrequisito emptore, Iason
in l. secunda, C. de iure emphyteot. Capy. decisio.
196. est verum, quod ob dictam falsam assertio-
nem, quam facit venditor dum alteri anteriori
creditori obligata reperiuntur rescinduntur con-
tractus censuales pro sorte principali, & censi-
bus, l. qui dolo C. de rescindenda venditio. quia
aliàs non contraxisset l. eleganter ff. de dolo, imò
punitur crimine stellionatus, si alia non adsunt
bona venditoris, super quibus non possit talis cre
ditor sibi satisfieri, secundum glos. in leg. tertia
ff. de crimine stellionat. Et nota quod talis em-
ptor donans, vel legans censum sibi debitum su-
per bonis Titij, non censetur legasse proprieta-
tem, vt supra dictum est, in tantum quod resolu-
to iure datoris, resoluitur ius acceptoris per affrā-
chationem, & reemptionem l. lex vectigal. ff. de
pignor. sed legans, vel donans sortem principa-
lem sibi debitam à tali, an videatur legasse, seù do-
nasse vsuras, quæ decurrerunt viuo testatore, &
etiam exactas, vide Castr. in leg. si tibi homo §.
cum seruus ff. de legat. primo, & de Franch. decis.
254.

An emens magnos redditus ad vitam, vel dans
49 pecuniam, vt alatur sua vita durante sit vsu-
rarius contractus, vel emens fructus alicuius fun
di à monasterio ad vitam suam pro ducatis mil-
le, & superuixit tanto tempore, quod fructus a-
scendunt ad duomille, Iason in leg. cunctos po-
pulos in prima lectura num. 63. C. de sacrosanct.
Ecclesi., & leg. si pater puellæ nume. septimo, C.
de inoffic. testament. refert negatiue, sed contra-
ctus ad gaudimentum aliàs vulgo *ad godere* va-
leant, vt si do tibi centum, & tu das mihi fundum
ad gaudendum ad inuicem, & dicimus valere, &
si fructus fundi non excedant solitum modum
vsurarum, seu interesse pecuniæ datæ, non est vsu-
ra, ex quo potest esse, & abesse circa redditum
fructuum, nisi à communiter accidentibus sem-
per plus reddere soleat, & sic plus sit in fructu,
quàm sit interesse pecuniæ leg. si ea lege cum
gloss. C. de vsur. & Abba. in cap. conquæstus de
vsuris, alij idem fatentur, dummodo subdūt con-
currant ea, quæ concurrunt in contractu censua-
li, scilicet quod fructus non excedant summam
decem pro centenario, vt si ad quinque, vel octo
per centum fructus correspónderent; vtique li-
ceret, quem ego intelligerem modo quo supra

sci-

scilicet quando à communiter accidentibus fructus excedunt decimam partem, & sic decem pro centenario, aliàs secus, firmat ibidem esse prohibitum contractum, quoties accipit super cimba alicuius tot, & promittit singulis annis ei correspondere tot, quot respondet illa cimba ei, qui pecuniam super ea dedit ad lucrum, licet contractus censuales ad vitam fieri possint, & ad quindecim, & plus per centum ratione incertitudinis vitæ, secundum Iason. & alios in dict. leg. si pater, & ita communiter hodiè celebrantur, tamen si deceptio erit vltra dimidiam daretur læsio, & remedium l. secunde, C. de renscindenda venditio. & hoc expectato exitu vitæ recipientis, hodie non excedit summam, duc. 14. pro cẽtenario ex pragm. Regn.

De essentia tamen huius contractus censualis
50 est, vt fiat præsenti pecunia quando contrahitur, vt in Pragmatic. Nouell. Incipient. Philippus Dei gratia fol. 435. ne dicatur contractus *ad partito*, aliàs vsurarius iudicaretur contractus, & tamquam vsurarius puniretur emptor, & Notarius, qui stipulatur impunè non transibit celebrãs contractum illicitum, secundum Bald. in rubric. num. quinto, C. de const. pecun. Quam Pragmaticam non habere locum dicimus, quandò delictum non est consumatum, quia scilicet emptor nondum census exegerit, vide gloss. in c. quamuis de vsuris in sexto.

Quid si quis mutuauerit pecuniam Petro, demum is non habens pecuniam præ manibus, pro eadem pecunia vendidit, & in solutum dedit annuum censum super eius bonis, & valere contractum dicimus, Stephanus Bertrand. in consil. 95. ex propositis num. septimo, libr. tertio, Andr. Tiraquell. in tractat. de vtroque retract. in fine, nume. 135. refert, & sequitur Foller. in sua praxi cens. num. 95. fol. 146. qualiter enim procedatur in hoc crimine vsurarum, vide de Nigr. in cita. cap. Pro publici Boni, & in cap. Nouiter, & Folle. in sua praxi crimina. fol. 132. fragment. par. de vsur. sat est tractasse ad intelligentiam propositæ quæstionis licet extrà materiam videantur, non tamẽ
P inutilia. (P)

Habemus etiam in iure nostro alium saluum
51 conductum, qui delinquenti conceditur, qua securitate pendente nihil est innouandum, dummodò pendente tempore securitatis nullum delictum commiserit, quia intelligitur, rebus in eodem statu permanentibus leg. cum quis in princip. ff. de solut. quia pendente securitate Rempublicam offendit leg. si quis ingenuam. §. in ciuilibus ff. de capt. Bartol. in leg. relegati ff. de pœnis, & sic impunè potest assecuratus offendi Roman. in consil. 459. quia eo abutitur cap. priuilegium vndecima, quæstio. quarta. Vitalis in tracta. clausul. in versicul. nihil nouari securitate pendente, num. nono, & de Franchis decisio. 258. Et hoc quando delicta sunt grauia, secus si sunt leuia, secundum eum si à Principe conceditur quoad tempus, & in perpetuum concedi potest dict. leg. relegati & ibi Barto. & Bald. in leg. reos de accus. Afflict. in decisio. quarta, & Carauit. in Ritu 287. num. quarto, & Vitalis in citat. loco: Ab inferiore verò dari potest, & seruandus est, quando ex iusta causa conceditur, & cum causæ cognitione, dummodò temporaliter detur, non aũt perpetuò dict. leg. relegati, alias enim sine causæ cognitione concessus seruandus non est, & impune potest innouari dict. leg. relegati, & Vitalis in citat. loco, & Bartol. in leg. is qui reus vltim. column. ff. de publ. iud. Affl. in d. dec. 4. & ibi Vrsi. de Aduocato Fiscali; Sicut non potest Iudex indultare complicem in delicto, si alios manifestauerit, cum ad solum Principem pertineat leg. prima, C. de comment. libr. duodecimo, de Nigris in Cap. Regni Incipien. Multorum; In tantum quod si pendente securitate capiatur, in pristinam libertatem reponi debet, secundum Parid. de Put. in tract. sindic. in ver. saluus conductus, ita tamen & taliter relaxari debet, quod difficilis sit eius persequutio, secundum Barto. in leg. prima, §. primo de acquirend. rerum domin. & qui possint etiam hunc saluum conductum concedere, Angel. in l. conuenctionum, ff. de pact. & Vital. in citato loco num. 14.

Et si conceditur pro se, & quatuor hominibus secum euntibus, & ducit quinque, an in totum corruat, vel valeat pro contentis in saluo conductu, Barto. in leg. principalibus ff. si certum petat. in simili ponit de extrahente res illicitas cum illicitis, & sic vltra vsum suum, dum pro eo tantum haberet licentiam extrahendi, Vital. in citat. loco num. decimo quinto circa med. dicit quod illi, qui sunt vltra numerum debent capi; & qui erit iste, qui vti supernumerarius capi, & puniri potest, & dicerem, qui vltimo loco aggregatus est, per ea, quæ notat Abba. in cap. dilectus filius de præbend. & sic nota, quod si bannito talis data est securitas secum ducendi socios armatos simpliciter, intelligitur, dummodò non sint hostes, & delinquentes, nisi expresè caueatur, secundum Bartol. in leg. prima, ff. ad l. Iul. Maiestat. & Vital. citato loco; Et si conceditur talis saluus conductus alicui prò se, & socijs, illi dicuntur socij, qui determinato proposito, vt socij à principio socialiter venerunt cum ipso habente securitatem, secundum Angel. in l. prima, ff. ad l. Iul. maiest.

Et si bannitus post petitam gratiam nouum committit delictum, tunc gaudet pro primo, venit tamen puniendus pro delicto postmodum commisso, & si duos quis nominauerit in præsentatione capitis banniti, primo nominatus gaudere debet, iuxta leg. generaliter §. quid ergo, ff. de fideicommiss. liber. & de Franchis decisio. 433.

In Vrbe autem quando per Papam concedi-
52 tur moratoria alicui grauato onere debitorum solent addi hæc verba, data idonea cautione, iuxta dispositionem dict. leg. vniuersa C. de proc. imper. offerend. canonizata in cap. vniuersa vigesima quinta, quæstion. 2. & aliquando additur etiam ista clausula, & ad electionem creditorum, an velint ex tunc bona immobilia pro satisdatione acceptare, & in electione creditorum remittitur, an velint acceptara cautionem idoneam, cuius nomine intelliguntur fideiussores, vel pi-

gnora

gnora leg. mandato Titij §. fina. ff. mand., vel acceptare hypothecam immobilium, de qua ideo specialiter exprimitur, quia sub illis verbis generalibus, videlicet data idonea cautione non includitur, nam dum dicitur idonea cautio non sufficit hypotheca Oldrad. in consil. 68. & licet sit minus dare hypothecam, quàm pignora, vel fideiussores, secundum Oldrad, in citat. loco, tamen istud ponitur in electione creditorum, & satis est, quod illis ad eorum voluntatem qualitercumque satisfiat; Et si idoneam cautionem dare non potest, nec immobilia habeat, tunc dabit quam potest, videlicet iuratoriam, Staphileus de liter. gratia, & iustitiæ fol. 170, versic, quando conceditur,

Et hæc quandò moratoriæ conceduntur in Vrbe; in partibus autem non dantur moratoriæ laicis extra Terras Ecclesiæ, nec dantur clericis in odium laicorum, secundum Staphil. in citato loco; Nec contra exequutoriales datur moratoria, quia in exequutorialibus apponuntur certi dies ad parendum iudicato, & arctatur tempus quadrimestre, quod datur condemnatis iuxta leg. secund, C. de vsur. rei iudic. Staphil. in citat. loc.

Et alius datur casus secundum eum ibi, quod non detur hæc moratoria, scilicet pro fideiussoribus, quia sic res iret in infinitum, infinitas enim reprobatur à iure cap. secundo de rescriptis in sex.



D E

DE REMISSIONE Debitorum.

TITVLVS TERTIVS.



SVMMARIVM.

1 *Remittere an teneantur creditores renitentes, concurrentibus alijs maioribus in quantitate.*
Et an idem in herede debitoris mortui nolente adire, nisi illa remissio fiat vers. secunda.
Et quando admittenda est in herede ver. & aduerte.
Et an possit paciscere per filium futurum heredem patris cum creditoribus paternis de operando effectum post mortem patris ver. & non solum.
Et an idem in extraneo herede futuro ver. idem iuris.
2 *Filij liberando debitores viuis parentibus an obsit eis mortuis illis.*
Remissio facta per maiorem partem, ut operetur quomodo facienda sit ver & vt valeat. Et quando diuisim facta tenet ibi. & Iudex quando est adeundus. & quid seruare debet ver & vbi discordia, & vid. nu. 9 si disiunctim facta remittentibus nocet.
3 *Maior pars creditorum attenditur in numero personarum in commodo bursali, secus quando agitur de fide adhibenda, tunc attenditur qualitas personarum.*
Factum à maiori parte quando preiudicat minori vers. vnde in pluribus, vt singulis. & quid in pluribus, vt vniuersis vers. in hoc verò cum n. 4.
Socius si solus habitauit totam domum communem an teneatur ad pensionem pro parte communi alterius ver. vnde si plures
Et si esset discordia inter fratres de habitando, & locando quis preferatur ver in tantum. Sic & in silua communi cedula quis preferatur in altercatione si est incidenda, vel ne, ver. sic etiam.
Et an idem sit respectu rei communis si vnus totam fecit colere, & seminare inuito consocio, si tenetur ad fructus pro parte dominij consocio ver. vnde Salyc.
4 *Officialis an possit confirmari finito tempore pro alio sequenti anno reluctante aliquo de regimine, & infra quantum tempus debet se abstinere ab illo, & alio officio & quando est admittendus ver. quod notate.*
Filiorum numerus à quibus oneribus exemptionem prestat patri ver vnde licet.
Vocem suam in capitulo an quis inuitis alijs possit alteri extraneo dare ver sic vnde.
Maior pars quando potest preiudicare minori in eo quod communiter est obtentum per priuilegium, vel per consuetudinem ver. sexto.
Et si extra collegium vellet ratificare id, in quo minor pars concurrit ver adde aliam limit.
Et si vellet committere vices suas certo actu aliquibus de capitulo, an omnium consensus requiratur ver. vel quando.
5 *Et quando statuere quid de nouo quod in damnum singulorum sortiretur effectum vers. nota aliam vltimam & in fine num. 7.*
Maior pars an dicatur quoties committitur explicatio alicuius actus Vniuersitati. & alio solo si ille solus dicatur equalis Vniuersitati ver & illud.
Et ibi quando dicitur maior pars nominis collectiui.
6 *Vocem suam sibi dando an augeat numerum, vt faciat illam partem maiorem concurrentem.*
Maior pars an preualeat in agendo quando fuat electi ab Vniuersitate plures ad aliquod agendum, vers. si. sepè soleat.
Quod maior pars facit, procedit perfectionem, aca per veritatem ver. nam regula.
Maior pars an possit eligere etiam extraneum qui non sit de Vniuersitate, ver. hinc acta.
Et si eligit indignum an valeat electio, vel deuoluatur ad superiorem potestas eligendi, vel iterum alium eligere possit, ver in tantum.
7 *Electio si facta fuit de digno per minorem partem an preualeat electioni de indigno facta per maiorem partem.*
Virtus nobilitat hominem ver prout euenire solet.
Electus si dignior est an praeferendus, & quando dicitur dignior scientia, & nobilitate ibid.
Iuris professor etiã licentiatus an gaudeat priuilegio Doctores ver quo priuilegio.
Creditores qui habent assentire remissioni faciendae si seorsum agunt sine contradictione valet remissio ver. vnde. & an absentes sint requirendi ibid.
8 *Remissio quando afficit absentes creditores. & quando absens sit citandus. & quomodo.*
Citandus an sit quis vbi de eius praeiudicio agitur secundariò ver. & ille de caius,
9 *Remissio non formiter facta afficit remittentes tantum quando de parte debiti agitur, secus si totum debitum vellent remittere, tunc minorem partem non afficit, & num. 10. in fine.*

Et

Et si constaret quod inique talis remissio in partem fierete an noceat ver. & aduerte.

10 *Remissio vt oteretur, debita debent esse vera, & non simmlata, qua simulatio opponi potest per renitentes in remittendo.*

Creditor persuadendo hæredi. vt hæreditatem adeat promittens omnia facturum non potest se opponere in remissione facienda vers. verum.

11 *Remissio maioris partis an afficiat minorem hypothecam habentem.*

Et si omnes sunt hypothecarij.

Et si est priuilegiata an idem sit.

Et quando pactio priuilegio obsit.

Et si sunt creditores pignora habentes, ver & illud.

12 *Creditores minores condemnati ad remittendum an pro solito debito agere possint contra fideiussores. & quando eis prodest.*

Et quando creditores hæredi pactionem seruare non tenentur.

13 *Remissio an procedat quando debitor obijt relictis bonis, ex quibus creditoribus potest satisfieri. Curator hæreditatis quandoque & quomodo dandus sit ibid.*

Appellari an possit à sententia maioris partis creditoris si minor iniquam illam ostendet, & an causam inferere teneatur ver. verum tamen.

14 *Maior pars an præualeat in omni casu quando est dilatio inter creditores, vel solum in tribus casibus notatis in dec. Affl. & in l. c. nu. 17.*

15 *Remittere debitum an possint procuratores. tam publici, quam priuati, actores, curatores, alijq; subministratores, & quando.*

16 *Remissio à maiori parte fieri potest debitori aufugienti. & quando.*

Et si est præsens, vel absens, sed de facili potest conueniri.

Interest debitoris ne eius bona cum infamia vendantur. in fine.

Creditor hypothecarius, in quo differat à creditore in actione personali, & in quibus præfertur illi, versic & in materia nu. 17.

18 *Creditor posterior an possit cogere anteriorem non reperto iusto emptore, vt bona accipiat in solutum.*

Renunciari an possit benef. l. auth. hoc nisi, & an in Ecclesia vers. eo magis.

Et si de style Notariorum apponi solet.

Offerendi ius quod datur alteri an de melioribus, vel talibus competat ver. & illud.

19 *Maior pars quomodo iudicanda sit per prætorem in remissione, & quando plures vnā tantum repræsentant personam, vt tutores plures.*

Tutores an possint remittere, & facere compromissum ibid.

20 *Creditor an possit repetere à debitore id, quod ei remisit, & quando.*

Et si decade factus est soluendo, & si fuit iuratu, vel decreto Iudicis confirmata ibid.

Decoctores sunt de multo genere, & eorum qualitas vers. Beneue. Stracch.

Decoctores quando fiunt, an infames dicantur, quando puniendi, & foriudicari possunt.

Et quando gaudeant beneficio quinquennali, cessionis. & remissionis, & annali dilatione, & sunt faciles ad mentiendum num. 22 ver. & hi, & an torqueri, & quando possunt, ver & hi.

21 *Filiusfamil. mercator ad euitandam carcerem si facit se emancipari, vel mortuo patre repudiat hæreditatem quā adhuc tenetur creditoribus.*

Fraudulenti debitores omni beneficio priuantur ibidem.

Et arguunt fraus quando scientes non esse soluendo debita cōtrahunt, scientes habere creditores. ver. & in fraude.

21 *Fraus an arguatur si res minoris, vel vilioris pretij vendunt.*

Et si possunt reuocari per creditores Et si ad restitutionem pretij tenentur.

Et si pecunia adhuc extat penes venditores.

Et si debitum in diem soluitur anticipatè versi. vel si in diem.

Et si habet priuilegiatos, & soluit alijs, versi. vel aliquibus.

Et si omnia bona, vel maiorem partem alienauit, vel donauerit, & si pluribus vicibus ver. vel si.

24 *Fraus dicitur legitimè probata per coniecturas, & præsumptiones, & quæ dicantur, si per biduum antè decoctionē aliquid agant ibid.*

Filius quando tenetur ad debita materna, vt heres eius in legato illi repudiato si deinde ei successit vers. ad quod notari.

25 *Debitor quando potest repudiare legatum in præiudicium creditoris.*

Frater an possit admittere ad successionem paternam sororem, fraudandi causa creditores ver. & ego habui.

Debitor si postquam emit merces cum illis aufugit an dominus sit effectus, & creditor super illis præferatur anterioris, & quando dicitur dolo emisse, versic. ac similiter.



Ictum est iam de dilatione quinquennali consistente in iustitia, quæ à creditoribus conceditur; ac etiam de dilatione consistente in gratia, quādo à Principe datur, quæ omnes ad tempus conceduntur, & non auferunt iura creditorum, sed tantum differunt, remanet modò videre de ea pactione, quæ aufert iura creditorum non concurrentium, sic de remissione debitorum hoc est quando debitor decoxit, & aufugit mul-
1 torum creditorū numero grauatus, qui pro modo debiti, & numero personarum videntes illum non posse satisfacere, nec conueniri pacti sunt, vt minus soluat, & conuenire, vt certa parte debiti essent contenti, residuum verò acceptum ferentes, alij in minori numero existentes renitentes remictere ad exemplum aliorum concurrere teneantur Iudicis decreto, iuxta l. & suum hæredem §. hodiè cum ll. sequent. ff. de pact. vndè Afflict. in dec. 288. in hoc tres facti species proponit, quarū vnam iam superius explicauimus, scilicet de quinquennali dilatione; Secunda est, quando debitor decessit, & futurus hæres non vult hæreditatem adire, nisi vnusquisque cred torum partem sui crediti remictat, quo casu remictente maiori parte creditorum minor pars remictere tenetur dict. §. hodiè, & l. maiorem ff. eodem, ratio est, quia si dicta remissio partis debiti non fieret, hæres hæreditatem non adiret, & defunctus hæredem non haberet, nec creditores quem conuenirent haberent, quia si non esset minor pars præiudicaret maiori, & impediretur per minorem partē commodum maioris, nam melius est pauca diuidere, quàm in totum perdere, secundum glos. in d. leg. & suum §. hodie, & §. 1. ideò voluit lex, quòd stetur tali remissioni à maiori creditorum numero factæ, renitentibus in minori numero creditoribus.

bus. Et aduerte in hac remissione adhoc, vt pro-
cedat talis remissio, quòd fiat antequàm hæres
adeat hæreditatem, alias minimè obesset minori
creditorum numero remissio facta per maiorem
partem, si post aditam hæreditatem talis fieret re-
missio, cum habeant tunc quem conueniant, se-
A cundum Bal. & Alex. in d. §. 1. (A)

Imò si hæres adijsset hæreditatem cum bene-
ficio legis, & inuentarij, cum habeant quem con-
ueniant, talis maioris partis remissio, minori non
obest, secundum Alexan. in d. §. 1. num. 8. Et non
solum huiusmodi pactio cum filijs post patris
mortem inita valet, sed etiam viuis parentibus,
vt certa parte sint contenti creditores, aduersus
quos post patrum mortem doli exceptio agenti-
bus obest, secùndum Paul. de Castr. Alex. & Iaso.
in l. Iurisgentium §. fin. ff. de pact. Idem iuris esse
dicunt in extraneo paciscente, qui alicuius hære-
ditatem sperat, nec impugnari potest, quod super
hæreditate viuentis pactum sit, absque eius con-
sensu, secundum Iaso. in l. fin. num. 7. C. de pact.

Si verò à filijs viuis parentibus debitoribus pa-
2 ternis liberatio facta sit, ipsis parentibus mortuis
non afficiet, secundum Iaso. in l. filius paciscendo
C. de pact. Et vt valeat talis partis debiti remis-
sio in præiudicium minoris partis renitentium,
oportet vt omnes remictentes in vnum conue-
niant, & cómuni consensu declarent quota parte
debiti sint contenti, nec enim consensus seorsum
& separatim præstitus à maiori creditorum par-
te minori obest; nam cum pactum alijs noceat,
omnes in vnum conuenire debent d. §. hodie, & l.
rescriptum ff. de pact. nam in his, quæ pertinent
ad plures, vel ad singulos, & agitur de preiudicá-
do non consentientibus, requiritur, quod simul
ad id congregati sint, & tunc quod maior pars fa-
cit præiudicat minori, leg. fin. & ibi Bal. in princ.
C. qui bonis cedere possunt; Sed vbi agitur de
præiudicando ipsis consentientibus, tunc sufficit
consensus separatim præstitus l. per fundum ff. de
seru. rusticor. præd. & l. fin. ff. commun. prædio., &
Bart. in l. omnes populi in 3. quest. secunda quæst.
princ. ff. de iustit. & iure glos. & Doct. in cap. cum
omnes de const. Et vbi discordia est inter partes,
tunc requiritur decretum Iudicis, quod facit præ-
ualere illam partem, cui adhæret; vndè si testator
elegerit quatuor exequutores, quorum duo fa-
ciunt vnam electionem, & alij duo aliam, illa
præualet, quę per ipsum comprobatur, secundum
Bald. in l. fin. C. de leg. & l. cum, & magistratibus,
C. quando prouocare non est necesse, & l. viduæ,
C. de nupt. & in l. id quod pauperibus C. de Epi-
scop. & Cleric. Et in ista concurrentia circa æqua-
litatem inter creditores sic remictentes Iudex de-
bet considerare omnia, quæ disposita sunt in ma-
teria concurrentiæ respectù dilationis quinquen-
B nalis. (B)

Et aduertendum est, quòd in casu prædicto nu-
3 merus personarum præualet dignitati, existente
tamen æqualitate creditorum, cum tractetur de
commodo bursali, secus si de fide, vel probatione
veritatis, tunc dignioribus staretur, secundum
Bar. in l. si vni in 3. q. ff. de re iudi. & DD. in cit. §.
hodie; hinc est quod magis creditur duabus personis
Nobilibus, seu in dignitate positis, quàm pluri-
bus alijs rusticis, vel vilibus personis, secundum
Bal. in l. testium pen. col. C. de test. nisi esset mul-
tò maior numerus arbitrio Iudicis l. ob carmen
§. fina. ff. de test. ibi (quanta sit fides testibus adhi-
benda, tu magis scire potes) facit glo. in cap. iniu-
C ria de test. (C)

Vndè in his, quæ sunt communia pluribus, vt
singulis, factum plurium sic maioris partis non
præiudicat minori, fallit tamen fauore liberatio-
nis, vt in materia nostra, & in terminis legis fina.
C. qui bonis ced. poss. de quibus loquuti fuimus
in materia quinquennalis dilationis, vt leg. 1. §. si
plures ff. depos.

Secundò fallit, quando quis vellet vti re com-
muni ad vsum destinatum, tunc potest cęteris in-
uitis, secundum Bar. in l. quod maior ff. ad muni-
cipal. vndè si plures essent socij, qui haberent do-
mum communem pro indiuiso, & vnus inhabi-
tet domum totam alijs absentibus, quod non te-
netur soluere pensioné alijs pro rata, ex quo vti-
tur domo ad vsum destinatum, Paul. de Castr.
Bald. & alij in l. duo fratres ff. de acquir. hæred. &
in l. 1. vbi etiam Ias. & cæteri C. qui testam. face-
re poss. per l. Sabinus ff. com. diuid. & Lud. Rom.
in cons. 168. incip. circa primum, & ego habui in
facto doctrinam illam Castr. & ita cósului, & ob-
tinui, & casum illius l. duo fratres, habui in facto
in Ciuitate Cauæ, & dum causa esset in limine
expeditionis discutiendu merita causæ, ostendi il-
lam legem Aduocato partis, quæ faciebat contra
eum, visa lege acquieuit, & de coetero non inste-
tit pro causæ expeditione, & sic indecisa reman-
D sit, (D) cui adde cons. Bar. 103. in tantum quòd
si esset discordia inter fratres, quia vnus eorum
vellet inhabitare domum communem, alter verò
vellet, quòd locaretur, præfertur ille, qui vult in-
habitare, secundum Bald. in d. l. Sabinus, & ple-
nius per Aret. & Doct. in d. l. duo fratres, secus si
esset hospitium, vel domus communis, quæ con-
sueuerat locari, & vnus vellet locare, alter non,
quia præfertur volens locare, propter vsum desti-
natum, secundum Bald. & Angel. in d. l. duo fra-
tres, & etiam de mente Bart. & Castr. in l. & hæc
distinctio §. cum fundum ff. locat. sic etiam si ha-
berent Siluam communem pro indiuiso, quæ sit
cedua, quod socius inuito socio eam potest inci-
dere, eo quia vtitur ad naturalem vsum destina-
tum l. arboribus §. maius ff. de vsufr. Bal. in cons.
275. p. quod incipit quidam nerius, sequitur Ias.
in l. serui electione §. 1. ff. de leg. 1. Vndè Salyc. in
l. iubemus in 11. col. in princ. per glo. ibi C. de sa-
cros. Eccl. dixit, quod si duo fratres, vel socij ha-
bent communem fundum, & vnus eorum vult,
quod colatur, & seminetur, prout fieri debet, &
est consuetum, alter verò rixosus, & captiosus nó
vult, quod pars sua seminetur, certè si frater pruden-
tior faciat totum fundum colere, & seminare nó
tenebitur in aliquo correspondere de fructibus
fratri, etiam pro parte dominica, tamen glos. ibi,
quam sequitur Bar. tenet contrarium, nota tamé
illud dictum Salyc.

In his verò, quæ sunt communia pluribus, vt
vniuersis, & sic in his, quæ sunt Vniuersitatis, Col
legij, vel Communitatis, quod maior pars facit præ-
iudicat minori l. quod maior vbi Bart. & alij ff. ad

Vniuersitati, vel Capitulo, & hæredibus suis, qđ
vniuersitas habebit vnam vocem tantum, & vnã
aliam habebunt hæredes, secundum Ludo. Rom.
in cons. 89. incip. visa propos. quęst. & sic illud col-
lectiuum totum est pro vna dimidia tantum, &
singularis persona pro alia dimidia, & Angel. in l.
liber homo §. Titius el 1. ff. de hæred. inst. Et ad-
uerte, quod requiritur maior pars illius collecti-
ui sic vniuersitatis simul cũ illo singulari, vt illud,
quod per eos fit habeat effectum, secundum Jas.
in cit. §. hodiè nu. 10. versi. secunda conclusio, vn-
dè non sufficeret dimidia pars nominis collecti-
ui, & cum ea concordaret illa singularis persona,
tunc benè esset maior pars, secundum Abba. in
consi. 68. in 8. colnm. volu. 1. vbi consuluit, quod
si Papa mandat Episcopo Senensi, vt aliquid ex-
pediat cum consulibus capituli, non sufficit, quod
Episcopus cum aliquibus faciat maiorem partẽ,
sed requiritur maior pars ipsorum consulum, &
Ioannes Andr. & Gemin. in c. à collectione de ap-
pellat. in sextò, tenent, quod si Episcopus habeat
secum vnum Canonicum concordem, non præ-
ualet votum suum votis aliorum Canonicorum,
quia habendo vocem vnius Canonici, non habet
vocem maioris partis Capituli, sequitur Abb. in
cap. pastoralis de rescript. in tantum, quod si qua-
6 tuor de Capitulo eligũt vnum de Capitulo, quod
ille electus habet vocem, & confirmando electio-
nem in sui personam factam facit maiorem par-
tem, & præfertur alteri medietati dissentienti, &
sic ille auget numerum, Abb. in c. cum inre peri-
tus de electio Prax. Episcop. in versi. electio §. vl-
tim.

Sæpè solent Vniuersitates deputare quosdam,
quibus datur potestas disponendi, & agendi no-
mine vniuersitatis, licet non dicatur in constitu-
tione ipsorum verbum illud tam per eos omnes,
vel per maiorem partem ipsorum, tamen subin-
telligitur, & sic si non omnes erunt concordes,
sufficit quod fiat per maiorem partem ipsorum
contradicente minori parte, vel absente, secundũ
Bart. quem sequitur Iason l. rescriptum in princ.
ff. de pact. nisi diceretur in ipsorum constitutio-
ne, quod per omnes factum erit, nam tunc non
sufficit, quod maior pars facit; Nam regula quod
maior pars facit, omnes fecisse videntur, procedit
per fictionem, & non per veritatem, & verba
debent propriè, & non impropriè accipi, & illud,
quòd dicit Bart. procedit quandò indistinitè fuis-
set dictum, & dispositum; Hinc nota, quod non
tantum maior pars ipsa Vniuersitatis eligere po-
test aliquem ad officium Vniuersitatis, sed etiam
potest ipsa maior pars eligere vnum etiam, quod
non sit de Vniuersitate, & eidem dare potestatem
eligendi quem sibi placuerit in officio prædicto,
per text. in cap. causam quæ de elect. & ibi Abb.
in 2. notab. dummodò non sit excommunicatus,
quo casu nec eligi, nec eligere posset, vt tradit Ro
ta in decisio. 195. in nouis, & Abb. in cap. illa de
electio. In tantum quod si maior pars Vniuer-
sitatis eligit aliquem ad officium prædictum in-
dignum, scienter tamen quòd de cætero pro illa
vice priuatur facultate eligendi, & illa deuolui-
tur ad minorem partem, vt notat Abba. in cap. 2.
de postul. prælat. in quarto notab. vbi dicit, quod
in materia electionis regula habetur, quod in
aliquibus priuatis potestate eligendi, illorum
potestas deuoluitur ad alios Canonicos numero
pauciores, quia quãdò plures sunt inhabiles, quia
excommunicati, vel suspensi tota potentia Capi-
tuli residet in paucioribus habilibus, licet faciant
minorem partem collegij, quia ipsi repræsentant
totum Capitulum, cum priuati, & inhabiles non
sint computandi in numero, idem Abba. in cap.
fin. de procur. Vndè Abb. in cap. dudum el pri-
mo in versi. vltimo nota de elect. per illum text.
7 concludit, quod concurrentibus duabus electio-
nibus super eadem dignitate, quarum vna est fa-
cta à maiori parte de indigno scienter, alia à mi-
nori parte de digno, venit confirmanda electio
facta à minori parte de digno, etiam si electiones
ambæ factæ sint eodem contextu, & hoc non solũ
in electione Episcopatus, vt loquitur ibi text. sed
etiam in inferioribus, ita Dec. in consi. 542. 2. vol.
prout euenire solet in Ciuitate Potentiæ, vbi Ci-
uitas ipsa habet inter alia capitula facultatem eli-
gendi duos magistros iuratos, dummodo sint de
nobilibus natiuitate, & origines vel Doctoribus,
qui eadem gaudent, & Nobiles iudicantur, ex quo
virtus nobilitat hominem, Bal. in l. prouidendum
C. de postul. & si omnes sint æqualis scientiæ, vel
Nobilitatis, tunc præferendus est is, qui est de me
liori sanguine, secundum Bal. in l. nemini in fine,
C. de aduoc. diuers. iudici. Quo priuilegio non
gaudet Iuris Professor, etiam quod sit licentiatus,
secundum Dec. in l. cum quid in 3. nota. ff. si certũ
pet. & de Franch. dec. 101. & Comes illius Ciuita-
tis debet electum à maiori parte confirmare, de
qua electione, & creatione loquuntur Capitula
Regni Incip. Ad Quietem, & Item statuimus, si
modò maior pars Vniuersitatis eligit aliquem in-
dignum, vt excommunicatum, vel alio defectu
notatum, ad quod eligi non poterat, de quo supra
& minor pars eligit alium eodem contextu di-
gnum, quòd debet confirmari à dicto Comi-
te electus dignus per minorem partem, & non
iterum fieri aliam electionem, secundum Dec. in
cit. consi. 542. Et ego dum essem Potestas in dicta
Ciuitate in anno 1585. magna fuit altercatio inter
dictam Vniuersitatem, & Dominam Comitissã
circa talem electionem in electione officij prædi-
cti in personam V.I.D. Ioannis Mariæ Thadæi. &
illius della Porta, qui erat Iuris tantum professor,
& iam fuit prælatus ipse Thadæus rationibus p̄-
dictis; Vndè ad materiam nostram dico si omnes
creditores in tali remissione seorsum assentirent,
nec esset qui contradiceret sufficeret, secundum
glos. Paul. de Castr. Iaso. & alios in citat. l. rescri-
ptum, vbi absentes creditores requirendos esse,
propter l. si in tres ff. de arbitr. & sic Vniuersitas
non potest facere statutum, quo ligantur singuli
ciues, nisi omnes, & singuli consentiant, adeò qđ
maior pars Vniuersitatis non sufficeret, Crauett.
de antiquitat. temporis quarta parte num. 29. cap.
E 318. (E)

Et connumeratur in numero concurrentium
8 absens, qui suasit se consenturum, secundum glo.
in leg. apud celsum ff. de doli exceptione, & sic vt
præiudicet absentibus, quod maior pars facit præ
sentium circa talem remissionem, oportet saltim

quod tales absentes citentur, quia secundum Bar.
fortè eorum præsentia traheret alios ad suam sen
tentiam, l. sicuti ff. de arbit. & ille de cuius præiu-
dicio agitur semper citari debet l. de vnoquoque
ff. de re iudica. & hæc est communis sententia, se-
cundum Ias. ibi; licet Paul. de Castro, & Angel. ibi
contrariam sententiã teneant, quia quando actus
potest fieri aliquo præsente inuito, certè potest fie
ri eo absente, & ignorante, & non citato leg. 1. in
princip. ff. de fideicomm. libert. Nec illius requiri-
tur citatio, de cuius præiudicio principaliter non
agitur, licet in consequentiam sic, secundum glo.
secundam ad finem, in d. l. de vnoquoque. Tamen
non recedendo à communi opinione dico, quod
adhoc, vt actus, & sententia valeant requiritur ci-
tatio, saltim per generalia proclamata, licet in
consequentiam tractetur de eius præiudicio, se-
cundum Hyppo. in cit. l. de vnoquoque nu. 17. ex
F mente Alex. ibi. (F)

Et hæc maior pars remictentium consideran-
9 da est, prout in materia dilationis quinquennalis
explicauimus, & melius Benuen. Stracch. in tract.
de decoctor. in 6. part. num. 7. vndè oportet, quod
simul congregati eorum voluntatem declarent,
quia tractatur de præiudicio alterius non con-
sentientis, secus autem si tractetur de præiu-
dicio solum ipsorum consentientium lege per
fundum ff. de seruitut. rustic. prædior. & per Bar-
tol. in leg. omnes populi in secunda quæstion.
princ. vers. tertio quæro dixi omnes ff. de iustit. &
iure, & Alex. in d. § hodiè in princ. vbi etiam tan-
git quid de consensu præstãdo ab illis de Vniuer-
sitate, an possit separatim præstari, & per Doct. &
glos. in cap. cum omnes de const. & verum est, q
dicitur in remissione partis debiti, secus verò si
maior pars vellet remictere totum debitum, quia
non posset in præiudicium minoris partis non
consentientis, secundum Bald. & alios in d. §. ho-
die, tenet glos. in cit. l. rescriptum in princ. in ver.
creditor, quia cessat in illo casu ratio legis cum
pater §. dulcissim. ff. de legat. 2. & Afflict. in citat.
decisin. 288. num. secundo, Roman. singul. 101. in-
cipien. creditores, Add. Bart. in l. maiorem ff. de
pact. Et aduerte, quod illud, quod dictum est de
remissione partis debiti facta à maiori parte cre-
ditorum in præiudicium minoris partis, non ha-
bet locum, quando talis remissio continet mani-
festam iniquitatem, vt quia hæreditas est benè sol
uendo, & locuples, quo casu nõ afficit, secundum
Barto. in l. g. fin. in vltim. column. ff. de appell. re-
cipiend. & Alexand. in dict. §. hodie num. decimo
quarto, ff de pact. vel si dicta maior pars solidum,
& totum remicteret, quia totum remictendo cõ-
stat vtiliter non agere, secundum Bal. Ias. & alios
in cit. §. hodie.

Necesse enim est, quod horum remictentium
10 credita sint vera, & non ficta, secundum Angel.
in consil. 213. in tantum, quod si debitor in frau-
dem contraxerit debitum simulatum ad istum
finem, vt posteà creditor ipse pacisc atur cum
filijs suis, ne lacerentur à creditoribus, quod non
consentientes poterunt opponere de simulatio-
ne, secundum Bald. in dict. leg. & suum §. secundo
in fine.

Verum in numero maioris partis creditorum
connumeratur is, qui hæredi non aliter adituro
suaserit, vel hæreditatem adeat asserens se omnia
facturum, dummodò alij in remictendis portio-
nibus debitorum consentiant, ex quo suadendo
mandauit, vt adeat, si demum pactioni se oppo-
nat repellendus est doli exceptione l. g. apud cel-
sum cum glos. ff. de doli exceptione, Bald. & Paul.
de Castr. in citat. §. hodie, & leg. fin. & leg. si lega-
rarius, ff. de dolo; Et dictam dispositioem §. ho-
die vt dixi, intellige tantum habere locum quan-
do pars debiti remictitur, & non totum gratis re-
laxatur, quia tunc ambitiosa esset remissio, se-
cundum Doctores ibi, & Ludouic. Roman. in
G sing. 89. (G)

Nec huiusmodi pactio à maiori creditorum
11 parte facta minori hypothecas habenti præiudi-
cat, cum habeat quem conueniat l. rescriptum §.
vbi Doctor. ff. de pact. & Hostiens. in rubric. de
cessione bonorum versicul. sed si plures; ve-
rum si omnes creditores hypothecam habe-
rent pactioni maioris partis standum esset, se-
cundum Afflict. decisio. 288. sicut etiam constitu-
tum est talem maioris partis pactionem obesse
minori habenti priuilegia dict. leg. rescriptum,
vbi ait Iurisconsultus cæteros priuilegiarios cre-
ditores exemplum maioris sequi oportere, quod
verum Iacob. Butr. intelligit in remictendo, si ve-
rò dicitur an pactio obsit priuilegio, & nõ obesse
dicendum est l. si præcedente §. Lucius ff. mand.
præferendi sunt igitur priuilegiati creditores in
eo, quod solui debere conuentum est, cuius sen-
tentiam sequitur Strach. in tract. de decocto. in
6. parte fol. 137. & Doct. in d. l. rescriptum, quod
iniquum videtur, cum non tendat ad communẽ
vtilitatem, sed tantum in damnum priuilegiati
videntur paciscentes esse suspecti, nam pone, qd
hæreditas sit soluendo in centum, & creditor pri-
uilegiatos debeat habere centum, iniquum vide-
tur, quòd alij creditores non priuilegiati, & sic
qui excluderẽtur possint eis præiudicare, imò de-
beret esse totum contrarium, & tamen lex sic di-
sponit, quæ nam sit ratio differentiæ, quod maior
pars præiudicat minori, etiam priuilegiatæ, non
tamen habenti hypothecam, dicimus quia pacta
præsentium prodest etiam absentibus priuilegia-
tis, vt habeant quem conueniant, vt d. §. hodie, ha-
bentibus autem hypothecam nihil prodest, quia,
& si nullus esset quem conuenirent agerent hy-
pothecaria contra tenentes bona, secundum Bar.
in citat. l. rescriptum in fine; Et illud, quod dici-
tur de creditoribus habentibus hypothecam pro-
cedit etiam in creditoribus habentibus pignus,
cum eadem ratio, quæ militat in vno, militare di-
citur in alio, secundum Bart. in cita. l. rescriptum,
& Iaso. in d. §. hodiè versic. quarto limita num. se-
cundo.

Et licet vera sit conclusio remictente maiori
12 parte, remictere teneatur, & minor, non tñ tunc
minor pars impeditur agere ad solidũ debitum
contra fideiussores pro eorum debitoribus obli-
gatos l. si præcedente §. primo, ff. mand. quoniam
creditores, qui non consentierunt habent quem
conueniant, scilicet fideiussorem, sequuntur Ale-
xand. & Iaso. in citat. §. hodiè, Franc. Crem. in sin-
gul. 21.

Ve

Verum si creditores pactioni consentijssent, qui tunc assentijsse videntur, si hæredes iuxta pactiones factas conuenerint, tunc exceptio, quæ hæredi datur, fideiussori competit d.l. præcedente §. Lucius ff. mand. Aduerte tamen, quòd hæres non obseruans in totum, vel in partem conuentiones initas cum maiori creditorum parte, iuxta d. §. hodie, creditores ipsi pactioni stare non tenentur, quia frangenti fidem, fides frãgatur eidem, arg. l. quæro §. inter locatorem ff. locat. Cast. in cons. 179. in 2 p.

Et aduerte quod tunc demum minor pars as-
13 sentire cogitur, quandò defunctus obijt, & bona non reliquisset, quia tunc non haberent, quem conuenirent, meritò lex fauet huic remissioni, vt hæres adeat, & sic habeant quem conueniant, sed si testator bona dereliquisset, quæ bona reperiuntur, & creditoribus nota sunt, pactum maioris partis remittentis, minori dissentienti non obest, illa namque fuit ratio concedendi remissionem, vt habeant quem conueniant, modò bonis defuncti constitui potest curator, vt not. Accursius in leg. prima, ff. de curat. bonis dand., ad quem constituendum seruanda sunt, quæ not. Capyc. in decisio. 87. ad finem vendendi bona, vt creditoribus satisfiat, & sic cessat ratio, quare fiat remissio, cum aliter prouideatur creditoribus, secundum Strach. in dict. tracta. de decocto. in 6. parte nume. 18.

Verum tamen est, quod à sententia maioris partis creditorum si euidenter esset iniqua, & minor pars iniquitatem ostenderet per eos appellari poterit, & in appellatione manifestæ iniquitatis causæ inseri debet, vt quia hæreditas est locuples, vel quia factum est odio aliorum, secundum Barto. in l. fin. num. 7. ff. de appellat. recipiend. & subiungit propter prouocationem maiorem partem creditorum prohiberi vlterius aliquid attentare, sequuntur Castr. & Alexand. in citat. §. hodie; Et nota dispositionem dictarum ll. maiorem, & §. hodie non solum locum habere in casibus signãter positis in illis legibus, verum etiam in omni
14 alio casu, in quo inter creditores est concertatio qualiter super bonis debitoris in solutione cessantis credita consequi debeant, eo quòd debitor soluendo non est, secundum gloss. & Angel. in l. prima, ff. de priuileg. creditor. quod vbicumque certant inter se creditores, quid de bonis debitoris in solutione cessantis agendum sit, semper humaniori creditorum sententiæ standum est, quæ autem dicatur humanior sententia, ibi glos & Angel. de cuius dicti veritate inferius declarabi-
H mus. (H)

Numquid autem procuratores priuatorum
15 cum libera, vel publici, tutores, & curatores, alijque administratores, de quibus supra in materia quinquennalis dilationis possint hanc remissionem facere, prout concedere potuerunt, & possunt prædictam quinquennalem dilationem, recurrendum est ad Dec. in l. pactum curatoris C. de pact. & Iaso. in l. præses C. de transact. qui licet debitum liquidum remittere non possint, tamen quando est dubium, & intricatum tunc possunt transigere, & per viam transactionis remittere, nam quando debitum non est liquidum remittere non est dare, sed potius transactionem facere, & ideò transactio fieri potest, ita etiam possunt, quando est necessaria remissio prout hic; Item & propter paupertatem debitoris, vel quando maior esset impensa in exactione, quam vtilitas in exacto, vt notat Iason, & Decius in locis ci-
I tat. (I)

Tertia namque species est, secundum Afflict.
16 quandò debitor aufugit, adeò quòd facultas non datur creditoribus ipsum conueniendi, nec eius bona reperiuntur, in qua specie ait, si debitor vult reuertere, & petit sibi à creditoribus partem debiti remitti, aliter non vult redire, maiori parti creditorum debent stari, reiecta recusatione minoris partis, interest enim creditorum, vt reuertatur, & habeant quem conueniant, secundum Alexand. Iason, & alios in citato §. hodie, prout in secunda specie, quando hæredi futuro talis fit remissio, æquitatis enim ratio in vtraque specie similia suadere videtur l. fin. C. ad leg. falc. Strach. in citat. tracta. de decoct. in sexta parte, num. 6. vet. secunda species.

Et sic quæ dicta sunt de remissione facta futuro hæredi, intellige procedere etiam in debitore fugitiuo, dummodò talis fugitiuus sit absens, nec posset ibi commodè conueniri, & tunc procedit, & habet locum id, quod disponitur in futuro hærede ex identitate rationis, vt habeant quem conueniant; Sed si principalis debitor esset præsens, vel absens, & posset ibi conueniri, cũ cesset ratio prædicta, cessare debet, & eius dispositio, cum proindè permittatur hoc, vt habeant quem conueniant, quo persistente, cessat dispositio maioris partis, cum omninò talis debitor sit obligatus, & sic habeant quem conuenire possint secundum Bald. Saly. et. Angel. Paul. de Castr. & alios in citat. §. hodie, & hãc esse communem opinionem dicit ibi Iason; nam ea ratio, quæ militat in hærede ante aditionem, militat etiam in debitore viuo, nam interest creditorum, vt debitor reuertatur, & sic habeant quem conueniant, item etiam interest etiam ipsius debitoris, ne bona eius cum infamia distrahantur, iuxta §. primum
L Inst. quibus ex caus. manumitt. non lic. (L)

Dubitari etiam contingit si dispositio leg. fina.
17 C. qui bon. ceder. possunt, & l. maiorem ff. de pact. habet locum, & procedit non tantum in casibus ibi contentis, sed etiam vbicumque est concertatio inter creditores qualiter consequi debeant eorum credita super bonis debitoris cessantis, eo quòd debitor non est sufficiens; & licet Angel. in leg. prima, ff. de priuileg. creditor. sit in opinione leges prædictas habere locum vltra casus in dict. ll. compræhensos in omnibus casibus, in quibus esset concertatio inter creditores prædictos qualiter esset eis prouidendum super bonis debitoris decocti pro solutione eorum futurium, quo casu dicit humaniori sententiæ creditorum tunc standum est, cæterum si nulla inuenitur humanior sententia, & omnia sunt paria, standum est iudicio cognatorum, qui creditores sint, & si nullus est cognatus, standum est iudicio eius, cui maior pecunia debetur, iuxta d. l. maiorem, &

dict.leg.fin. & Benuenut.Stracch.in citat.tractat. nume.21. & sic extendit casus illarum legum ad alium casum; Contrarium tamen tenent ibi Doctor. vt Bartol.Bald.& Iacob.de Aren. asserentes opinionem Angel.iure non probari, & sic sine lege loqui, & dictas leges loqui in casibus specialibus, & non esse extendendos ad alios casus, & contra Angel.loquitur Raphael Cum. in citat. lege prima,& text. d.leg. maiorem esse exhorbitantem,cum in his, quæ spectant ad singulos, vnus non præiudicat alteri, sequitur Alexand.in leg. secunda,C.de pact.per gloss.ibi in fine, & ita refert Afflict.in decisio.188.dixisse Sacrum Consilium dispositionem dd.legum fin. & maiorem non habere locum in alijs casibus, quam in illis legum prædictarum, cum qua dec. tenet Decius in cap.cum omnes in tertia fall. de Constit. & licet in alio casu,vt supra sit seruata dispositio dict. leg.final. in eotantum seruata est, quia nullum damnum affert creditoribus, & si opinio Angel. procederet haberet locũ in creditoribus in actione personali,de quibus legibus titulus loquitur, prout dicit Alberic.in rubric. illius titul. qui creditores in actione personali egent iuris priuilegio,non autem in creditoribus anterioribus in actione hypothecaria; Et in materia concursus creditorum in beneficium debitoris maxima est differentia inter creditores hypothecarios,& personalem actionem habentes, prout in dict.lege maiorem disponitur, quæ non procedit contra creditores hypothecam habentes,leg. rescriptum ff.de pactis,vt refert etiam Iason in leg. iurisgentium §.sed hodie in tertia limit. ff.de pact. quia creditori cum hypotheca, etiam quod secundi essent hypothecarij in omnem euentum præceteris esset satisfaciendum,quod non procedit in creditoribus in actione personali, inter quos non datur prælatio,nisi quatenus lex eis tribueret, inter quos seruatur dispositio l.pro debito C.de author.iudic. possid.& quamuis in materia text. dictę l. fin.C.qui bonis ceder. possunt,non sit differentia inter creditores cum hypotheca, & in actione personali, quia etiam hypothecarij compelluntur ad concurrendũ in dicta quinquennali dilatione, vt suo loco explicauimus, illud procedit,qa creditor hypothecarius in modico lęditur, vt dicit Salyc.ibi post Bart.in d.l.rescriptũ in fin.

Vndè fuit dubitatum in Sacro Consilio, an
18 creditor posterior hypothecarius in minori summa postquàm non reperitur iustus emptor bonorum debitoris possit cogere creditorem anteriorem etiam hypothecarium in minori tamen summa, vt pro iusto pretio bona dicti eorum debitoris in solutum accipiat,vt sic, & ipse possit suum creditum posterius consequi exemplo dictarum legum final. & maiorem, & ex prædictis fuit decisum non habere locum, Eo magis quando adest renunciatio dict.authen. hoc nisi C.de solut. cum iuramento secundum Vincentium de Franch.in decisi.82. cuj beneficio tam renunciari potest cum iuramento, secundum eum ibi, & Pedamont.decisio.153. in Nouiss.Carocius in tractat.de oblation. quæstion.secunda, vbi limitat dictam dispositionem non habere locum in Ecclesia,quæ non seruata forma dict.authent.potest offerre rem non meliorem, allegat Bartol. in auth.hoc ius porrect.in fi. C. de sacros.Eccl.& alias singulares adducit ibi limitationes ad d. auth. vt non obstante ét renunciatione opponi possit, quã renunciationẽ Notarij hodiè vbiq; quasi de stylo apponunt in contractibus, & illud ius offerendi quando datur,nõ debet,nec de melioribus,nec de vilioribus, sed de mediocribus arbitrio boni viri, Bar.in l.quotiesnu. 2.ff.de opt.leg. & Vinc.Caroc. in cit.loco q.3.vbi in hac materia similia adducit quæ namque requirantur, adhoc, vt sit locus dispositioni d.auth. hoc nisi,vide benè Vinc.Caroc. in cit.loco quæst. 10.

19 Et hac res commissa est prætori,qui sciat maiorem creditorum partem pro modo debiti, non pro numero personarum, vbi enim æquales creditores sunt in cumulo debiti plurium creditorũ numerum præferendũ esse,& in pari creditorum numero eius authoritatem sequatur prætor qui dignitate inter eos præcedit, & voces etiam creditorum consanguineorum præferat, secundum Doct.in d.l.maiorem ff.de pact.at vbi omnia vndique in vnam æqualitatem concurrunt, prætor humaniorem sententiam eligat; in qua materia si plures sint, qui eandem actioné habeant, vnius loco habendi sunt, sic & plures tutores vnius pupilli loco vnius habentur,ita & vno tutore plurĩũ pupillorum d.l.maiorem, qui similiter gratis pactum debiti remittere possunt summa cum ratione constitutum est,quoniam necessitate,& lege permittente faciunt,vt habeant quem conueniãt, secundum Alex. & alios in l.si plures ff. de pact. sicut dicimus in compromisso, quod fieri debet vigore statuti, quod per tutorem fieri potest absq; decreto, secundum Doct. vt Alex.& alij in l.fin. C.de in integr.rest. & Cauens.in Pragmat. incip. Modia litium. (M)

20 Hinc quæsitum est si creditor habens malũ debitorem remisit ei partem debiti, vt reliquũ sibi soluat, an eo casu talis sit creditor possit repetere id, quod remisit per cõditionem ob turpem causam, & dicendum videtur quòd sic, prout refert Lud.Rom. in l.fin.ff.de condict.ob turpem causam, sequuntur ibi Alex.& Ias.quia remittere dare est, & summè notat contra istos homines, seù mercatores fallitos, quibus dum essent mali debitores, eorum creditores remittunt partem debiti, vt reliquum habeant, & Hyppol. in sing. 432. & Boer.in decis.215.num.9. vbi dicit, quòd pacta facta cum istis fallitis super pecunia oblata non valent, quibus non obstantibus possunt creditores totum exigere, si appareat ipsos esse soluendo, Roman. tamen in consil.404. ait contrarium esse verius, & dum quidam decoxisset, & locupletior factus cum creditoribus conuenisset, vt modico præsenti contenti creditores, quod reliquum erat pacto remitterent, ratam pactionem esse, & mouetur per text. in l. si intra ff. de pact. vbi pactus erat creditor si intra diem dictam debiti partem soluisset debitor, acceptum illi residuum ferre,& ex pacto, non actionem, sed debitori exceptionem competere Iurisconsultus ait, Beneuen.Strach.in tract.de decoct.in 6.part.in princip. concordando opiniones sic distinguit, quòd aut pactum fuit factum per gratificationé,

aut

sunt verò per extorsionem, & sic constituit differentiam inter pactum gratuitum, & extortum, ex mente Bald. in d. l. si intra, idest si debitor recusat aliquid dare, vel facere, nisi sibi aliquid detur, vel remittatur, & tunc condictioni, ac repetitioni locum esse respondit, ex d. l. fin. de condit. ob turp. caus. & in isto casu procedant dicta Ludou. Rom. Alex. & aliorũ supra citatorum, quia decoctores malum genus debitorum est, & à creditoribus plerumque pactum liberationis residui solent extorquere; Si verò debitor non recusabat gratis soluere quod debebat, & creditor sponte, & ex mera voluntate residuum remisit, rata sit pactio, & de hac specie loquitur Roman. in cit. consil. cum debitor locupletior factus, pactus esset: Et si Iudicis decreto pactio prædicta firmata sit, facile credimus per gratificationem, non autem extorsionem liberationis residui pactionem initam propter præsumptiones, quæ ex Iudicis decreto oriuntur, de quibus per Hyppol. in singul. 438. & iuxta notata per Roman. in fine dicti consil. & idem dicit si liberationis pactio iurata sit, quod idem Roman. notauit ibi, & in ambiguo voluntatem iuratam ad solidi liberationem porrigi, vt audiri contra decoctores creditores vlterius non possint, cum iuramentum faciat valere actum omni meliori modo, quo valere potest, l. cum pater §. filijs matrem ff. de leg.
N 2. & Hypp. in sing. 415 (N)

21 Sciendum tamen est, quòd horum decoctorum, quos vulgus fallitos appellat, alij sunt, qui fortunæ vitio decoxerunt, & hi ne dum infames non reputantur, vt not. in l. debitores C. ex quibus caus. infamia irrog. sed etiam alijs gaudent legum beneficijs, postquam non ipsis, sed fortunæ imputandum est, cum iniquum, & iniustum sit talem à fortuna vexatum puniri, argum. l. diuus ff. de officio Præsid. alij sunt decoctores, qui suo vitio, vel partim suo, partim fortunæ decoxerunt, & tunc siquidem sunt publicæ pecuniæ decoctores, fraudemque in decoctione admiserunt puniuntur pœna statuta in l. quilibet C. de decur. lib. 10. vndè Inuictissimus Carolus Quintus Romanorum Imperator, nouellam edidit Pragmaticam incip. contra attem, qua statuit contra Bancherios, & Numularios denegantes deposita deponentibus restituere, nam si se absentauerint, & per sex dies latitauerint, debent citari in domibus, in quibus habitare solebant, & si citati per alios sex dies latitauerint, & non comparuerint, & suis creditoribus non satisfecerint in pœnam mortis naturalis incurrant, & elapsis dictis sex diebus post citationem potest, & debet contra eos procedi ad foriudicationem nullo alio tempore expectato, & debent publicari pro foriudicatis per loca solita; Si verò non publicæ pecuniæ, sed priuatorum creditorum, & qui fraudem in decoctione admiserint pœna est, vt mercaturæ officium vlterius exercere non possit, l. si aliquid C. de suscept. præpos. lib. 10. Et si aufugiunt cum re, quia sic contrectando faciunt furtũ, & idem si cum re, quæ aliquando, vt quis cum pecunia ad numerum deposita, vt faciunt Numularij, secundum Bald. in l. à procuratore in fine C. mandat. aut aufugiunt absque rerum alienatum, vel quasi asportatione, & ista fuga non mala, sed quædam latitatio dicitur, & hi decoctores, qui eorum vitio decoxerunt sunt infames, & more antiquissimæ legis deberẽt tradi creditoribus laniandi, vt inquit Ioannes Baptista de Sanctoseuerino in tract. de debitore suspecto, & fugit. colum. vlt. in tantum, quòd propterea non videntur beneficium cessionis habere, quod est miserorum subsidium, non autem præsidium dolorosum, & Bald. in cons. 400. lib. 5. & Bald. sententia procedit in eo decoctore, qui bona ita disperdidit, vt recuperari non possint, cum enim bona dolo malo alienauerit, adeò vt inueniri non possint indignus est legis beneficio, quia in legem commisit, l. sed si ex parte §. interdum ff. quod cum eo, Baldus in l. 1. num. 8. C. qui bonis cedere poss. Boer. in decisio. 349. vbi subdit neque gaudere quinquennali, aut annali dilatione, & de isto decoctore intellige, quæ supra dicta sunt; Vndè filiusfamilias mercator,
22 qui vt euitet carceres solet se emancipari facere à patre, vel eo mortuo repudiare paternam hæreditatem, secundum Castrens. & alios in l. 2. ff. quod cum eo, si tamen talis filius decoxisset, & fraudem in decoctione admisisset indignus est, & cessionis beneficio, & l. 2. ff. & C. quod cum eo; cessant enim huiusmodi beneficia in his, qui sua culpa non soluendo facti sunt propter fraudem, l. sed interdum in fine, & l. eum qui ff. quod cum eo, & Paul. Paris. in consil. 144. volum. 1. & hi decoctores vocantur fraudatores, facilesque sunt ad mentiendum, & colludendum; Boer. decisio. 215. & Bald. in citato consil. dicit quòd hi faciles sunt ad mentiendum, adeò vt extra gregem bonorum virorum hoc genus hominum esse pœnitus ostendit, & hi tanquam infames, infamia saltem facti à dignitate repelluntur, vt l. 2. C. de dignitat. & per ea, quæ habentur in l. fratres C. inoffic. testament. glos. & Doctor. in l. nullam C. ex quibus causis infamia irrogatur; & hi cum sciant se decoctores esse, fallaces efficiuntur, & maria, & montes promittunt, & asserunt se habere vt promptius eis pecunia credatur, vndè quicquid ab ipsis sic gestum est dolo malo factum est, de dolo danda est actio, l. falsus §. si quis ff. de dolo, & hi mercatores falliti cessantes, & fugitiui possunt torqueri, vt indicent pecunias eis datas ad mercandum, quas nunc habere denegant, illasque perdidisse, & subtractas fore dicunt, vt dicit Paris de Put. in tractatu syndicat. in verb. tortura versic. an principalis in ciuili causa, & Hyppol. in l. diuus colum. 1. ff. de quæstionib. & est ratio, quia omnis coniectura crescit contra fallitos, qui ad mentiendum faciles sunt, & infamissimi, vt inquit Ioannes Baptista de Sanctoseuerino in loco citato; Et in fraudem fecisse hoc ipso probatur, quòd ab ipsis gestum est, eo ipso, quòd debitor scit se habere creditores, & scit sua bona non sufficere, quæ in facto proprio arguitur scientia, l. quenquam ff. ad vell. & modus sic probandi habetur per Bart. in authent. sed cum testator. num. 5. C. ad legem falcid. & in l. si quis cum haberet ff. quæ in fraud. credit. & §. in fraudem cum §. sequ.

& ibi

& ibi glos.inst.quib.ex cauf.manumiss.non licet.
Vndè disposita, & contracta per hos in fraudem
creditorum,quæ modo prædicto probatur,& ar-
guitur datur reuocatoria,taliter,quòd si hi deco-
ctores merces data opera viliori distrahunt, vel
23 alias res viliori pretio vendunt alicui, qui frau-
dem non ignorauit possunt per creditores reuo-
cari,etiam si pretium non restituatur, verum ta-
men est,quòd si pecunia extat pœnes decoctores
venditores in esse,Iudex restituere iubebit l.si de-
bitor,& l.sequent.ff.quę in fraudem creditorum.
Vel si in diem debitum de præsenti soluunt gra-
tificando creditori,quia in tempore fit etiam fra-
uus,datur reuocatoria l. ait prætor §.si cum in diē
ff.eodem,& l.omnes §.fi.ff.eodem; Vel aliquibus
creditoribus ad suum consequendum soluunt,cū
alios magis priuilegiatos habeant,retractatur so-
lutio, secundum Castr.in l.summa cum ratione,
num.6.ff.de pecul. Vel si omnia eorum bona,vel
maiorem partem alienant,dolum, & fraudem
præsumi ait Iureconsu.in l.omnes §.lucius ff.quæ
in fraud. siuè insimul, & semel, siuè interpellatis
vicibus,Iaso.in §.item si quis in fraud.nu.34.inst.
de act.vel si omnia,vel partem bonorum donaue-
rit in fraudem futurorum creditorū, Paul.Paris.
in cons.70.vol.4.

Et ad probandas has fraudes, præsumptiones,
24 & coniecturæ pro legitimis probationibus ha-
bentur, Iaso.in cons.141.volum.4.Boer.dec.215.
vndè si per biduum, vel triduum ante decoctio-
nem, vel generant quid fraudationis causa, vel
contrahunt,in fraudem præsumitur, vt not.Cast.
in d.l.summa cum ratione, & per Barto. in l.post
contractum ff.de donat. Bald.in consil.400,vol.1
ad quod notari potest,quod dixit Alexan. & post
eum Iaso.in l.si mihi,& tibi in fine princip.ff.de
legat. primo, dum quidam testator fundum le-
gasset vxori suæ,& filium instituerat,qui filius de
indè etiam matri hæres extitit, cumque mater
mole debitorū prægrauata esset, filius matri suæ
legatum factum fundi repudiauit, vt ab eo cre-
ditores matris excluderet,idque legatum filius,vt
patris hæres retinuit,dixerunt repudiationem te-
nere,dico autē,si filius est hæres matris, & sic re-
pudiat legatum, nonne tamquam matris hæres te-
neretur creditoribus maternis? nisi diceres ibi fi-
lium hæreditatem maternam cum beneficio leg.
& inuentarij cæpisse,vide Alex.in cons.113.vol.5.
sed an procedat eo casu talis repudiatio in præiu-
25 dicium,& fraudem creditorum hypothecariorū,
ad l.qui autem ff.quæ in fraud credit.vide Neguſ.
in tract.de pignor.in 2.par.5.membr.nu.13. & de
Franch.dec.14. & dec.101. & ego habui de facto
dum quidam frater ad finem excludendi eius hy-
pothecarios creditores admisisset sorores ad suc-
cessionem paternam à qua excludebantur vigo-
re Const.Reg.In aliquibus, dum ab intestato de-
cessisset pater,cui beneficio statuti iam posse fra-
trem renunciare ad beneficium sororis non du-
bitabatur, ex Bald. doctr.in l.maximum vitium
C.de lib.præteritis, quia creditores erant hypo-
thecarij; Proindè fuit dubitatum de tali admis-
sione,& nō fuit decisum; Ac similiter euenit mihi
in Ciuitate Cauæ, dum quidam mercator iam
fugiendi consilium iniuisset,merces ab alio emit,
qui habita fide de pretio eas ei tradidit,præsumi-
tur enim præcedentem dolum causam dedisse fi-
dei habendæ de pretio, vndè perindè habetur, ac
si fides non esset habita,& sic dominium merciū
non dicitur translatum in emptorem,vndè sequi-
tur cum dominium non sit translatum in empto-
rem in mercibus illis,venditor cæteris creditori-
bus præfertur,secundum Bald. & Salyc. in l. pro
debito C.de bonis auth.iudic. possid. Alex. & alij
in l.si cum dotem §.si mulier ff.solut.matr. & di-
citur mercatorem consilium fugiendi iniuisse, si
hoc coram aliquibus dixit l. fulcinius §. quid sit
autem latitare in glos.in vers. animus ff.ex quib.
caus.in possess.eatur, vel etiam ex vicinitate con-
tractus,& fugæ,vt quia mercator fugitiuus hodiè
fugit,& heri merces emit l.si ventri §. in bonis ff.
de priuileg.credit.& de isto mercatore fallito ali-
qua per Marant.in suo spec.in 4.par.9.distinctio.
O nu.126.(O)



DE CESSIONE Bonorum.

TITVLVS QVARTVS.



SVMMARIVM.

1 Cessio bonorum qua de causa fuit introducta & n.2. & 3.
Debitor antiquitus non soluendo effectus quomodo creditoribus addicebatur ibid & nu.2. hodiè qualiter tenetur.
2 Creditor de divitiis vendergui non debet, sic debitor non debet esse nimis delicatus.
Debitor an possit offerre creditori bona sua ad finem se liberandi ver. hodiè verè, & quando ibid.
3 Egestas dicitur infortunium societatis humanae, & eius causa cessio fuit inducta, & duplex dicitur, ut ibi.
Alimenta an possint denegari debitori consumenti eius bona in ludis, & alijs ver. & prinde.
4 Cessio bonorum quid sit.
5 Et ut valeat debitor debet agnoscere debita, & confiteri quantitatem vel parti se legitimè condemnari.
6 Et duobus modis dicitur debita agnoscere, & ante agnitionem inuito creditore non est admittendus ibid. sed eo volente, sic.
Et si negauit à principio, & posteà fuit confessus, etiam postquam fuit conuictus quando admittitur vers. & si negauit.
Exceptio cessionis bonorum an possit in executione opponi ibid & ver. nisi, ubi si sunt tres sententiae conformes.
Et an possit in causa appellationis opponere, si in illa confitendo debitum possit gaudere, ver. nisi.
7 Cessio bonorum antequam fiat debent vocari creditores, & quomodo formatur, & qui sunt vocandi, & à quibus bonis liberat cedentem ver quod autem.
8 Praxis qualiter hodiè seruetur quando fit cessio ista, & si omittitur, nulla est.
9 Et qualiter debitor bona sua debet creditoribus assignare, & ostendere, & num. 10. tam iure hodierno per nouellam Pragmat. quam de iure communi, & an idem si creditores non instant, & si dicatur nulla illa omissa, & nu. 10. ubi de expletione actus faciendi si est necessaria, & si possit omitti.
11 Debitor cedens bonis tenetur praestare cautionem si potest de soluendo si ad pinguiorem deuenit fortunam.
12 Cedere bonis an possit Iudeus, an filijfamil. an foemina.
Filijfamilias quando creditoribus possunt eorum bona consignare in praeiudicium patris, & quae bona si Castr. vel quasi aduentitia, & quae & profectitia, & de quibus tractatur, etiam considerata nouella Pragmat. & si profectitia publicantur ad fauorem fisci ibid.
13 Filiusfamil. qui se obligauit cum consensu patris habet aliud priuilegium praeter cessionis bonorum, scilicet deducto ne egeat. & quando, & an videatur sublatum illud de iure communi per dictam Pragm. per excellentem nu 15.
Emancipatio quando tacitè praesumitur ibid.
Filius ut gaudeat beneficio quod cum eo an debeat renunciare haereditatem, & si fuit exhaeredatus, vel in minima parte institutus nu. 19.
14 Et si illam adijt cum beneficio legis & si ille dicitur verus haeres, & potiatur iuribus uti haeres legitimus, & si venit appellatione haeredis.
16 Beneficio quod cum eo ari censeatur renunciatum per generalem renunciationem, vel requiritur specialis; Et si specialis fuit cum iuramento an petita iuramenti absolutione eo uti possit. ver. tamen si specialis.
Et illo beneficio an gaudeat maritus aduersus exactionem, & repetitionem dotis ver quo namque, & si ei potest renunciari per maritum.
Clericus an possit renunciare illi priuilegio, & si tenet etiã cum iuramento ver sic etiam. & nu. 26. & seq.
17 Pater praestando consensum filio contrahenti an ipse obligetur ex tali consensu, & ei praeiudicetur in eius peculio profectitio, vel aduentitio.
18 Beneficium quod cum eo competens defuncto an ad eius haeredes transmittatur, & quando.
Beneficiũ praedictum marito competens an transeat ad haeredes, & filios, & quando vers. sed in iure, & si datur tam contra uxorem agentem, quam ea mortua contra haeredes, in fine, & an virtute Consuet. Neap. num. 22. ver oppositum.
Beneficium quod cum eo an dicatur personale ibid sic etiã illud quod competit cedenti bonis vers difficultas tamen est, ita quod transeat, vel ne ad haeredes.
Et an transeat ad fideiussorem ver. ego tamen; Et an dicatur personale tàm respectu eius, cui competit, quàm respectu illius, contra quem competat ibid.
Alimenta si quis stipulatur sibi, videtur etiã & filijs suis stipulasse ibid. vers. vndè si pater, & etiam uxori, & nu. 22. vers item qui cessit.
Beneficium quod cum eo competens contra donatarium, an etiam transeat contra delegatum à donatario ver. & ideò.

Bene.

Beneficium prædictum an detur socero, etiam mortuo genere nu. 18 in fine.

19 *Beneficium prædictum an detur illi habenti unde vivere possit, & si ambo sunt in pari egestate, & nu. 29.*

Privilegiatus utitur eius privilegio contra pariter privilegiatum, quando unus tractat de lucro, alter de damno vitando ibid.

20 *Filiusfamilias, qui vivo patre contraxit, si diu stetit in obligatione, agente contra eum creditore, mortuo patre, vel effecto sui iuris, an per ipsum possit opponi talis exceptio beneficij prædicti, & quomodo procedendum sit, & nu. 30. ver. & eodem, & an in executione sententiæ nu. 30. ver. & eodem, & si fuit mendax asserens se esse emancipatum ibid.*

21 *Et an gaudeat illo beneficio in bonis Castr. vel quasi, vel adventitijs quoad proprietatem, quæ tempore contractus obligationis possidebat; vel respectu bonorum paternorum ad ipsum pervenientium post mortem patris, & an carcerari possit, & quid in profectitio infra nu. 40.*

Frater contra fratrem an illo gaudeat vers. nec fratet.

22 *Parentes conventi à filijs an illo gaudeant, & num. 30. ver. & eodem.*

Beneficium quod cum eo an detur Nobili, Doctori, Militi, socio, colono partiario, & quando, ver item si persona. & nu. 66. an subdito cum Prelato, & num 30. ver. & eodem.

Et an detur cedenti bonis, & in quibus bonis, & an illud idem pro filijs, uxore, & familia ver. item qui cessit.

23 *Et pro quibus creditoribus, & si respectu novorum uti potest veteri cessione, & quando, & si cessit conductor respectu fructuum, si supervenit proprietarius an illam offerat ibidem.*

Et pro bonis præteritis conveniatur insolidum quando dolosè illa dissipavit ver. & respectu.

Et quando ignominiosè cessit, an teneatur pro bonis noviter quæsitis, ver. & cedens, & an hodie sic fiat aliud ibid.

24 *Cessio bonorum operatur dissolutionem societatis, & compromissi*

25 *Cedens bonis an possit retinere domum magni valoris pro eius habitatione, cum habitatio comprehendatur sub beneficio illo.*

26 *Offerre an possit creditor æstimationem illius domus, ut pretio inde perveniente ex fructibus, cum dicatur factus dives teneatur creditori.*

Alimenta præstanda uxori consistunt ex fructibus, & si nō sufficiant, nō debet vendi proprietas, sic in qualibet persona, quæ ad alimenta tenetur ibid.

Pecunia quādo legatur pro alimentis intelligitur, ut convertatur in emptionem introituum, unde deinde præstentur alimenta ver. imo.

Filia cui pater legavit mille, sed facta emptione illorum, de fructibus aleretur, usque ad nubilem ætatem, si frater præstitit alimenta sed non ascenderit ad summam fructuum, si potest mulier plus fructuum petere quādo maritatur ver. in tantum.

27 *Heres adiens hereditatem sine beneficio legis, an uti possit beneficio defuncto competenti deducto ne egeat, si ille de per se uti non potest.*

Beneficiū adeptū per defunctum an transeant ad heredem ibid.

28 *Cedens bonis an liberetur à naturali, vel civili obligatione, vel exceptione eliditur actio & nu. 81.*

Et quid in foro poli ver. quam.

Beneficiū quod cum eo an detur etiam spoliatis à Piratis & Turcis, vers. sed etiam.

29 *Clericus an gaudeat illo beneficio quod cum eo, ver. alio sunt.*

30 *Et si et potest renunciare, & usficit ibid. & supra num. 16. in fine.*

Et si esset conventus actione reali & nu. 60.

Et si debitum esset iuratum, & an eo casu gaudeat beneficio cap. Odoardus.

Et si est condemnatus per duas sententias ver. similiter.

Et si est beneficiatus an detur adversus pensionarium ver. nec etiam.

Et si in fraudem creditoris bona sua alienavit, & emptor reperitur non solvendo ver. nec etiam concedendum.

Et si dolosè debita contraxisset sciens non esse solvendo omnino cedendi postea bonis ver. similiter.

Et si sunt in pari egestate an detur beneficium cessionis, & quod cum eo ver. licet debitore.

Et si unquam incideret in periurium illud beneficium allegaverit, an sit concedendum ver. si tamen.

Et si est pauper an incidat in periurium ibid.

Et quomodo opponet eius privilegium, & quando gaudeat illo num 60.

Excommunicari an possit Clericus pro debito quando est notorie pauper ver. & in tantum.

Et si in porto possit an excusabitur ver & quod si.

Sequestrari an possit beneficium clerico pro debito usque quo satisfactis ibid. in fine.

39 *Socer, & socrus adversus generum agentem contra eos an habeant hoc beneficium quod cum eo.*

Et si contractus est iuratus, petita iuramenti absolutione an possent opponere ibid.

Et si dolosè scientes non esse solvendo promiserunt ibid.

Exceptio ista beneficij quod cum eo qualiter opponatur ver. modus autem.

40 *Filiusfam. cedendo bonis non potest præiudicare peculio profectitio paterno, nisi debitum sit commune, & quando dicatur commune.*

Avus quando tenetur dotare neptem, & si dotando præsumatur animo donandi, vel repetendi ibid.

Extraneus amicus vel consanguineus dotans puellam an animo repetendi à patre videatur dotasse ver. per quem in text. & nu. 44. ver. imò secus.

Pecunia an præsumatur perventa pro medietate in posse patris, & filij se obligantium respectu ipsorum, & quid respectu creditoris ver. si autem, pater, & si filius starent sub protectione patris, vel è converso, quam pervenisse præsumatur ver si tamen filius.

Æquitas non scripta an præferatur rigori scripto ibid.

Dos promissa tempore capitulorū à promissore patri, & filio sponso, si post modum fuit soluta soli filio, an pater teneatur ver. & habui de facto.

41 *Rei debendi si duo sunt insolidum obligati, & pecunia ad unum tantum pervenit an possit opponi quod prius agatur contra illum ad quem pervenit pecunia, & quando, & quomodo.*

Pater an obligetur in dote, vel contractu inito cum filiofamil. si tempore illo suum consensum præstitit promittendo dotem cancellare, & cautiā facere, si tempore solutionis illi non fuit pecunia soluta, sed soli filio ver. notandum.

42 *Consensus præstitus in primordio contractus legitimè confecti durante ex dispositione statuti videtur præstitus etiā super alio sequendo subordinato à primo, ita quod in illo alia solemnitas non requiritur, sic in patre, in decreto Iudicis, in Ecclesia, in Procuratore constituto ad vendendum cum pacto de retrovendendo, ut formaliter simpliciter contractus sic factus intelligatur ver. ideò dicit.*

43 *Promittens cautiā facere, vel securum de eo quod debet quando sufficit sola obligatio, vel requiratur datio fideiussoris, vel pignoris.*

44 *Filius promittens dotem cum patre, an videatur animo donandi sororis promisisse.*

Mater dotando filiā, an animo repetendi dotasse præsumatur ver. & Bol. Novell. & quid in alimentis ibid.

45 *Obligatus ad onus personale an cedere possit bonis, & quando admittitur, & operas suas locare, quomodo quis potest ver. adhoc tamen, & si ratione lucri pro instrumento ille potest carcerari ibid.*

46 Debitor Fisci an admittatur ad cessionem, & si peruenit ex delicto, & si est pauper tributum imponitur rebus, vel personæ propter res ibid.

47 Cedere bonis an possit sciens tempore contractus se non esse soluendo, & quando & debita contrahens sub spe futuræ cessionis ver. sicut dicemus, & dissipans in fraudem, vel bona occultans nolens creditoribus illa iudicare ver. ita etiam, & nu. 61.

48 Cessio bonorum inducta fuit causa paupertatis, vnde bonum erit illam probare, & an sit admittenda quando quis culpa sua incidit in illam, & quando.

Paupertas est infirmitas societatis humanæ ibid.

49 Cedere bonis an possit debitor, cui creditor fecit pactum de non incarcerando.

Cedere bonis an possit obligatus ad factum, & quando ver. nec qui ad factum.

50 Emphiteuta an possit cedere bonis, et an feudatarius, Et si cederent commoditates an transeant ad creditores.

Cedens bonis an retineat bona alienari prohibita per testatorem, vel vsumfructum, vel feudum, & emphyteusim ecclesiasticam ver. & si cederet.

51 Obligatus ad collectas, vel ad aliquod onus publicum an possit cedere bonis, & si est pro Fisco, & quando.

52 Deportatus si fuit restitutus ad pristinum an gaudeat cessione bonorum, & quando tenetur creditoribus absque illo beneficio, & quando censetur restitutus etiam ad iura, & bona alienata, & contra Fiscum quando habet actionem.

53 Doctores an bonis cedere possint, & carcerari, & citari, & qui sunt qui gaudeant an actu legentes, vel patrocinantes, & si procuratores fuerint, vel mercaturas exercerent per alios.

Filij Doctorum an gaudeant priuilegijs parentum ver. & non solum.

Copia Doctorum induxit eorum priuilegia ad vilipendiũ, vt tractentur sicut cæteri ibid. in fine.

54 Miles an bonis cedere possit, & qui milites gaudent priuilegijs militibus concessis.

55 Negans debitum an admittatur ad illam, & si iustam habuit causam negandi, & si negauit, & ante sententiã agnouit, vel in causa appellationis fateatur.

56 Cedere an possit si obtinuit ante quinquennalem dilationem, & quando, & an ex rescripto Principis admittendus, & quando, & per quæ verba derogatum censeatur.

57 Excommunicatus an possit cedere bonis, & quando.

58 Cedere an possit debitor hodie virtute Ritus M.C. stantibus instrumentis executiuis.

59 Cedere an possit debitor Ecclesia, & an Ecclesia alteri debitrix & Vniuersitates scholarium & aliorum.

61 Periurus an admittendus sit, & quando, & si potest per Principem non obstante incursu periurij.

Princeps an possit dispensare super iuramento ibid.

62 Mulier an cedere bonis possit, & carcerari, & quo iure, & si est mater & auia administratrices sed delapsa, ob quod tutela priuantur, si gaudent illo beneficio, & si est meretrix.

Fideiussor quando admittendus sit, vt à carcere habilitari possit ver in Regno autem.

Fœmininum an comprahendatur sub masculino ibid.

Mulier an luat in corpus si est condemnata ad pœnam, quam soluere non potest ver. quid si.

63 Minor, an possit cedere bonis, & quando, & si requiritur decretum Iudicis.

Minor ætas hodiè dicitur vsque ad 18. annum de iure Regni, & in dubio de qua intelligitur, vbi de illa mentio fit, ibid.

Ciuis appellatione de quo intelligitur ver. & an statutum.

64 Falliti, seu decocti an cedere possint, & nu. 7 a. in fin.

Cedere bonis an possit qui dolo, & fraude factus est inops, & quando præsumitur ver. sicut in eo & si in ludis, & scortis consumpsit bona sua, & an gaudent beneficio, qui cum eo, & an bona obligata alienata transeant cum onere suo ibid.

Et si ob delicta commissa factus est inops an gaudeat cessione, & beneficio quod cum eo ver. adhoc.

65 Debitor soluendo an possit cedere bonis, & si dicit maiestas creditorum an debeat esse maioris partis nu. 70.

66 Spoliatus propter guerram an possit cedere bonis.

67 Spoliator condemnatus ad fructus spoliato, an possit cedere bonis.

68 Hæres adiens absque beneficio legis an possit cedere bonis, & si præsumatur dolus in eo, vt tanquam dolosus contrectans in hæreditate tacitè cum creditoribus priuetur illo beneficio, & an beneficium cessionis adeptum per defunctum ad eum transeat ibid.

69 Cessio an detur quando creditor est in pari egestate cum debitore.

70 Vsurarius an cedere possit, & quando.

72 Debitor an pro debitis contractis infra annum cedere possit, & quid si nouatum est debitum antiquum an dicatur nouum ver. quid si antiquum.

Nouatio hodiè non fit, nisi expressè agatur, ver sed si creditor.

73 Cessio bonorum an præiudicet quoad conditionalem creditorem in bonis quæsitis post cessionem.

Conditio quando trahatur retro ad tempus contractus, & ad tempus legati facti per testatorem in prælatione cum legatario hæredis.

74 Cessio bonorum operatur solutionem compromissi; Non tenetur in bonis posteà quæsitis, nisi deducto ne egeat; Soluitur societas; Euitat carcerationem, & quando ibid. cum seqq.

Consulitur creditoribus ob venditionem bonorum exensso debitore vsque ad obolum, impedit litis contestationem, sicut carceratio impeditur per annalem, & quinquennalem, & per priuilegium Brundisinum; & si tũc debita iurata

Guidaticum quando extenditur ad debita iurata, ver. dummodò si à Principe, vel à creditoribus conceditur.

Carceratio an etiam impediatur quando debitor renunciauit cessioni, vel se obligauit in operibus personalibus ver & ibi add dicunt, & si sunt ei alimenta ministrãda, & quando non tenetur ad illa; & si tempore contractus sciebat se esse non soluendo ver. secundo dicunt, & nu. 76. ver 2 fallit.

Cessio bonorum non datur pro debitis infra annum contractis, & stilus M.C. & S.C quando ad illam admittitur qualiter decernatur ibid.

Moratoria contra Neapolitanos quando non datur ibid & cessio bonorum.

75 Cedens bonis quando potest se pœnitere reuocando illam, & possessionem datam creditoribus, & an. 80.

76 Renunciari an possit cessioni bonorum cum iuramento, & quando sit in quo afficit, & quando valet.

77 Feriæ an obstent in hoc iudicio cessionis.

78 Infamia an irrogetur ex cessione.

79 Cedens bonis an possit agere contra suos debitores, & ipse conueniri, etiam pro querela porrecta.

80 Cedens bonis an remaneat Dominus bonorum suorum facta cessione, & quando, & si habet ius offerendi facta distractione bonorum suorum.

82 Creditor ante cessionem an etiam præferatur in bonis postea quæsitis per debitorem cedentem creditori contrahenti post cessionem factam, & quid in fisco si præferatur in bonis quæsitis post eius obligationem & quando etiam si primus creditor specialem haberet hypothecam, ver. sed in fisco.

Acquisitio bonorum facta ante obligationem contractam cum fisco, vt super illis creditor præferatur à quo sit pro

banda

banda à fisco, vel à creditore, & quando vers. sed iuxta prædicta.

Et si concurrit creditor, & tertius possessor emptor, & agitur de contractu eodem die stipulato qualis præsumatur anterius factus venditionis, vel obligationis, & si est fiscus possessor ver. & si debitor.

Anterioritas quomodo sit probanda quando agitur super probationis certamine, ver. sed illud, & quæ dicitur ad prælationem cum alio, in dubio quando non apparet de die stipulationis anterioris, sed eodem die, & tempore plures concurrunt, qualis anterior præsumatur, & si concurrunt causæ, vel persona priuilegiata, ut dos, & fiscus. ver. & prædicta.

Et quando possessor nihil probaret de tempore suæ obligationis, & creditor produceret fidem diei, ver. sed si.

Collationis beneficij si duæ eodem die apparent factæ, quæ præualet ibid. in fine.

83 Curator à creditoribus debet dari super bonis cedentis, qui an possit vendere bona illius, & inuentare omnes actiones pertinentes ad cedentes, etiam uno tempore perituras, & quæ facere possit, & debet de pretio peruniendo.

84 Graduatio quando fit creditorum debet haberi ratio illorum cum hypotheca, qui præferantur in actione personali creditoribus; & hypotheca an debeat esse expressa, vel tacita, & si potest testibus probari licet per instrumentum non appareat.

Creditor anterior an præferatur secundo de cuius pecunia est res empta, si agant super re illa, & quando ver. præfertur.

Et si est anterior, sed sub conditione, an illa purificata præferatur creditoribus, qui medio tempore purè contraxerunt vers. præferatur prior, et si est conditio potestatiua ver. si autem sumus

Et si promisit indemnitatem tertio expromissori et pendente termino solutionis faciendæ, alteri se obligauit, et demum expromissor, ex causa non solutionis sequuta solutis creditori, an pro damno passo promissæ indemnitatis præferatur tertio contrahenti illo medio tempore ver. hinc infertur.

Promissio debiti ex calculo declarando non habet effectum si viuo debitore non declaratur ver. et nota unum.

Conditio an trahatur retro ad tempus mortis, ut in contractibus, ut legatarius purus dicatur illa adimpleta, et si possunt reuocari alienata per heredem, et quando ver. quod in legatis.

Legatum conditionale an transmittatur ad hæredes si pendente illa hæres moriens sit ver adhuc nota.

85 Cedere verbum pluribus modis accipitur, ut pro venditione, et pro donatione.

86 Cessionarius quas actiones cessas intentare poterit, et si dicitur procurator cedentis in rem propriam.

87 Cessionarius quando excluditur exceptione cedentis agendo, et quæ exceptio contra ipsum opponi potest.

88 Procurator in rem suam quot modis dicitur agendo cessionarius, et si propriè dicitur propria negotia agendo, et si venit appellatione procuratoris in statuto; et si potest agere ea, quæ speciale mandatum exigunt, et expensas litis ipsi subministrabit.

89 Cessionarius an dicatur propriè creditor. et quomodo, sic et cessionarius debitoris, si dicitur propriè debitor creditoris, et quando, et si statutum loquens de creditore comprehendat, et illum, sic et cessionarium debitoris, ubi si potest cessionarius præsentare instrumentum contra debitorem ipsum, et si simul illud præsentare possint ver. dubitabatur.

Periuriũ non datur nisi ubi est iuramentum delatum de facto ad faciem ver. quod dicit Bal.

Quæ singula non prosunt, an unita iuuent vers. dubitabatur.

Obligatio pœnæ acta an possit accusari per cessionarium ver. et quæ dicimus.

90 Cessa actione personali ex titulo donationis, an censeatur cessa etiam hypothecaria, et omnis alia accessoria, et quando, et cessa hypothecaria, an dicatur cessa etiam personalis, et si cedi potest sine personali ver. sed nunquid.

Et cessa à muliere actione simpliciter, an dicatur etiam tacita hypotheca cessa ver. quinimo.

Et si est cessa contra principalem, dicatur etiam cessa contra fideiussorem ver. imò cessa.

Et an priuilegium dotale cedi possit extraneo in fine, et cedendo transeat cum prælatione sua ver. sed an dictum nu. 90. ubi quando dicitur transire in cessionarium, et facto à filiis cessio illa, si idem erit.

91 Mulier constante matrimonio quæ agere potest marito vergente ad inopiã, an possit actionem illam alteri cedere, vel hypothecariam contra tertios possessores, et si spes repetendæ dotis soluto matrimonio cedi possit, et si dos assecurata adhuc sit in commodo filiorum, et viri.

92 Quod est transmissibile ad hæredes quando dicitur cessibile, et quomodo procedit.

Fideicommissum an cedi possit; iura directa an cedi possint ibidem.

Priuilegia dotis an transeant ad filios eiusdem matrimonij ibidem.

Ius substitutionis quando cedi potest, et cessionarius succedet iure cesso ver. unde.

93 Cessa actione alteri an transferatur aliqua cõditio usucapiendi, vel aliquis titulus.

Et si tenetur de euictione sequenda per alium, et si illa sequatur, an teneatur ad pretium receptum, et quando tenetur de euictione sciens illam imminere, vel nullum ius habere, vel quando facta constitutione loci.

94 Nomen debitoris si ceditur, vel delegatur alteri si ille sit non soluendo, vel tempore dationis non erat soluendo, an cedat ad damnum delegari vel teneatur cedens, et quando periculum est cessionarij, et prima actione non liberatur delegans.

95 Et si promisit exigibile, an nomine, et facto debeat esse tale ver. et si promisit.

Debitor si delegauit creditori per literas cambij Seium suum debitorem si ille acceptauit literas, et post præsentationẽ, et acceptationẽ Seij debitoris ipse Seius sit non soluendo, an liberetur delegans ver. et adhuc.

96 Cedens omnia iura, quæ habet quis contra suos debitores intelligitur de puris, et non conditionalibus, et quando conditionales veniant; Et si duos habet reos, et unũ cessit contra alium, an veniant etiam iura sua cessa ver. et si duos.

Exceptio compensationis an possit opponi contra cessionarium per debitorem cessum, et opposita quando habet regressum contra cedentem pro æstimatione vers. unde si debitor, et quando admittitur exceptio illa.

Cessionarius agens iure cesso cõtra cessos debitores, vel tertios possessores, si ipse est inter cæteros, debet eius rata deduci in exactione facienda; et si liberauit aliquem ex cessis agendo contra alios ei obstet exceptio cedendarum ver. et nota quod si.

Hypothecaria quando agitur quæ sunt probanda ibid.

97 Exceptio cedendarum an possit opponi per quemlibet, et quando, et si cessio potest fieri cuicumque ibid.

Et si potest renunciari, et facta illa si potest amplius opponi, et si sufficit generalis renunciatio.

Creditor si duos accepit fideiussores pro reo debendi eodem tempore, si unum illorum liberauit an possit agere in solidum contra fideiussorem; et si potest opponi exceptio cedendarum per illum confideiussorem, et si renunciauerat generaliter omni legum auxilio, an illam opponere possit; et si non accesserunt eodem, sed diuerso tempore,

pere, vers. vndè si creditor.

Exceptio cedendarũ an non obstet creditori agenti contra tertiũ possessorẽ bonorum debitoris, si aliã rem debitoris per prius liberauit ver. quæ exceptio. Et quando, & an idem sit in altero agente contra possessorem si lite pendẽte debitorẽ liberauit in aliqua re vers. sicut dicimus.

98 Cessio actionum facienda contra confideiussorem, quo tempore sit facienda vt vti possit contra cessum cessionarius. & quid in tutoribus. & in magistratibus, & quid si fideiussor soluit creditori an possit agere contra debitorem absque cessione, & quando procedit.

99 Iura cessionarij an veniant in generali cessione facta per creditorem, & an valeat iurium competentium, & cõpetiturorum, & quando.

Iura materna an veniant in generali renunciatione facta per sororem fratri, vel patri, & quando. & si fit post mortem patris an censeatur facta contemplatione fratrum & si spectat super illis legitima, & si extendatur ad donationem inter viuos tam factã, vel faciendã ibid.

100 Pater si tenetur ex legato dare centum filiæ suæ, dotando illam non videtur voluisse cõpensare cum illo legato.

Pactum de non succedendo factum vni ex fratribus an extendatur ad alios posteà natos, & heredes extraneos ver. & ad prædicta; &c. & pactum legatarij de non petendo legatum vni ex heredibus non extenditur ad alios, licet de parte non sit facta mentio ibid.

101 Pater instituens heredem filiam in centum iubens eam, vel eam stare contentam, & quod plus petere non possit, si illa centum ascendunt plusquam legitima, an possit filius petere dotem maternam, & quando.

Filia promittens renunciare an habeatur, ita ac si renunciasset ver. & si filia.

102 Filia renuncians simpliciter non tenetur renunciare legitimã, & eius supplemento.

Maritus promittens facere renunciare eius vxorem, si illa renunciare nolit, an maritus teneatur ibid.

Filia si sola reperitur tempore mortis an succedat non obstante renunciatione, vel si renunciauit fauore masculorum, qui mortui sunt ver. & nota; Et si renunciauit paternæ, an extendatur ad maternam, & facta fuit fraterna, an in eis succedat si patri renunciauit ibid.

Et an teneat renunciatio si non fuit acceptata per absentem. sed quæsita per patrem, vel aliũ nomine illius ver. sed an filia.

Et an extendatur renunciatio ad quæsita per patrem super bonis dotalibus, vel legatis: si illa amisit per transitum ad secunda vota ver. vndè nota, & si esset generalis renunciatio.

103 Filia, vel soror renuncians ob promissam dotẽ, si illa nõ sortitur effectũ, quia promittens fit non soluendo, non excluditur per renunciationem vsque ad finem.

Contractus vbi duo sunt facti vnus post alium dicuntur correspectiuè, & vnus præsumitur factus alterius contẽplatione ibid.

Mulier an possit agere pro dote confessata per virum si post illam incontinenti fuit factum instrumentum de mutuo ver & facit.

Donatarius se obligans post donationẽ aliquid facere præsumitur fecisse animo præcedentis donationis ibid.

Frater dotans sororem in dubio licet donare videatur; si quietatio sequitur actum contemplatione illius dicitur ibidem.

Promissio facta aliquid dandi, si præcessit causa vigore illius actum præsumitur in alimentis, & alijs ibid.

Quietatio facta præsumitur sub spe actus sequẽdi quando subsequitur ibid.

104 Cessio, seu donatio facta sub aliqua causa si ea nõ adimpletur, qua actione teneatur, & an detur contra tertium possessorem.

Filij an possint repudiare hereditatem, & retinere feudũ, vel emphyteusim quæsitũ pro se, & filijs, & quando & si quietatio de hereditatis portione ad illa extendatur; & quando succedant etiam non heredes.

105 Fœmina an veniat in emphyteusi, vel feudo acquisito; & si veniant an ordine successiuo, vel copulatiuo.

Cedi potest omne quod quis habet, ver. & vt videam.

Ius primogenituræ an cedi possit ibid.

106 Pactum de retrouendendo, & ius luendi an cedi possit; & si competit de iure speciali, vt ius congrui in Regno ver modo quæro; Et an detur illa facultas redimendi, si ex causa necessaria fieret alienatio, & in datione insolutum, & si venit in generali renunciatione.

107 Et si est iniunctum ex speciali pacto vt non possit cedi, & an persona filij comprehendatur.

Cessibile si semel est factũ, an perpetuo factum dicatur ibi.

108 Ius prælationis an cedi possit, & quid si competat vigore consuetudinis, vel statuti in re communi indiuisa. & si propria authoritate competat aliquid faciendi.

109 Cedi an possit ius iniunctum à lege alicui faciendi propria authoritate vt spoliato recuperandi propria authoritate possessionem ablatam.

Sic quando est electa industria personæ, vel fides, vel artificium cedi non potest ibid.

Industria personæ quando dicitur electa ibid.

Actuarius, cui est commissam à M.C. de capiendo fideiussionem nomine illius, an possit illam alteri demandare vt capiat, & capiendo si valeat ver. & vidi.

110 Ius eligendi aliquid an possit alteri cedi, etiam patri per filium, vel Domino per seruum.

111 Ius vendicandi, aut accusandi, an cedi possit. & quando actio pro interesse ex criminali transit ad heredem. Vocem suam quã quis habet in collegio, an possit alteri vendere vers. si quis vocem.

112 Hereditas viuentis an possit cedi, vel donari, & quãdo. Ius legitimæ an cedi possit ibid.

113 Renunciatio facta à sorore bonis paternis, & maternis, si ea pro nihilo habuit, an afficiat, & si dicitur dolosa, vt restituatur. & si in effectu donare voluit.

114 Filia si fuit dotata à patre, an includatur legatum factum à patruo. & si renunciatio facta illi legato tenet, & quando.

115 Soror dotata à fratribus renunciando, an censeatur renunciatum legitima, & eius supplemento, & si requiratur specialis renunciatio; Et si grauatus vt illam petere, vel plus petere non possit, & an legitimam, seu supplementum petere possit asserendo se dotatam de paragio, & vltra ver. & si ipsa, & qualiter renunciatio sit facienda, vt filia excludatur ver. & nota.

Dos quando videtur comprehensa sub legato facto à viro eius vxori, vt illa tanquã separata actio peti possit, ver. quid si maritus.

Testator grauando legatarium, vt certum legatum consequatur, quatenus legata facta alteri, solueret, si erant duo legata facta vxori, & matri de earum dotibus, de quibus apparebant instrumẽta pro illarum consequutione. an ad illa teneatur, & peti possint vti legata separata ex instrumentis, vel debeãtur semel vt debita instrumentalia verahine Castr.

117 Et si mulier renuncians omnibus legatis, an comprehẽditur legatũ dotis, de qua cõstat per instrumentũ dotale.

118 Cessio an sit facienda contra seipsum, & si concurrant simul cedens, & cessionarius super bonis debitoris, vel cum ipso possessore, cui cessio pro aliqua parte inea sua quis præferatur.

119 Cedere quãdo quis tenetur sius iura, an teneatur cedere talia qualia, vel facere vera anteriora, & nõ exacta.

Secundus creditor soluens anteriori, an possit cessionẽ impetrare etiã inuito primo creditore. & si idẽ est in fideiussore efferente creditori nedũ contra principalẽ, sed etiã contra confideiussorẽ. & quid in vno ex correis debendi, an cedenda sint iura soluenti inuito creditore tam hypothecaria, quam personalia, & quid in emissaria.

120 *Cedere, repudiare, & donare in quo differant & an repudiando hæreditatem debitor in aliquo teneatur, & si dicatur agnoscere illam. & quid si cesserit, & quando ex illis aditio hæreditatis inducatur.*

121 *Cessio cum quota litis an valeat, & si sit rei litigiosæ ad finẽ trahendi. an in fraudẽ dicatur. & si sit potentiori.*

122 *Cedi potest ius ingrediendi in fundum debitoris propria authoritate, interdictum vndè vi cedi potest, immissio in possessionem, Fisci priuilegium, restitutionis beneficiũ, & quando.*

123 *Ius vendicandi rem ex pacto, vel statuto vt ius congrui quando potest cedi alteri. & si potest repeti expensum pro recuperatione, ac etiam fructus percepti ab emptore.*

124 *Directa actio in quo differat ab vtili, & actio differat.*

125 *Minor cedere eius iura absque decreto iudicis quando possit, vt valeat, & si est creditor alternatiuè ad censũ, vel ad fundum, an dicatur actio spectans ad rem mobilem, vt sine decreto facta valeat.*

In alternatiuis electio est debitoris. & quando dicatur actio mobilis, vel immobilis.

Minor quando in mora constituatur si est debitor in alternatiuis, ver. & per illum tex.

Minor contrahens non seruatis seruandis, an possit venire contra cessionem à se factam, sic in alijs priuilegiatis ver. nec poterit.

Cedens quando potest venire contra cessionem à se factam ibid.

126 *Cessio facta per administratores locorũ piorum, vel alias personas limitatas in alienando quando valeat sine solemnitate facta.*

Tutor an possit cedere iura pupilli ver. nec tutor.

Procurator constitutus ad cedendum cũ debitis solemnitatibus, non requiritur alia solemnitas quando postea cedet ver. quid si est.

Et si est constitutus ad vendendum cum pacto de retrouendendo si vendit simpliciter, an censeatur vendidisse cum pacto illo ibid.

Solemnitas in alienatione non requiritur si fuit adhibita in illius obligatione, ver. hinc Bal. vbi in Ecclesia, in cõsensu patris, in primordio contractus præstito, in vẽditione rei minoris, vt in sequela illius alea non requiritur.

Procurator à minore generaliter constitutus cum solemnitatibus à iure requisitis in vnoquoq; contractu deinde faciendo an requirantur eadẽ solemnitas ver quid si est.

127 *Cessio respectu formæ quãdo dicitur fraudulenta ex persona [?] pretij. & si requiritur numeratio, vel etiam sufficit quod sit habita fides de eo.*

128 *Et si sit pro e 5. & est creditor in eo an valeat in pluri. & si ceditur ius illiquidum. & si est vniuersitas, quæ potest plus. & minus æstimari secundum euentũ actionum, vel temporis. vbi quando modicitas pretij æstimatur iuxta valorem actionis.*

Res tanti valet, quanti vendi potest ibid.

129 *Res mobilis; vel immobilis potest subrogari loco pretij quando sit cessio actionum.*

130 *Cessio non dicitur simulata si sit ex causa donationis, si illa non probatur, & si sit propter benemerita, an debeãt illa esse vera, & nu. 134.*

Titulus est exprimendus, ex qua causa cessio sit ibid.

131 *Cessio si magis proficit cessionario quam cedenti, an valeat.*

132 *Cessio an valeat si in cõtractu venditionis donatur pars pretij. & quando. & si concurrit causa consanguinitatis. & si facta sit tota causa donationis, & postea olim recipit partem pretij.*

133 *Maritus si confiteatur recepisse dotem in centum, & postea apparet solutio in 50. an in illis tantum teneatur.*

135 *Simulatæ cessionis an possit allegari per cedentem, an per debitorem cessum, & quando, & præsumptio cessi debitoris quando afficit ipsum; & an priuetur cedens sua actione si de eius fraude constat, & si est facta ex certa causa illa non sequuta, an possit reuocari.*

136 *Cessionarius an possit intentare cessam actionem contra cedentem.*

Simulatio contractus quando opponitur est specificè probanda ibid.

Cessio si fit duobus, diuersis tamen temporibus quis nam præferatur ibid. Et si secundus obtinuit prius assensum, si est rei feudalis ibid.

137 *Cessio an requiratur à Notario ad fauorem tertij absentis, pro quo est stipulatus.*

Cedens an possit cogi ad deponendum super cessionis simulatione, & si eius confessio nocet cessionario ver. & si ipse. & nu. 142. ver. verum tamen est.

138 *Directa actio non potest cedi, & est affixa ossibus nostris.*

Rei vendicatio si est cessa, an possit intentari contra tertium possessorem ibid.

Et quando sit cessio debet esse præsens cessionarius, vel Notarius debet pro illo stipulari ibid ver. & ista.

Donatio fieri potest nudo pacto. & an absenti, & sequuta ratificatione. & si sit à patre filio absque tamen iuramento quando valet, & cõfirmatur ver. & ideò aduertas. & si sufficit tacitus consensus, vel requiritur expressus nu. 139.

Tacens quando videtur consentire ibid.

140 *Cedens non potest plus iuris in correum debendi transferre, quam ie habet, vndè si exceptione est alijus ab vno, non potest cedere contra illum alteri correo soluenti.*

Cedens non potest esse testis pro cessionario in actione cessa ibid. in fine.

141 *Cessio rei litigiosæ si fit dicitur fraudulenta. eo magis si fit priuilegiato causa fori. & an dicatur litigiosa absq; litis contestatione. & quando.*

Actio contra obligatos in diem, venit in cessione generali, secus contra conditionales ver. & cedens.

Directæ actiones facta cessione adhuc remanent penes cedentem, licet dictum esset cessit omnes vtiles, & directas actiones, verum facta.

Cedenti quando potest solui per debitorem ver. liberatur à cessionario, & si requiritur denunciatio, vel sufficit sola scientia cessionis, & quando præiudicari potest cessionario post factam cessionem, & si exactum tenetur restituere cessionario ibid. ver. in tantum.

Debitor cessus an possit aduersus cedentem agentem contra eum opponere contra illum talem exceptionem cessionis alteri factæ ver. sed an ipse.

Denunciatio qualiter facienda sit in materia l. 3. C. de nouat. ver. qualiter autem.

142 *Venditor hæreditatis, quando potest facere pactum de non petendo debitori hæreditario, & faciendo illud afficiat emptorem, & si sufficit sola scientia, vel requiritur denunciatio, & quid in fideicommissario si idem est ibidem.*

Et quando non afficit si debitor sciebat venditionem factam.

143 *Pactum cedentis quando nocet cessionario tãm in simplici, quam in emptore hæreditatis, quam fideicommissario, & quando non afficit pactum illud ex defectu carentia actionis nu. 144.*

Fideicommissarius est loco hæredis ibid.

Et quid si cessio fit in vltimis an idem sit, ver. 2. limit. & si habens directas est nudus minister ver. 3 limit. & si tantum vtiles habebat cedens ver. 4. limit. & si cedens non est soluendo ver. 5. limit. & in quibus aliæ dantur fallentiæ ibi remissiuè. & si posuit cessionarium in locum suum ver. amplia d l. 3.

Cedens quando sua interest potest denunciare debitori ne ei soluat ver secundo vt procedat.

Debitor soluens cedenti non obstante denunciatione facta quando liberatur ver. quando etiam.

Hæres soluens non obstante denunciatione facta eius testatore

tori an liberetur vor paue quod.

145 Cessionarius potest agere cessione reuocatoria contra cedentem pro debitore cesso liberato post cessionem factam.

146 Feudalis actio ad feudum an cedi possit sine assensu, & an ius ad vendicandum.

Cedens liti, & causa, qua cedere videtur, remissind ibid, ver. & ibi.

Frater accipiens rem in emphyteusim pro se, & fratre, si ante cessionem frater premoriatur, et ante ratihabitione, an illa res redeat ad dantem ver & si rem; Et si frater nollet ratificare, an in totum quaratur stipulanti; Et an idem vbi Notarius esset stipulatus ibid.



Ractaturus de materia cessionis bonorum, ad quam debitores omni destituti auxilio veluti ad sacram anchoram confugere solent: eam nos declarare conabimur, cuius beneficij introducendi hæc fuit oc-
1 casio, teste Liuio in lib. 2. ab Vrbe cõdita, & Quintil. in lib. 3. orat. inst. ex lege 12. tabul. & meminit etiam Gellius in lib. 20. c. 1. quos refert Bernard. Pand. in tract. præsent. instr. in princip. non modo debitores, qui non erant soluendo in temporariá seruitutem suis creditoribus, vt nexi addicebantur; verum etiá lege tàm dura tenebantur, vt debitoris corpus inter creditores diuidi quoq; liceret (.legis verba erant) (æris confessi, rebusque iure iudicatis triginta dies iusti sunto, post deinde manus iniectio esto, in ius ducito, ni iudicatú facit) (hoc est nisi soluat, vel satisfaciat sententiæ Iudicis,) & paulò inferius; (Tertijs auté nundinis, si intereà pactus nõ sit capitis pęnas dato, aut transtiberim peregrem venũ ito, & si plures forent, quibus reus esset iudicatus; Tertijs nundinis partes secando,) hæc auté lex ob id olim est introducta, vt audacia leuiorũ hominũ in cõtrahentis passim debitis reprimeretur, quia perdura videbatur, deindè mitiori quadam ratione receptũ est, debitores ob æs alienum carceribus mancipari posse, qui in quibusdam etiá Ciuitatibus hodie habentur eo loci, qua iter est, vt facilius, qui sic detinẽtur emendicent, donec creditoribus satisfiat, quod quidem iniustum, si propter ciuile debitum in eum exerceatur, qui nulla sui culpa, sed fortuna sic volente non soluendo efficitur satis crudele est, & nescio an homine, ne dicam Christiano dignum, est enim contra naturalem æquitatem carceris squalor, & creditor de duritia redargui potest, l. seruus ea ff. de seru. export. glos. in l. s. C. qui bonis ced. poss. cum debitor non debeat esse nimis delicatus, nec creditor nimis onerosus l. si seruos ff. de pign. act. l. sciendum ff. de vsur. cum nihil amplius hoc pacto consequatur, quàm vt debitorem aliàs miserabilem amplius affligere pergat; taceo quòd liberi hominis corpus, & corium non possit essa in obligatione, nec in commercio, iuxta l. inter stipulant. §. sacram ff. de verb. oblig. sin verò in decoctores illos, & ventres vsurpetur, qui & aleam ludere, & largis poculis pecuniam etiá aliundè conflatam, diù noctuq; prodigere pergunt, relictis domi vxore, & liberis propè inedia morituris, tantũ abest, vt reprahẽdi possit, vt etiá vtilissimũ, & perquàm necessariũ iudicari debeat, cũ Republicę quoq; interfit, ne quis re sua malè vtatur, §. sed & maior asperitas inst. de his qui sunt sui, vel alieni iuris; porrò suprascriptam legem legis 12. tabularum duritiem lex patilia relaxauit, statuẽs ne quis ob æs alienũ necteretur, & vt pecuniæ creditæ bona debitoris, non corpus obnoxiũ esset; postremò Imperatores sunt amplexi legẽ patiliam, concedentes prætereà debitoribus hoc cessionis beneficiũ, vt carceris situm. & squalorẽ effugerent, l. s.
A C. qui bon. ced. poss. (A) Hispani verò id obseruant, vt testatur Thess. dec. 153. vt debitor inops detur ad seruiendũ creditori, cui operas præstare tenetur, donec plenè illi per taxationem operarũ satisfactum fuerit: Hodiè verò attento iure nouissimo authenticorũ obseruatur, vt si pecuniá, vel aurũ, aut mobilia non habeat, offerendo habilia meliora à debito liberatur, iuxta auth. hoc nisi C. de solut. quod qualiter, & in quibus casibus obseruetur, vide ibi Thess. & de Franch. dec. 81.
B Vinc. Caroc. in tract. de oblat. q. 10. & 2. & 3. (B) quæ dispositio non habet locũ quando via Ritus proceditur contra debitorem super liquidatione instrumẽti, quia iuramentũ, quod adest in his instrumentis obligat præcisè ad obseruationẽ promissionis, & sic ad solutionẽ pecuniæ, & interim ad manendũ in carcere, cum se obligauerit realiter, & personaliter. & si non habet pecuniá, remanet sibi beneficiũ cessionis, Abb. in cons. 42.
C vol. 2. Carau. in Ritu 266. nu. 54. (C)

Causa auté huius cessionis bonorum fuit ege-
D stas, vt voluit Bal. in l. societaté ff. pro socio, (D) & benè dixit egestas, quoniam apud antiquos est
3 infirmitas societatis humanæ: Et aduerte in hoc, q̃a dupliciter in homine reperitur paupertas, vna quæ dicitur necessaria, & de hac hic non loquimur, alia voluntaria, quæ obuenit propter peccata illius, in q̃ ié reperitur, & de ista loquimur egestate, causa culpa eiusdẽ, & habetur in c. illa 15. q. 1. (paupertaté, & ignobilitatem, ægritudinem, & mortem, nemo sapiens maledixerit, nec in malorum, forte numerauit) & Socrates de paupertate necessaria dixit, (paupertaté, diuitias, & philosophiæ tutissimũ præsidium) & proindè dubitabatur si pauper voluntariè, qui voluit consumere ludo, schortis, conuiuijs bona sua efficitur non soluendo, propterea carceratur, num ei debentur alimenta, per prædicta dicaretur, q̃ non, ex quo non debent ei prodesse delicta l. & qui data opera ff. ex quibus causis maiores, tamen contrariũ est verius, prout fuisse sic iudicatũ refert Affl. in dec.
E 71. de qua tamen inferius tractabimus. (E)
4 Est autem cessio bonorum, beneficium quodã, siuè remedium miserabile, & flebile debitori pro carceribus euitandis concessum, vt probatur in l. 1. & fin. de cess. bonorum, licet aliter diffiniat Azo
F in rub. huius tit. in princ. (F)
5 Vt valeat hæc cessio bonorum fieri, requiritur, q̃ debitor debita agnoscat, secundũ glos. in l. pen. ff hoc tit. nostro, & debitas quantitates confiteri, iuxta dispositionem Reg. Pragm. incip. Don Petrus de Toledo, aut pati se condemnari legitimis probationibus, secundum Bar. in l. 3. ff eodem, ex quo si creditor in iudicio trahitur inuicus, debet esse certus vtrum velit agnoscere, vel se defendere debitor, si non agnoscit verificabit debitũ per eam speciem probationis, qua poterit eo tẽpore,

quo teſtes viuunt,& nõ expectabit tempus futu-
rum.quo teſtes fortè mortui forent,veluti quãdo
cedens aliquid de nouo acquiſiuiſſet,& conuine-
retur longè poſt ceſſionẽ factã.arg.l.leg s aquiliç
G ff.ad l.aquiliã,& glo.in l.pen.hoc tit.noſtro. (G)
6 Et duobus modis dicitur debita agnoſcere , ex-
traiudicialiter illa cõfitendo, vel de fideiuſſorem
præſtando,ſiuè cautionẽ interponendo; Secundò
modo in iudicio illa fatendo , vel factis legitimis
probationibus patiendo ſe condemnari, quia ce-
dere poteſt, quando debitũ fatetur,etiã ſi condẽ-
natus ſit,ſecundũ gloſ.& Bar.in d.l.pen. Hoſt.in
ſumma hoc tit.noſtro col.1. verſ cedere autẽ po-
teſt, qđ fauore creditoris , quia ipſius intereſt ne
ante fiat ceſſio ratione probationũ fiendarum de
debito , quas hodiè habet, & forſan illas proba-
tiones in futurũ habere nõ poſſet,ideò ad ceſſio-
nem nõ admittitur debitor inuito creditore ante
debiti recognitionẽ,ſecundum Imol.in c.Odoar-
dus col 2.verſ.in eadem gloſ.extra de ſolut. vndè
beneficium ceſſionis non negatur,ſed debitum
confitenti conceditur,ſecundum gloſ.& Doct.in
l.s.C.eodem tit.ſi tamen eſſet contentus, & debi-
tum liquidare nõ curaret, quod debitor cederet,
quia quando voluero probabo debitum,tunc ad
ceſſionẽ quamuis debitum liquidũ non eſſet ad-
mittitur,ſecundũ gloſ.in d.l.pen.& Bar.ibi, & ſic
debitũ debet cõfiteri,& nulla negandi occaſio re-
linquatur,ſecundũ Bal.in d.l.1.1.col verſ.ſecun-
do oppo. aliàs tale beneficiũ non conſequeretur.
Et ſi negauit à principio,& poſt condemnatio-
nem confeſſus fuit,quia fuit conuictus per teſtes,
vel alias ſpecies probationũ , ob ꝙ fuit condem-
natus cedens,dicit Bald.ibi in verſ.ſed hic quæri-
tur,aut iuſtam non habuit negandi cauſã,& an-
te ſententiã pœnituit, & confeſſus eſt , & eo caſu
admittitur ad ceſſionis beneficiũ, aut non pœni-
tuit,& non habet, nec gaudet; Si verò iuſtam ha-
buit negandi cauſã,& tunc cum tale beneficiũ ſit
contra exequutionẽ ſententiæ, & ſic in eius exe-
quutione admittatur debitor ad ceſſionẽ bonorũ,
prodeſt ei cõfeſſio,& ſic poterit cedere tunc bo-
nis,dũmodò ſe ciuiliter, & naturaliter cõfiteatur
teneri; Si verò diceret fateor me de rigore ſentẽ-
tiæ teneri,ſed non inſpecta cauſæ veritate, nõ di-
citur plenè fateri,quia negat ſe naturaliter teneri,
& ideò non admittitur ad ceſſionem bonorum,
hæc ſunt verba Bald. ibi, quem vide cum Salyc.
ibi col. r. verſ.iuxta hoc.
Niſi debitor, qui negauit,& in negatiua perſi-
ſtit,appellaſſet à ſententia,per quam appellationẽ
pronunciatũ extinguitur,vt l.1.cũ glo.ff.ad Turp.
& in cauſa appellationis debitũ fateatur,quo caſu
gaudebit beneficio ceſſionis, & ad illud admitti-
tur,ſm̃ Aret.in §.ſi.inſt.de act.& Affl.in dec.296.
& vera eſt opinio cũ Saly.in d.l.1.ꝙ etiã per ſen-
tentiã condẽnatus confitens debitu ad beneficiũ
ceſſionis admittitur, & in tantũ quòd etiã ſi poſt
triũ ſententiarũ condemnationẽ debitum fatea-
tur ad ceſſionis beneficiũ admittitur ex prędictis,
cum in exequutione ſentẽtiæ opponi potuit, & in
tantũ operatur vna ſententia,quæ trãſiuit in rem
iudicatam,quantũ tres conformes l.s.& ibi DD.
C.ne liceat tertio prouocare,& ita tenet Ioa. Fer-
rar.in pract.Papienſ.in forma exequut. ſententiæ

diffinit.in gloſ.1.col.penult verſ pro cuius latiori
doctr. vbi dixit, quod in caſibus in quibus ceſſio
bonorum admittitur omni,& quocumque tem-
H pore fieri poteſt,ergo etiã poſt tres ſentẽtias.(H)
7 In iſta ceſſione bonorum creditores vocari de-
bent antequam a carceribus debitor relaxetur,&
ad ceſſionis beneficium admittatur,non tamen
ſine aliquali iudiciorum ordine talis relaxatio
fieri debet , quia hi , quorum intereſt vocari de-
bent,citatis ergo creditoribus , factaq; bonorum
ceſſione admittetur carceratus, Bald.in conſ.301.
ad euidentiam volum.5.& non eſt neceſsè , quòd
creditores omnes coram Iudice vocentur ; ſed
ſufficit illos.qui inſtant,ſeù eos, qui contra debi-
torem litigant , ſeù cum quibus pendet cauſa ,
Petr.Iac.in ſua pract. tit. noſtri in 2.not. & l.4. §.
Sabinus cum gloſ. ff hoc tit. noſtro; quod tamen
verum eſt, ſi debita aliorum agnoſcat debitor in
iudicio,indicando eorum credita,cum illorum
citatorum creditis,cum non pręiudicet his, quo-
I rũ debita non agnouit,l.pen.ff.hoc tit.noſtro. (I)
Quod verum intelligit ibi, niſi qui bonis ceſſit
de nouo bona acquiſiuiſſet, nam reſpectũ illo-
rum non præiudicat ceſſio illis , quorum reſpe-
L ctũ ceſſio facta non fuit, Gui.d.Pap.dec.343. (L)
8 Hodiè enim debet debitor omnium bonorum,
& iurium ſuorum nomina creditoribus dare , &
in actis Magnæ Curiæ inſinuare , & debitam
quantitatem confiteri, l.qui cedi ff de ceſſ bono-
rum , & volens cedere vocatis inſtantibus credi-
toribus publicè in die , qua regitur Curia in
eadem Magna Curia debeat voce præconis pu-
blicari nomen fortè, velle bonis cedere, deinde
aſcendat ſupra lapidem,prout adeſt ante forum
Magnæ Curiæ Vicariæ, dictaque alta , & intelli-
gibili voce , ſe bonis ſuis cedere , & in actis eiuſ-
dem Magnæ Curiæ Vicariæ inſinuetur,aliàs om-
miſſo tali ordine , ceſſio nulla erit , prout diſpo-
nitur per Regiam Nouellam Pragmat.incip.Ca-
rolus Quintus fol.519. in libro meo, & omnibus
debet cedere,vt etiam vnum denarium non reti-
neat , licet in poſteà quæſitis ſit ſecus, ſecundum
gloſ.in l.penul.ff.de ceſſ.bon. & l.cum etiam filij.
M & dicam infra. (M)
9 Sed nonne fuit ſuperfluum , quod diſponitur
per dictam pragmaticam, ex quo hoc etiam erat
primo cautum , vt refert gloſ. in l.penult. ff. hoc
tit.noſtro,& ibi Ang. & cæteri Doctor. dic quod
hoc fecit ad tollendam omnem difficultatem
nam antè hanc Pragmaticam libellus ceſſionis
bonorum procedebat etiam generalis , non ſpe-
cificatis bonis cedentis, ſicut cæteri libelli ſub-
ſtinebantur , & ſubſtinentur parte non contradi-
cente l.fin.C.de annal.præſcript.in tantum quod
dicta demonſtratio debet fieri particulariter de
omnibus bonis, & ſine aliqua malignitate , aliàs
non gaudet beneficio ceſſionis bonorum ; vndè
ſi fuerit conuictus bona ſua ex malignitate non
indicaſſe perdit beneficium, ita dixit Baldus in l.
fin. §. cum igitur in 3.colum. C.de iure deliber.
ſecus ſi ex errore , vel bona fide , vel modica res
eſſet,quæ non fuit demonſtrata,vt idem Bald.di-
cit ibi, & hoc procedit etiam creditoribus nõ in-
ſtantibus, quoniã expreſſe per Reg.Prag.hoc ca-
uetur vlterius actus annullãdo, quo caſu habetur
pro

pro forma, & non potest prætermitti, per ea, quæ
N dicit Bart. in l. quod ait ff. de diuort. (N)
10 Tenentur etiam cedētes ex dispositione dictæ
Pragm. non solum bona, & iura eorum indicare,
sed illa inscribere per suas circumstantias in actis
processus cessionis bonorum l. edicta C. de eden.
l. forma ff. de cens. & hoc corrigendo dispositionē
iuris communis, l. in omni C. qui bonis ced. poss.
iuncta glo. in ver. voluntatis exponendo glos. illū
tex. hoc modo in omni cessione voluntatis suffi-
cit sola professio voluntatis, idest sine scriptura,
per text. in l. vltim. ff. hoc titul. nostro, ibi & per
nuntium, scilicet referentem debitorem ad eui-
tandas carceres velle bonis cedere, vel per epi-
stolam alternatiuè in arbitrio cedentis posse fieri
cessionem bonorum, reiecta illorum opinione,
qui hactenus dixerunt teneri cedentem exhibere
bona per consignationem rei, quòd expressè ne-
gatur, cum sufficiat bonis cedere. Aliud etiam
superadditum est per Nouell. istam Pragmat. sci-
licet quòd cedens debet cedere creditoribus insta-
tibus, & per hoc nouum ius inducitur circa ex-
plicationem actus, & fit hodiè in Magna Curia
Vicariæ, postquam per decretum fuit admissus
ad beneficium cessionis bonorum præmissa cita-
tione ad videndum explicationem actus, vocatis
Curia pro Tribunali sedente creditoribus, instā-
te procuratore cedentis, quòd explicetur actus
Iudice hebdomatario, qui sedeat decernente,
quòd explicetur actus. dico nouum, ex quo nullo
iure cauetur, & intelligitur, quòd iste actus expli-
cationis debet fieri instantibus creditoribus, & sic
colligitur, quòd Regia ista Nouella Pragmat. seu
intentum condentis fuit, & est quòd si credito-
res fortè vellent ante explicationem actus remit-
tere hanc explicationem possent, quòd est falsū,
ex quo fuit sic cautum pro forma in dicta Prag.
& ad pœnam cedentis, quoniam Reipublicæ in-
terest, ne passim istæ cessiones fiant per homines,
post quam omnia eorum bona cōsumpserint. Nec
obstat, quod dicitur in l. fin. C. qui bonis cedere
poss. quoniā ille tex. loquitur vbi ex vtraque parte
contenderent creditores, & maior pars eorū vel-
let concedere inducias quinquennales, quòd tunc
in eo casu eos creditores anteponi, qui inducias
admittunt, non qui cessionem exigunt, nō sic in-
ter creditores, & cedentem, quia quando contē-
ditur inter cedentem, & creditores, & cedens vel-
let inducias, & creditores cessionem exigerent,
aut cedere deberet, aut stare carceratus, sed è cō-
tra, si vellet debitor cedere, & creditores inducias
præferretur debitor, vt in d. l. fin. tenēt Bar. & Bal.
11 Cogitur debitor, qui bonis cessit præstare cau-
tionem de soluendo si ad pinguiorem fortunam
peruenerit, Ias. in §. fin. col. 2. in princ. inst. de act.
vers. numquid autem ille, qui, & Aret. in §. item
si de dote in princ. inst. de act. vers. in glos. facul-
tates tenet quòd si potest fideiussorem habere,
præstabit cautionem cum fideiussore, aliàs enim
sufficit iuratoria cautio cum obligatione, Bald. in
O l. 2. C. quod cum eo. (O)
12 Omnes qui vtūtur Iure Romano gaudent be-
neficio cessionis bonorū, quo iure tàm in defen-
dendo, quam agēdo, cum Iudæi vti debeant, iuxtà
ea, in l. Iudæi C. de Iudæis, non immeritò si gau-
dent tali beneficio cessionis bonorū, Rol. à Valle
P in cons. 35. 2. vol. nu. 22 (P) & non solū, qui sun
sui iuris, sed etiā filijfamil. qui alieno iuri subiecti
Q sunt, (Q) & etiam vtriusque sexus l. & cum filij-
fam. ibi (vtriusque sexus,) & ibi Salyc. C. qui bon.
ced. poss. & l. 1. C. eodē ibi (siuè masculus sit, siuè
R fœmina,) R siuè Castrense habeant, siuè non,
nam bona Castrensia, vel quasi, in quibus nō da-
tur patri vsusfructus l. fi. C. de inoff. testam. cre-
ditoribus dantur, & ne quid filio reseruatur, cum
in his patri præiudicare possint, & de his dispone-
re, & testari, secundum Alex. & alios in l. 1. C. qui
testam. facere poss. etiā sine consensu patris, non
obstante adhuc Pragm. incip. per Excellent. pro-
hibēte filiumfam. disponere sine consensu patris,
quando patri est subiectus, & sub eius protectio-
ne, & non emancipatus, nec seorsum à patre vi-
uens cum familia sua, cum patri nullū fiat inte-
resse l. filiusfam. ff. de procur. & l. serui quoque eo-
dem tit. & Carau. in d. Prag. per Excell. §. 11. nu.
47. & seq. quod idem est in aduentitijs, in quibus
patri vsusfructus nō datur, vt Alex. & DD. in d.
l. 1. & Carau. in cit. loco. in profectitijs autem non
est dubiū patri præiudicare non posse, neque illa
creditoribus dare, licet quandoque publicatis bo-
nis patris peculiū profectitium remaneat pœnes
filium, & fiscus vendicare non potest, secundum
glo. in d. l. & cum filijfam. quid in bonis aduenti-
tijs, in quibus patri quæritur vsusfructus, tūc ser-
uāda est Reg. Prag. si sine cōsensu patris se obliga-
uit nullus est cōtractus, & bona remanent libera,
si cum patris cōsensu adiudicantur creditoribus.
13 Benè verū est, quòd si filius cum patris cōsen-
su se obligauit, licet contractus subsistat, attamen
absque beneficio cessionis bonorū aliud beneficiū
l. 4. ff. quod cum eo, habet, scilicet quod non teneatur,
nisi in quantu facere potest deductione egeat, dū-
modò emancipatus sit à patre post cōtractū, siuè
expressè cū scriptura, siuè tacitè, vt quia per an-
nos decem seorsum à patre vixit post obligatio-
nem, secundum Bal. in l. post mortem ff. de adopt.
& Afflict. in dec. 189. vel mortuus sit pater, cuius
hæreditatem repudiauerit, vel ab eo exhæredatus
fuerit, vel in minima parte fuerit hæres institu-
tus, vel si hæreditas adita simpliciter inanis repe-
riatur, & inutilis, secundum Paul. de Castr. in d. l.
2. ff. quod cum eo, quanta debeat esse ista mini-
S ma pars declarat glos. in d. l. 2. (S)
14 Quam patris hæreditatē si cum beneficio le-
gis, & inuent. acceperit an gaudeat beneficio il-
lius legis secundæ, cū ferè omnes hæreditates sic
adeantur, deindè vult gaudere beneficio quod cum
eo, an possit tale beneficiū allegare, videtur dicen-
dum quod non gaudeat, per tex. in d. l. 2. vbi de essen-
tia requirit, quod repudiet hæreditatē filius, vel ex-
hæredatus sit, vel in minima sit parte hæres insti-
tutus, vnius modo inclusio, est exclusio aliorum,
c. nonne de præsumpt. & limitata dispositio, limi-
tatū parit effectū l. fideiussores §. pro aur. ff. de fi-
deiuss. Petr. Pecch. in tract. de testam. coniug. lib. 1.
cap. 15. fol. 235. nu. 4. ergo præter casus in illa lege
cōprehensos hæreditatē accipiens illius beneficio
non gaudet, nam qui hæreditatem cum beneficio
legis, & inuentariū adijt non dicitur illam repu-
diasse, sed verè adijsse, & verus, ac proprius dici-

tur hæres, Andr. Tiraq. in tract. de mort. fait si in 2. par. in declar. 11. ex eo quod Imperator vbiq; eum appellat heredé absq; aliqua impropriêtatis nota, vt in l. fin. C. de iure delib. pro quo facit glos. in l. pro hærede §. papinianus ff. de acquir. hæred. vbi enumerantur hæredes nomine tantũ, inter quos iste non recensetur, item quia in eum transeunt actiones actiuæ, & passiuæ, etiã quo ad omné effectum, quando hæreditas est soluendo, vt not. in d. l. fin. §. in cõputatione, & falcidiam detrahit, & hæreditas aditur, necnõ petitione hæreditatis ipse agit, quod non posset, nisi esset verus hæres l. regulariter ff. de pet. hæred. l. hæres C. in quibus caus. & nõ dubitatur quin in materia etiã stricta sub nomine hæredis cõprehendatur hæres cum beneficio inuentarij, secundũ Tiraq. ibi. & talis hæreditas sic adita cum beneficio inuentarij, dicitur verè a lita, & non iacens, vt ait Paul. Castr. in d. §. in computatione, benè Phan. de Phan. in tract. de inuent. in 5. par. fol. 97. à nu. 1. & fol. 103. nu. 13. cum dicatur verus, & proprius hæres, (T) meritò illius beneficio l. 2. non gaudet, quæ requirit, quod repudietur hæreditas, & iste verè adijt. Item vbi lex nõ distinguit, nec nos distinguere debemus, l. prospexit ff. qui & à quibus, lex ergo 2. ff. quod cum eo non distinguit, sed requirit repudiationem, vel aliũ casum ibi comprahensum, iste adijt, meritò asset dicendũ non gaudere adeuntẽ filium hæreditaté paterná cum beneficio legis, & inuentarij.

T

Contrariũ tñ est verius, nam talis aditio cum beneficio legis, & inuẽt. habetur loco abstẽtionis, & sic habetur, ac si ab ea abstinuisset, vt l. fin. §. & si præfatam, & ibi Bald. Salyc. & Moder. C. de iure delib. & l. debitorum ff. ad trebel. & l. ita tamen ff. ad l. falc. & in c. 1. an agnati in vsib. feud. & in proprijs terminis hanc tenet opinionem Franc. Ant. de Iud. in tract. de liquid. instrum. in 4. cons. n. 69.

35 Quod beneficium legis 2. ff. quod cum eo, non est propterea sublatum ob dispositionem Regiæ Pragmat. incip. per Excellentiores per eam requisita fuerint per filiũ in cõtractu adhibita, nam Pragmatica nihil noui adducit circa validationé obligationũ filiorumfamil. cum de iure cõmuni validi essent eorũ contractus omnes, præter mutuũ, & votum l. filiusfamil. ff. de act. & oblig. sed solũ restringit casus, in quibus hodiè procederet dispositio iuris cõmunis, scilicet d. l. nec in Pragm. expressum est, quòd in casibus in ea restrictis velit tollere aliam dispositioné iuris communis existentem in d. l. 2. ff. quod cum eo, & legum correctio euitanda est l. præcipimus C. de appell. & nõ habuit ista Pragmatica intentionem corrigendi, nec correxisse in dubijs per eam non decisis, sed potius reliquisse sub determinatione iuris communis, scilicet dict. l. 2. vt in l. serui ff. de noxalib. & sequitur Carau. in d. prag. per Excell. §. 12. nu. 64. & sequent.

36 Cui beneficio legis quod cum eo eo videtur renũciatũ si generaliter omnibus legũ auxilijs renunciauerit cum iuramento etiã si specialiter non sit dictũ, nec renunciatũ, cum obstet c. cum cõtingat de iureiur. nam frustra legis auxiliũ implorat l. si quis in conscribendo C. de pact. & ratione iuramenti illa generalis renũciatio reputatur, vt specialis, per ea, quæ dicit Bal. in l. 2. q. 2. C. commod. Ias. in l. si conuenerit nu. 15. ff. de iurisd. omn. iudic. contrarium tamen est verius, quod generalis non sufficit renunciatio, sed specialis requiritur, nam hoc est miserabile beneficiũ, & quoties tale priuilegiũ conceditur alicui miserationis gratia, non intelligitur illi renunciatũ, nisi in specie, & in indiuiduo renũcietur l. 1. vbi Cyn. C. quando Imperator Rom. in cons. 169. quia generalis renunciatio extenditur ad beneficia competentia tempore contractus, & cõpetitura ex causa de præterito tamen, secundum Bart. in l. qui Romæ §. duo fratres ff. de verb. oblig. cum per mortem patris, vel emancipationé nouus fiat homo, de Franch. in sua dec. 182. tamen si specialis adsit renunciatio cum iuramento, adhuc gaudere potest illo beneficio, habita tamen dispẽsatione, & absolutione prius à iuramento, iuxta not. per Afflict. in dec. 220. nu. 10. & Carau. in d. Pragm. per Excell. §. 12. nu. 65. & 70. & in Ritu Magnæ Curiæ 166. num. 79. & & Nunc. Tart. in sua pract. fol. 8. nu. 30.

Quo namq; beneficio quod cum eo, ne conueniatur vltra quam facere possit gaudet, & maritus aduersus exactionem, & repetitionem dotis, cui renunciare non potest, quod est fauore speciali personæ, cui reuerentia debetur, vt est tex. in l. alta §. eleganter ff. solut. matr. & l. vnic. §. cum autem in exact. C. de rei vxor. act. quod secus in alijs, secundum glos. & Alex. in d. §. eleganter.

Sic etiã in clerico, qui renunciare nõ potest beneficio prædicto, ne conueniatur vltra quã facere potest, Rota in dec. 177. note quod secundũ aliquos, & in dec. 221. nota quod quis mediante in antiquis, Aufr. in Add. Cap. Thol. q. 61. etiã si iuramentum interfuisset à quo recedi potest, etiã non obtenta licentia, & absolutione superioris, quia si renũciatio non tenuit, etiã non ligauit iuramentũ, Bero. in lib. 9. famil. q. 133. prop. col. fin. vers. suadetur præmissa, firmat Cald. cons. 7. an Episcopus possit in rub. de iureiur. quãdo, & in quibus causis obligetur filiusfamil. ex dispositione dictæ Pragmaticæ recurre ad Carauit. in d. pragmat. vbi ad satiV turitatem. (V)

V

37 Et si pater pręstat cõsensum filio se obliganti, non per hoc remanet obligatus ipse pater propter consensum pręstitum in contractu inito per filium, ex quo præstatur pro conualidatione contractus, & non ad alium se obligandi, iuxta text. in l. Lucius ff. de admin. tut. nec sibi pater præiudicat, quoties se filius obligat, & etiam peculium profectitium, quod patris est, vel bona aduentitia super quibus vsumfructũ habet, nam dispositio ad vnum finem, non debent operari contrarium, de quo tamen me remitto ad Negusant. in tract. de pignor. in 6. part. 3. membr. quia talis patris consensus est necessarius virtute statuti, non autem voluntarius, quo casu non obligat, Caualcan. dec. 33. nu. 25. 1. par.

38 Quod beneficium, quod cum eo defuncto cõpetens, an ad eius hæredes transmittatur l. sed etsi §. soli ff. quod cum eo, vel ad fideiussores, glos. in l. vbicumque ff. de fideiuss. Doctor. in l. quoties C. de prec. imper. offer. & in l. sed, & si fideiussor. vbi glos. Bartol. & Alexand. quem vides sub lege sed hoc ita §. quod autem nume. 9. & ibi Iason ff. de re iudic. videntur tenere

quod

quod non transmictatur; Aliqui enim dixerunt hæredem vltra non teneri, quàm defunctus tenebatur, siuè inuentarium confecerit, siuè non hærea, quia illius ommissione non fit, quo magis heres teneatur, quam defunctus ipse tenebatur, secundum Anchar. in consi. 451. & in cap. peccatũ colum. 27. versic. quæro nono dicendum est de regul. iuris in sexto, Socc. in reg. 170. in vers. hæres inuentarium quinta fall. Alexand. in rubr. ff. de acquir. possess. 2. colum. quod alij intellexerũt esse verum, si illud defuncti beneficium, quod nõ cogatur vltra quam facere possit indistinctè ad hæredes transiret; Sed in iure plerumque habemus non transire huiusmodi, veluti personale, nam maritus, qui tali gaudet beneficio ad hæredem extraneum non transmictit, sed solum ad filios hæredes d. l. maritum ff. solut. matrim. & non quidem ad omnes, sed ad eiusdem matrimonij filios secundum Alex. & Iason. in l. non tantum §. quod autem ff. de re iudic. Alij verò huiusmodi beneficium non transferunt ad hæredem regulariter l. sciendum l. si cum procur. ff. de re iudic. dicam secundum opinionem Phanuc. de Phanu. in tracta. de inuent. in 7. part. num. 65. cum sequent. fol. 232. quod vbi illud beneficium est personale hæres cogatur insolidum, vbi autem ad hæredes esset transmissibile, secus, scilicet quod hæres non obligabitur insolidum, sed dumtaxat ad vires hæreditarias.

Difficultas tamen est secundum eum in discernendo, quando huiusmodi beneficium ne conueniatur vltra quę facere possit sit personale, vel ne, vt in debitore cedente bonis; sic in casu nostro, qui huiusmodi habet beneficium, iuxta d. l. is qui ff. de cessione bonorum, Bal. in l. fi. ad finem vers. quæro C. hoc titul. nostro habuit hoc beneficium pro reali, & non personali, dum ibi dixit, quod hęreditas eius, qui bonis cessit ad hæredes descendit cum sua causa, suisq; vitijs, qui propterea in plus nequeũt adstringi, quam ipse defunctus posset si viueret, & quòd beneficia per eum adepta tam quo ad agendum, quam quo ad excipiendum omnia transeunt ad hæredes, & in hoc non præiudicat hęredi non fecisse inuentarium, in ista etiam opinione fuit Socc. in d. regul. fall. 7. Alexan. & Iaso. in l. fina. §. & si præfatam C. de iure delib. Brun. vero hic in quæst. 6. sui tract. cess. bonor. 4. quæst. princ. tenet disputando huiusmodi beneficium esse personale, & non transire ad heredes eius, per l. non solum §. si puellæ ff. de ritu nupt. & respondet Baldo, quod aliud est in restitutione in integrum, quia non tàm personale, quàm reale reputatur in integrum restitutio, Phan. non respondet quicquam, sed indeterminatam reliquit quæst. & licet opinio Bald. & sequacium rationabilis videatur, tùm ob rationes per eos adductas, tùm etiam quia priuilegium potius descendit, quàm ascendit, etiam in his respectù quorum videtur pars habuisse respectum ad defunctum tantum patrem; Vndè si pater fuerit stipulatus alimenta pro se, intelligitur etiam pro filijs, de quibus non fuit cogitatum, iuxta l. pater ff. de ser. leg. & gloss. singul. in cap. admonere 33. quæstio. 2. cùm pater, & alij cum patre vna eademque persona censeantur, vt §. 2. in auth. de iureiurand. à moriente præst. Ego tamen dico beneficium hoc personale esse, & sic ad hæredem non transire, text. est in l. nesennius ff. de re iudicat. nec etiam ad fideiussorem, quamuis censeatur eademque persona cum defuncto; & ita tenet ibi Ias. num. 5. versic. tertiò diligenter; & non tãtum dicit ibi est personale ex parte eius, cui competit, sed etiã est personale ex parte eius, contra quem competit, & sic passiuè; Et ideò licet competat hæc exceptio contra donatarium conuenientem donatorem, tamen non competit contra habentem ab eo causam, siuè onerosam, siuè lucratiuam; quod intellige procedere secundum eum, quando ex tali delegatione mutatur obligatio, & actio, & eius qualitas, nàm alia est obligatio, ex qua nunc conuenitur donator, quod sit ista, ex qua tenebatur donatario, & est alterius qualitatis, secus quãdo nõ mutatur obligatio, nec actio, nec eius qualitas respectù rei cõuenti, licet persona actoris mutetur, vt in l. si post diuortium & l. si maritus ff. solut. matrimon. vbi maritus, & socer habent actiuè exceptionem ne exigantur vltra quam facere possunt, & istam exceptionem habent non solum si exigantur ab vxore, sed etiã ea mortua si exigantur ab hærede mulieris, vel à Fisco, cui dos ob delictum mulieris fuit confiscata. (X)

X

Nec gaudet beneficio hoc, quod cum eo ille,
19 qui habet artem vndè viuere possit, licet nihil aliud habeat in bonis, ita gloss. quam refert, & sequitur Paul. de Castr. in l. si maritus in fine ff. sol. matrimon. Idem dicimus quando debitor, & creditor sunt pauperes, & sic sunt in pari priuilegio, quo casu conquassantur, & debitor non gaudebit tali priuilegio contra creditorem pauperem. vndè præfertur creditor, qui tractat de damno vitando, tam in agendo, quàm in defendendo, quia omnis charitas incipit à seipso, Pau. de Castr. in d. l. si maritus in princ. vndè priuilegiatus vtitur priuilegio suo contra pariter priuilegiatum, quãdò vtens priuilegio tractat de damno vitando, & alius de lucro captando, vbi duo priuilegia repugnantia concurrunt l. verum ff. de minor. in Addit. Alexan. in l. prima §. ad municip. ff. ad leg. falcid. (A)

A

Quid de filio fam. qui contraxerat viuo patre,
20 & diù steterit in tali obligatione, an tali gaudeat beneficio, quod cum eo, habemus enim, quod citatus filiusfamil. super tenore instrumenti ad instantiam creditoris, si tale opponitur beneficium per ipsum filiumfam. aduersus liquidationem, quod carcerari non poterit, secundum Castr. in l. 2. ff. quod cum eo, & ad hoc ponit practicam Carau. in Ritu Magnæ Cur. 166. nu. 79 quod quando tale opponitur beneficium aduersus liquidationem, quod proceditur ad actum liquidationis, verum pro debito, & pœna supersedeatur in exequendo personaliter, donec aliter auditis partibus & visis actis de iustitia fuerit prouisum, in tantũ quod si aduersus hanc exceptionem per filium factum sui iuris per mortem patris, vel emancipationem allegetur per creditorem diù stet sic id obligatione, & per consequens non debere gaudere tali beneficio, ex regula text. in l. ex parte §. sed an etiam ff. quod cum eo, dicimus quod hoc venit in causæ cognitione, scilicet an pendente

hoc

hoc tempore potuit satisfacere, & non fecit, vel
dolo desijt possidere, dicit glos. ibi quod non gau-
debit tunc tali beneficio, vel alius dolus allegetur
cum tempus non sit causa tollendi, vel inducen-
di obligationem, & propterea hoc non probato
tali debet gaudere beneficio & propterea cum sic
fuisset liquidatum instrumentum aduersus talem
filiumfam. per Magnam Curiam, facto verbo in
Sacro Consilio fuit liberatus filius, cum cautione
de stando iuri, quia creditor pretendebat probare
talem dolum, & fuit datus terminus adhoc, vt te-
statur de Franch, dec. 221.

Nec tali beneficiò debet gaudere filiusfam. fa-
21 ctus sui iuris super bonis Castrensibus, vel quasi,
vel aduentitijs, quæ habebat viuo patre tempore
contractæ obligationis, quia quando creditores
contraxerunt, contraxerunt habendo respectum
ad bona, quæ possidebat tunc temporis contractę
obligationis, sic etiam in bonis paternis ad filium
ob mortem peruentis, quia creditores sic spera-
bant, quod peruenirent ad filium, & sic contra
eos exequitur nulla habita ratione super illis qđ
egeat, vel non egeat, ita Cast. in d. l. a. ff. quod cum
eos verum tamen est, quod non carcerabitur, de
Franch. in dec. 90. & quando tali debeat gaudere
beneficio talis filius, & quæ requirantur, vide alia
not. per Castr. in d. l. 2. Nec frater contra fratrem,
cum insolidum conueniri possit, licet tamen pro
debito ciuili ad eius instantiam arrestari non pos-
sit, Thess. dec. 119.

Gaudeant etiam beneficio hoc quod cum eo si
22 parentes à filijs conueniantur l. sunt qui §. fina. ff.
de re iudic. vbi Doctor. & Alber. de Rosa. Item si
persona sit Nobilis, Doctor, aut Miles, quo casu
non proceditur contra eorum personas, sed con-
tra bona, quæ capiuntur in satisfactionem secun-
dum Thess. dec. 153. num. 6. & Docto. in l. miles
ff. de re iudic. item si socius à socio §. penu. inst. de
actio. Quod etiam procedit in colono partiario si
tempore consignationis fructuum non habet vn-
dè soluere habeat, cum socio æquiparetur, secun-
dum Petr. de Vbal. in tractat. de duobus fratribus
in 11. par. quæst. 9. sub num. 10. column. 3. versi. ex
quibus etiam tertia differentia colligi potest, Ful-
gos. in l. si merces §. vis maior ff. locati, quod ve-
rum intellige, nisi colonus ipse in instrumento lo-
cationis iurauerit domino satisfacere, eiusq; por-
tionem consignare, nam ratione iuramenti illo
beneficio non gaudebit, & illud opponere non
poterit, iuxta ea, quæ tradidit Capp. Tholos. q. 25.
item fuit quæsitum Roland. à Vall. consi. 31. quia
præsens volum. 2. vel si cum domino dolose con-
traxerit, & animo, ac intẽtione dictum beneficiũ
opponendi tempore fructuum consignationis, &
solutionis, Corn. consi. 128. column. prima, num. 5
volum. 3. Angel. in l. 4. versic. item non gaudet ff.
hoc titu. nostro, Dyn. in regul. peccatum in fine
de regul. iuris in sexto. Opponitur etiam, si ma-
ritus conueniatur ab vxore, & è contra l. non
tantum ff. de re iudicat. an habeat locum in Ciui-
tate Neapolis vbi adest Consuetudo in scriptis,
quando quis conuenitur pro restitutione dotis,
vel quando agitur contra promittentem dotem,
vel insolidum conueniatur, recurre ad Vrsill. in
dec. 222. vbi refert Sacri Consilij decisiones suo
tempore factas.

Item qui cessit bonis hoc gaudet beneficio qđ
cum eo l. 3. C. de bonis auth. iudic. possid. quando
post cessionem ad pinguiorem fortunam perue-
nerit, quæ deductio ne egeat debet fieri non solũ
per se, sed etiam pro filijs suis, & vxore sua, argu.
text. in leg. si quis à liberis §. non tantum ff. de lib.
agnosc. vbi pro se, filijs, & vxore sua, & glos. in d.
cap. admonere 33. quæst. 2. vbi qui stipulatur ex-
pensas pro se, intelligitur etiam stipulasse pro v-
xore sua, licet hodie malè seruetur, cũ videamus
cedentes bonis amplius non molestari à credito-
ribus, licet tamen videantur semper indigere, &
tamen sunt aliqui diuites, ex quo emptiones om-
nes faciunt semper in personam filiorũ, vel vxo-
ris. Quo beneficio gaudent cedentes bonis si ad
pinguiorem fortunam peruenerint, respectũ præ-
23 teritorum creditorum, respectũ verò futurorum
creditorum acquisitorum post cessionẽ, & sic no-
uorum insolidum conuenitur d. leg. 3. C. de bonis
aut. iudic. poss.

Nec aduersus eos obstabit cessio præcedẽs, nisi
de nouo cedant bonis, cum hoc facere possint, ex
quo ille actus est reiterabilis, secundum Salyc. &
Castr. in leg. ex contractu C. de bonis aut. iudic.
poss. nisi causam ex præcedenti contractu conti-
nuatam haberent, verbi gratia, si seruus fructua-
rius operas suas in biennium pro 20. locauit con-
ductor bonis cessit, deindè post annum finitus est
vsusfructus, & sic proprietarius incœpit nouus es-
se creditor, vt est tex. in l. si seruus communis §.
fin. ff. de stipul. seruorum, hoc enim casu dicta ces-
sio debitori aduersus proprietarium proderit, qa
non est cum eo de nouo contractum, sed perso-
na dumtaxat mutata, cui acquiritur, & est idem
contractus de cuius executione agitur, Bal. in d. l.
ex contractu, Alex. in Add. Bar. in l. 1. C. hoc titu.
nostro.

Et respectũ etiam præteritorum insolidum ab
eis conuenitur super bonis nouiter quæsitis non
obstante cessione bonorum, si bona acquisita alie-
nauit in fraudem creditorum, secundum glo. in l.
B fin. §. si. & ibi Bar. ff. quæ in fraud. creditorum. (B)
Et cedens vituperosè bonis nates super lapide
percutiendo, quo casu liberatur à debito si ad pin-
guiorem fortunam peruenerit, secundum glo. in
cap. sicut dignum §. hi quoque in ver. si habent in
fine extra de homic. Roman. singul. 24. quod ho-
24 die in Italia non fit, sed tantum stat supra lapidẽ
C detecto capito per spatium parui temporis. (C)
Operatur etiam cessio prædicta bonorum disso-
lutionem societatis §. pen. vbi Ias. in Add. Christ.
Porc. n. 4. inst. de societ. Ac etiam soluit compro-
missum l. item si vnus in princ. & ibi Bal. ff. de ar-
D bitr. (D)

Si cuidam debitori facta cessione bonorum
25 fuit relicta quædã Turris, quæ valet ducatis mil-
le, & creditores volunt eam vendere, debitor aũt
minimè, ex quo vult eam pro sua habitatione,
postquam debitor facta cessione nõ teneatur, nisi
in quantum facere potest deducto ne egeat, scili-
cet habitatione, victu, & vestitu, fuit dictum quod
est in electione Iudicis, vt consideret qualitates
personæ debitoris si est persona talis, quæ mere-
tur talem habitationem, tunc vendi non debet.

ced

sed relinquenda est ei, & actendi debet redditus, non valor rei, vide text. in l.qui bonis ff.de cessio.
E bonor.(E)

Sed an possint offerre iustam æstimationem, vt
26 ex oblata agere contra debitorem tanquam diuitem factum, non decidit Bal.in l.fi. prima colum. circa finem C.qui bon.ced.poss. refert Bartol.qui dixit non reperijsse scriptum posse fieri hanc oblationem, & benè per d. l. qui bonis, vbi in exigendo quatenus facere potest redigendum, non quantum redigeretur ex venditione ædificiorum, quia non habetur respectus ad qualitatem ædificij, sed ad quantitatem fructuum solum, & per illum text. dixit ibi Angel. se consuluisse, quod si vxori relicta sunt alimenta, quod sunt ei præstanda secundum redditus patrimonij, non autem secundum proprietatem Castri, & idem per illũ text. dixit Angel. in l.nesennius §.fin. ff.de re iudi. qui text. loquitur in donatore, qui non tenetur, nisi in quantum facere potest, & hanc opinionem tenet Boer. in deci.19.nu.7. Sicut enim in patre, qui tenetur filio præstare alimenta, non tamen tenetur vendere stabilia, & de pretio alimentare filium, nec tamen potest dicere filius in casu, quo tenetur alere patrem vendas stabilia, & de pretio te alimentes, quod adhuc potest petere alimenta, & retinere bona, cum tantum redditus bonorum actendi debeat, secundum Dec. benè in l.diuus ff. de regul.iuris. Vndè si testator legat fundum, & grauat legatarium ad aliquam annuam præstationem debent actendi fructus, & non valor fundi, ideò si non percipiuntur tot fructus, quot sufficiunt ad annuam præstationem, non tenetur ad integram præstationem, licet fundus sit magni pretij, & sic non poterit dicere ille, cui annua præstatio relicta est vendas fundum, & percipies tantum quod sufficit pro toto tempore, quo habeo viuere, quia testator videtur voluisse, quod de redditibus satisfiat; Imò si relinquitur pecunia pro alimentis in dubio videtur esse mens testatoris quod de interusurio, & lucro percipiendo ex illa pecunia alimenta præstentur, ita Alex. in leg. maritum §.primo, ff.ad l falc. In tantum quod si testator legat mille suæ filiæ, & vult quod ponantur in loco tuto, vsque ad nubilem ætatem, & qđ de fructibus alatur, & hæres hoc non fecerit, an ista puella tempore nubilis ætatis poterit petere illud, quod plus percepisset vltra alimenta, si mille fuissent deposita, non obstante quod alimenta habuerit ab hærede, Paul.de Castr. in cons.236. in Add. Bar. in l.si quis à liberis §.sed & si filius ff.de
F liber.agnosc. (F)

Pone, quod defunctus cessit bonis, taliter quod
27 non tenetur, nisi in quantum facere potest, si moritur, & hæres eius adijt hæreditatem sine beneficio legis, & inuentarij, ita quod insolidum teneretur, iuxta l.fin.C.de iure delib. an possit saltim vti beneficio patris, qui ob cessionem bonorum factam tenebatur in quantum facere poterat, nã hæreditas cum sua causa, suisque vitijs transit in hæredes, nec in plus tenetur hæres creditoribus, quam defunctus, & beneficia adepta per defunctum transeunt ad hæredes, l.non solum ff.de restitu.in integr.& in hac opinione fuit Bal. in l.fin. in fine C.qui bonis ced.poss. tamen contrariam opinionem tenet Salyc. in d.l.1. in fine C.hoc titulo nostro, mouetur per tex.in l.si §. si vero non fuerit C.de iure delib. vbi præsumptio est, quod hæreditatem opulentam, & soluendo hæres inuenerit, & hæreditaria bona supperfuerit, & sic præsumpta pinguedo exceptiones prius ad inopiam causatas cessare facit, & hanc opinionem videtur tenere idem Bal. in l.2. versi.tertio quæro C.quod cum eo, & contra primam Bal. opinio tenet Alex. in l.fin.§.& si præfatam post princ. versic. alius est casus num.4. C.de iure delib. dicens, quod prima opinio Bal. est contra tex.in l.sciendum ff. de re iudi.& videtur tex. apertius in l vetum § primo, ff. pro socio, quia beneficium istud personale est, &
G latius supra explicauimus. (G)

Quo beneficio non tantum, qui cessit bonis
28 gaudet, cum non liberetur, neque à ciuili, neque naturali obligatione, sed datur sibi tantum talis exceptio, vt non teneatur, nisi deducto ne egeat, secundum Bal.& alios in d.l.prima, C.hoc tit.nostro, & Angel. in l.vbicumq; ff.de fideiusso.

Quam conclusionem intellige veram, & procedere in foro contentioso; Secus verò in foro pœnitentiali, vndè licet in foro contentioso debeat haberi ratio, ne egeat post cessionem bonorum, tamen secus in foro pœnitentiali, secundum glos. quam refert, & sequitur ibi Abbas in c.cum tu num.10. de vsur. Sed etiam competit ei, qui à Piratis, & Turcis spoliatur suis bonis, ita quod nõ debet insolidum conueniri, sed in quantum facere potest, ne detur afflictio afflicto, secundum Io.
H Fabr.in §.fin.inst.de act.(H)

Aliæ sunt personæ quæ hoc beneficio deducto ne egeat gaudent, prout cumulat Nunt. Tartagl. in sua pract.ciuil.fol.8.num.31.cum sequ. & inter alias est Clericus, cui hoc competit beneficiũ, secundum Docto & Iaso.in l.miles ff.de re iudic. argum.illius tex. & in tantum hoc competit beneficium clerico, quod etiam si specialiter tali beneficio renuncia et adhuc gauderet, eo quod clericus priuilegio suo renunciare non potest, argu. cap.fori de foro compet. ita in dec. Rotæ in antiquis dec. 177. nota quod secundum aliquos, & in dec.211.nota quod quis med. Aduerte tamen, ꝙ indistinctè hoc beneficium clerico non competit, nam si actione reali esse conuentus, vtiq; tali beneficio non gauderet.

Item quando debitum est iuratum, tunc post
29 clericus incarcerari, eo quia periurium est graue peccatum, secundum Afflict. in Const. Regni Incip.si clericus in sextò notab. non tamen negatur, quin saltim gaudeat beneficio cap. Odoardus de solut. & Affl. hoc non dicit, vndè licet ratione iuramenti carceretur, iuuat tamen cap. Odoardus, Foll. in sua pract.cens.fol.129. num.20. Similiter etiam non gaudet Clericus tali beneficio l. miles cum ibi not.de re iud. quando est condemnatus per tres sententias conformes, secundum not. per Bal. in l.prima, C.qui bon.ced.poss. Aret. & Ias. in §.fin.de actio. Nec etiam datur clerico beneficiato aduersus pensionarium, quando debitor pensionis consentijsset eius impositioni personaliter, nam tali casu in eius consensu inest iuramentum, & obligatur in forma Cameræ non esset honestum, postquam habet beneficiũ ad cuius regressum

sum se obligauit ob non solutionem, quod inue-
nit exceptione dicti capituli Odoardus, vel alia
simili, vt volunt Gomes. in com n. ad Reg. Can-
cell. in Compendio vtriusque signa. in fine; Nec
etiam conceditur illi, qui in fraudem creditoris
bona sua alienauit, & e mpior reperitur non sol-
uendo, quia tunc detruditur in carceribus, secun-
dum Dyn. in §. item si quis in fraud. inst. de actio.
Similiter negatur tale beneficium si dolosè debi-
tor contraxisset, sciens se non esse soluendo, ani-
mo postea cedendi bonis, ac se iuuandi tali bene-
ficio cap. Odoardus, secundú Bal. in §. fin. inst. de
action. & Foll. in sua pract. cens. fol. 129. num. 20.
Dyn. in cap. peccatum de regu. iur. in sexto, Ang.
in l. 1. ff. de cess. bonorum. in Add. Papiens. in tit. de
forma inquisit. nu. 26. in lit. A. Licet debitor, &
creditor sint paris egestatis non cessat tale bene-
ficium cessionis, quod secus in beneficio quod cú
eo, quo casu cessat data pari egestate, Bar. in l. pe-
nultim. ff. de cessio. bonor. Castr. in l. intradit. §. his
cred. ff. de pact. Bal. in l. præses C. de seru. & aqua,
& in l. 2. C. quod cum eo, & in d. Add. Papiens. lo-
co citat. si tamen clericus antequam in tale inci-
deret periurium hoc allegauerit beneficium, vtique
concederetur facilius, ne militet doctrina Afflict.
secundum quem in Constit. Incip. eos non incidit
in periurium si pauper esset, & sic ratione pau-
pertatis excusaretur, & ex alijs etiam à tali pœna
excusatur, secundum eum ibi vers. 8. quæro num.
16. Et in tantum est verum, quod quando cleri-
cus est notoriè pauper, quod non potest excom-
municari, nec publicari propter debitum, secun-
dum Abb. in d. cap. Odoardus 2. colum. & Vesill.
in dec. 377. circa finem, qui increpat contra Iudi-
ces, qui indistinctè affigunt chartones contra
non soluentes clericos, & pauperes, & ego habui
de facto in Curia Episcopali Regindæ Minoris.
Et quod sit verum data enim condemnatione
aduersus clericum pro debito, si tantum partem
soluere poterit, pro reliquo, vel toto non excusa-
bitur, nisi in quantum facere potest, secundum
glos. in l. miles ff. de re iudicat. & ibi Bart. refert, &
sequitur Dec. Capp. Tholos. dec. 245. & ibi Aufr.
concordantes allegans, & Abb. in c. Odoardus de
solut. reprahendit Iudicem, qui excommunicat
clericum, cum tali gaudeat beneficio, refert tamé
ibi Aufr. quod ipse semper vidit seruari, quod cle-
ricus excommunicatus pro debito ciuili admitte-
batur ad faciendum sequestrationem fructuum
sui tituli, seu beneficij reseruata sibi congrua
portione pro ipsius substentatione, & hoc facto si
non habet aliunde quo posset satisfacere, absol-
uebatur, & detinebatur beneficium in sequestro,
I donec fuisset creditoribus satisfactum. (I)

Et non tantum hæ personæ tali gaudent bene-
30 ficio quod cum eo deducto ne egeant, sed etiam
socer, & socrus aduersus generum agentem con-
tra eos pro exactione dotis promissa, secundum
gloss. & Bart. in l. alia §. eleganter ff. solut. matrim.
& si ipsi iurauerunt soluere insolidum, seu in to-
tum, prout communiter fit, tunc ratione iuramé-
ti ne sit periurus habita prius habilitatione ab
Episcopo super dicto iuramento, deinde talem
poterit opponere exceptionem aduersus generú
sic agentem, sequitur Capp. Tholosan. decis. 258.
nisi dicti socer, vel socrus fuerint in dolo, quia
pauperes scientes se non esse soluendo promise-
runt dotem, nam cum tunc delinquant propter
dolum suum perdunt dictum priuilegium, ita
Angel. in §. sunt præterea instit. de actio. & sequi-
L tur Aufr. in Add. d. Cap. Thol. (L)

11 Et eodem gaudet priuilegio si pater à filio,
vel filius à patre ratione seruandæ æqualitatis, vel
patronus à liberto, vel donans à donatario socius
à socio, quod in fratre conuento à fratre, vide glo.
Bar. & Bal. in l. verum ff. pro socio, & Angel. in d.
§. præterea Thess. dec. 119. vbi etiam de subdito,
& Prælato, de scholari, & Doctore, & alias ibi etiá
notat personas, facit l. sunt, qui ff. de re iudi. Mo-
dus autem opponendi talem exceptionem est, vi-
delicet, non dicor plus pro. nisi se tibi, nisi in quá-
tum facere possum. alias succumberet, ita glos. &
Docto. in l. si prior ff. solut. matrimo. & tenet An-
gel. in titu. de except. vers. vltim. refert, & sequi-
tur Aufr. in d. Add. in fine, & in qualibet parte iu-
dicij opponi poterit, ac etiam post sententiam, li-
cet fecerit transitum in rem iudicatam, quoniam
regula est, quod omnis exceptio, quæ non repu-
gnat sententiæ potest opponi etiam post senten-
tiam, quæ transiuit in rem iudicatam, etiam in
exequutione, secundum Docto. in l. 1. C. de iuris,
& facti ignorantia, refert Aufr. in d. Add. vnde si
filius pro contractu viuo patre inito sit conuen-
tus, & condemnatus, quod aduersus sententiam,
& condemnationem, & exequutionem poterit
beneficium illud opponere, si posteà emancipa-
tus sit, vel exheredatus, vel abstineat se ab hære-
ditate paterna post mortem patris, l. si filiusfam.
ff. quod cum eo, cum non tollat sententiam, sed
tantum limitet, secundum Iason. in d. l. prima, C. de
M iuris, & facti ignor. (M) Quod tamen benefi-
cium perdit filiusfamilias propter mendacium, si
sui iuris se esse asseruit leg. cum qui ff. quod cum
N eo. (N)

Ad propositum diximus filiumfami. posse ce-
40 dere bonis, & peculium profectitium non posse
dare in solutum creditoribus, nisi debitum per fi-
lium contractum commune esset patris, & filij,
secundum Bald. in l. & cum filij fam. C. qui bonis
ced. poss. quando autem dicatur debitum contra-
ctum per filium esse commune patris, & filij, dic
si filius fam. pecuniam mutuo acceperit pro ma-
ritanda filia sua, vel sorore, & auus erat in casu,
quo tenebatur dotare neptem suam, vt quia filius
dotem acceperit, seú mutuum à creditore pro il-
la maritanda, & hoc animo fecerit, & pater puel-
læ pauper erat, & auus tunc actione de in rem
verso tenetur l. & ideo §. fin. cum ll. sequent. ff. de
in rem vers. & l. profectitia §. si filiusfam. ff. de iu-
re dot. per quem tex. in ver. si pater, dixit illud sin
gulare Ludou. Roman. in singul. 602. quod si ex-
traneus promisit dotem pro filia alterius, & pater
mulieris, vt fideiussor extranei in illa dote solue-
O rit non poterit repetere à debitore extraneo. (O)
Si enim pater, & filius simul se obligát alicui pro
pecunia recepta, quod præsumitur pro medietate
ad quemlibet peruenisse respectu patris, & filij,
respectu vero creditoris si est factus contractus
cum expresso consensu patris iuxta formam Re-
giæ Pragm. Incipien. per Excell. & in instrumento

in.

insolidum se obligauerint, tunc quem vult con-
uenire poterit creditor l. reos §.cum in tabulis ff.
de duobus reis,& Alex. & alij in l.si cum dotem,
§.transgrediamur ff.solut. matrimon. Si tamen
filius staret sub protectione patris præsumitur to-
tam pecuniam peruenisse in posse patris,nisi cō-
trarium appareret ex solutione facta alteri ipso-
rum tantum, vt quia promictitur patri, & filio,
& deindè fit tantum solutio filio, quod non pro-
pterea præsumitur ad patrem aliquid peruenisse;
& si pater stat sub protectione filij, & non appa-
ret in posse cuius peruenit pecunia mutuata, vel
dos soluta à patre vxoris filij, quod tota præsu-
mitur ad filium administrantem peruenisse,Boe.
in dec.23.num.10.Aret.in §. est & aliud insti.de
donat. & Alexan.in d.§.transgrediamur,Stracch.
in tract.de decoct.fol.97.num.10.quæ de æquita-
tæ videntur potius,quam de rigore, quæ æquitas
cum non sit scripta,non præfertur rigori, secun-
P dum Boer.in d.dec.23. (P)

Et habui de facto,cum dos esset promissa pa-
tri,& filio futuro viro per patrem mulieris,dein-
dè apparet totalem solutionem fuisse factam filio
tantum sine consensu patris, sub cuius protectio-
ne stabat,quod eueniente casu restitutionis ad ni-
hil pater tenetur, postquam ad ipsum nihil per-
uenit,si aliquid peruenisset teneretur vtiq; actio-
ne de in rem verso, Alexand.in l.si cum dotem §.
transgrediamur cum sequen.ff.solut. matrimon.
tanto magis hoc dixi,cum illa præsumptio, vt præ
dixi esset potius de æquitate, sed si patri, & filio
insimul,& probatur per filium in rei veritate to-
tam pecuniam ad patrem peruenisse, ipse vtique
tenetur,cum videatur quasi fideiussor,vt in Add.
Barto.in l.marcellus ff.de fideiusso.& Marsil.sin-
gula.2. Aduerte quod illud dictum procedit re-
spectu patris,& filij,respectu verò creditoris non
est curandum,nam quem vult conuenire potest,
si insolidum obligati sunt.

Et nota quod quando duo sunt mihi obligati
41 insolidum ad idem,si alter ipsorum sentit totam
vtilitatem,alter nihil,& ego conuenio illum, qui
vtilitatem non sentit potest excipere, quod prius
conueniatur,& excutiatur ille,qui vtilitatem sen-
tit suo periculo,vt si ille non reperiatur soluendo
reddatur ad eum pro capitali,& expensis,& ita
fecit obseruare Paul. Castr. in l. indè quæritur ff.
locati,vbi fecit depositare expensas, & offerre par
tem suam,Lupus in cap.per vestras de donat. in-
ter virum,& vxor.§.5.num.10.vers. & hoc mihi
magis placet Aret.in §.si plures inst. de fideiusso.
ex mente Barto.in l. 2.§.fin.ff.de duobus reis,nisi
esset renunciatum tali beneficio excussionis,me-
lius Papiens.de Forma libell. contra plures reos
deben.versi.quilibet ipsorum fol.160.numer.no-
Q no. (Q)

Nota vnum, quod si promissio solutionis pe-
cuniæ faciendæ sit facta patri,& filio insolidum
qui promiserunt tempore prædictæ solutionis fa-
ciendæ cautelare,& cautam facere pecuniam præ
dictam,si postea solutio fit tantum filio sine ex-
presso consensu patris,qui interuenerat in primo
instrumento promissionis,& assensum ibi præsti-
tit,an filius obligetur,vel habeat beneficium Re-
giæ Pragm.Incip.per Excell. dicerem sufficere
illum consensum expressum adhibitum, & præ-
stitum in primordio obligationis, qui non requi-
ritur in eius sequela,per ea, quæ not.dixit Iaso.in
l. prima,§.item acquirimus 2.colum.ff.de acquir.
possess. vbi si stante statuto,quod in contractibus
mulierum,vel minorum debeat interuenire con-
42 sensus consanguineorum,& Iudicis, quod si fuit
constitutus procurator à minore ad contrahendū
cum debitis sollemnitatibus requisitis à statuto
contractus postea celebratus per istum procura-
torem sine istis sollemnitatibus statuti benè va-
leat,& teneat, cum sit creatus ad contrahendum
sollemniter super certa re specialis in tantum, qđ
si in venditione rei immobilis minoris fuit ab ini
tio in specie adhibita sollemnitas requisita à iure,
quod postea super sequela alienationis non requi
ritur alia sollemnitas, ita text. in l.tutor rerum
ff.de administr.tutor.& facit glos.in l.3.§.sed verū
in verb.inuito patre ff.de minor. quam notat ibi
Barto.qui vult,quod si pater præstitit consensum
filio agenti in certa causa in specie, non est po-
stea necesse quod in exequutione condemnatio-
nis sententiæ alius consensus patris præstetur; &
facit text.in leg.si pupillorum §.primo,ff.de rebus
eorum,vbi decretum Iudicis interpositum super
obligatione rei immobilis minoris,porrigitur ad
venditionem,quæ fit à creditore;& infert ibi Bal.
quod si ecclesia obligauit prædium cuidam cre-
ditori cum decreto Episcopi,potest postea credi-
tor alienare non seruata sollemnitate authen.hoc
ius porrectum C.de sacros. Eccl. Ideò dicit idem
Bald.in leg.per retentionem C.de vsur.quod vbi
primus contractus est præparatorius sequentis,
dicta in primo contractu censentur repetita in
sequenti; vndè Alexand.in consi.27.volum.3.di-
xit, quod procurator constitutus ad vendendum
cum pacto de retrouendendo, si vendit simplici-
ter,videtur vendidisse cum pacto prædictu,sequi
tur Afflict.in decis.285.num.21.cum per obliga-
tionem factam in contractu promissionis,nasca-
R tur actio demonstrata solutione, (R) per ea,quæ
not.Pau.de Castr.in l.prima,§.1 circa finem,ff.de
præt.stipul.vbi si quis promictit mihi cautum,vel
securum me facere de eo, quod debet,sufficit qđ
per publicum instrumentum se obliget,sed si hāc
43 promissionem sollemniter fecerit per publicum
instrumentum, seù in ipso, in quo se obligauit
hanc fecerit promissionem. nam si intelligeretur
quod iterum se obliget nullius vtilitatis hoc erit,
ex quo ex eo nascitur actio,& obligatio in fauo-
rem creditoris,ideò vt aliquid operetur promis-
sio debet intelligi, quod dentur fideiussores, vel
pignora, si autem de debito non apparet instru-
mentum posset procedere inductio supradicta,
sequitur Iaso.in l.1.ff.qui satisdare cogantur,cum
ex hypotheca,& obligatione tunc temporis pro-
missionis contractæ nascatur actio in beneficium
mulieris, & ad illud retrotrahatur,iuxta glos.in
l.assiduis C.qui pot.in pigno.habeant.de quo per
Negus.in tract.de pignor.in 5.par.1.memb.num.
12.versic.ad contrarium, & in 2.parte 4.membr.
num.79. In quo vers.nota illum, ad intellectum
glos.in d.leg. assiduis, quia habui de facto,& pars
aduersa aliter sentiebat,& illam doctrin.Negus.&
Bal.Nouell. nausiam habebat, ex quo forsan supra
flo-

ſtomachum detinebat, cum caſum decideret contra ipſum.

Et ſimiliter etiam habui de facto, cum pater, & filius ſub eius protectione exiſtens promiſerint
44 dotem pro filia, & ſorore marito futuro, ſi filius coactus ſoluit, vel ſponte dotem promiſſam ſoluit an repetat à patre, cum in instrumento promiſſionis non eſſet dictum animo repetẽdi à patre, vel à fratribus repetat pro rata ſi poſt mortem patris ſoluit, certum eſt de iure onus paternum eſſe dotare filiam leg. qui liberos ff. de ritu nupt. poſtquam filius promiſit, & ſoluit, videtur reſpectù patris eſſe quaſi fideiuſſor, vt in d. l. marcellus, quo caſu ſoluens repetit, tamen dicendum eſt, quod ſi pater non eſt potens ad ſoluendum dotem pro filia, tunc filius pro reliquo videtur ſe obligaſſe de ſuo, nec illud repeteret per l. fin. C. de dotis promiſſ. Et Bal. Nouell. in tract. de dote in 6. part. priuileg. 3. num. 6. vbi ſi filia haberet patrẽ fortè abſentem, qui poſſet dotare filiam, nam tũc ipſa mater ſic dotando, licet aliter non proteſtetur poſſet ſaltim ab ipſo patre repetere per actionem negotiorum geſtorum, ex quo onus dotandi non ſpectabat ad ipſam matrem, ſed ad patrem, prout idem dicimus in alimentis l. ſi quis à liberis §. ſi mater. ff. de lib. agnoſc. & per Bart. in l. neſennius, & l. alimenta ff. de negot. geſt. Imò fortè poſſet dici idem in quocumque alio extraneo, & ſic ſi mulier habet patrem, qui poſſet, & teneretur dotare filiam, quæ tamen non dotatur à patre, quia fortè eſt abſens, vel à remotis, vel in carceribus, vel fortè perfidia detentus nollet maritare, & dotare filiam, tunc ſi alius amicus, vel coniunctus dotem promiſit, vel ſoluit licet aliter non proteſtetur quod animo repetendi promiſit, nihilominus non præſumitur donatio, ſed poterit repetere ab ipſo patre per actionem negotiorum geſtorum, ex quo vtiliter geſſit negotium patris, quaſi in rem patris ſit verſum, & facit l. nihil ff. de
S in rem verſ. (S)

Videndum qui ad ceſſionis beneficium admi-
45 cti non poſſunt; prohibetur enim ab huiuſmodi beneficio, qui obligatus eſt ad onus perſonale, & perſonaliter ad ſeruiendum l. ſed cum fructua. ff. de vſufruct. & ibi Flor. & Paul. de Caſtr. in l. ſi quis curialis C. de Epiſcop. & cleric. & ſic præciſè ſic ad factum obligatus, puta ſcribere librum, fodare foſſam, permiſſa non eſt ceſſio, ob id enim per ceſſionem liberatio alicui contingit, quia aliàs non ſit ſoluendo, impotentia ſoluendi efficit, vt quis cedendo bonis excuſetur, verum qui ad factum tenetur in eo ceſſat huiuſmodi impotentia, ſi modò factum explere poteſt, ergò cedendo nõ erit immunis, ſecundum Barto. in l. 1. C. qui bon. ced. poſſ. & in l. ſtipulationes non diuiduntur ff. de verbor. obligatio. eaque ſpecie ſi ad factum compellatur ſumptus illi adminiſtrari æquum eſt, arg. l. ſuo victu ff. de oper. lib. quod ſi faciendi poteſtatem non habeat propter impoſſibilitatem ceſſioni locus erit, ſecundum Bal. in d. leg. prima, C. qui bon. ced. poſſ. adhoc tamẽ adnotandum eſt, quod licet homo liber nedum ad tempus, imò in perpetuum poteſt operas ſuas alteri locare, & ad earum præſtationem ſe obligare, iuxta l. qui operas ff. loca. & per ea quæ not. Doct. vt Caſtr. & alij in l. antiquitas ff. de vſufruct. cum declarationibus, noc par Caroc. hoc intelligas, tamen debitor non poterit ſe locare cum ſuo creditore pro ſuo debito extinguendo, quia quodammodo ſic eſſet ſeruus creditoris, Ripa in l. obligatione num. 9. ff. de pignor. quem refert, & ſequitur Caroc. in d. tract. loc. & cond. ſub tit. de ſequeſtr. in octau. grad. perſon. per totum. & ſic talis cedens obligatus ad factum poteſt præciſè cogi, in tantum quod cum in Regno ſit diſpoſitio Ritus Magnæ Curiæ, quod obligati per inſtrumenta guarantigia ponantur in carceribus, de quibus non exeant, niſi totum debitum ſoluant, non audiuntur bonis cedendo, ita fuiſſe iudicatum refert Vitalis in tract. clauſul. in ver. an poſſit renunciari beneficio ceſſ. bonor. num. 34. verſ. ſimiliter; Audiui tamen fuiſſe contrarium deciſum in Mag. Cur. ex opin. Bal. in d. l. prima.

Prohibetur etiam debitor fiſci, Bal. in l. prima,
46 C. hoc titul. noſtro, etiam ſi pecunia dependeret ex maleficio, quod vetitum eſt, niſi eo caſu paupertas excuſaret, vt in l. ſacrilegij §. fin. ff. ad l. iul. pecul. nam propter inopiam indulgetur l. illicitas §. fin. ff. de officio præſid. debet tamen ſupplicari fiſco pro ipſa miſeratione, ſecundum Bal. in d. l. prima, column. 3. num. 5. C. hoc tit. noſtro, dic tamẽ quod aut eſt debitor fiſci ex contractu, vel quaſi, & tunc indiſtinctè cedendo bona liberatur, etiam ſi in ſoluendo contumax fuerit, ſecundum Salyc. in d. l. prima reiecta Barto. opinione in d. §. fina. l. ſacrilegij, nam ſi debitor ſolueret, vtique non carceraretur, nec bonorum ceſſio requireretur, ſed ex quo eſt in ſoluẽdo contumax carceratur, ideò, vt à carceribus liberetur ad ceſſionis beneficium admittitur; Aut eſt debitor fiſci ex delicto, vel quaſi, & tunc cedere non poteſt, nec cedendo liberatur, ne delictum remaneat impunitum, quia non valens ſoluere in ære luit in corpore, & ſic pœna pecuniaria reſoluitur in corporalem l. ſi in fin. ff. in ius voc. & l. prima §. generaliter ff. de pœnis: Aut eſt debitor fiſci ex cauſa tributaria, & tunc carcerari nõ debet, quod intellige ſi ſoluere paratus eſt, aut ſoluere non poteſt, & tunc honeſtè ſub cuſtodia detineri debet, etiam ſi in ſoluendo ſit contumax, ſecundum Alber. in l. diuus ff. de cuſtod. reorum, & l. nemo C. de exact. trib. lib. 10. & eſt ratio ſecundum Salyc. ibi in dict. l. prima, quia tributa rebus, vel perſonæ propter res imponuntur, vt not. in l. indictiones C. de ann. & trib. lib. decimo: ideò cum reperiatur vndè ſolui poſſit noluit lex, quod talis debitor carceretur, ſed tantũ detineri ſuffit, ipſo vero contumaciter non ſoluente bona eius per fiſcum venduntur, vt d. l. nemo; ſic diſtinguit Aret. in §. fina. column. 5. in princip. verſ. quæro inſt. de act. & Salyc. in d. l. prima, C. qui bon. ced. poſſunt, Dicit tamen Vital. in loco citat. verſ. & not. quod ſine tanta difficultate vidit ſemel allegari caſum, quod in debitore fiſcali indiſtinctè habet locum beneficium ceſſ. bono.
T vid. Theſſ. dec. 182. (T)

Nec admittitur debitor, qui tempore contra-
47 ctus pauper erat, & ſe non eſſe ſoluendo ſciebat, vt in l. penultim. in fine ff. de iur. dot. Barto. & alij communiter in l. alia §. eleganter ff. ſolut. matrim. quod intellige ſecundum Caſtr. in l. etiam §. licet

ad

ad fin. versi.ff.solu. matrimon.quando debitor as-
serens se idoneas habere facultates creditorem
ad secum contrahendum dolo induxit,& faciunt
per eum not.in consil.248.column.2. volum.2.in
nouis,Boer.deci.349. si verò dolus non interue-
nisset,tunc videretur secum contrahens eum ve-
lut idoneum approbasse,argum.l.3.ff.de fideiuss.
& leg.qui cum alio ff.de regul.iuris, ideò debitor
per eius dolum,& fraudem in contrahendo com-
missum ad cessionis beneficium admicti non de-
Y bet,vt d.l.pen.ff.de iur.dot.(V)
Sicut dicimus in debitore, qui sub spe cessionis
bonorum debita contraxit,quod non admictitur
ad cessionis beneficium, secundum Dynum in
regul. peccatum de regul. iuris in sexto, sequitur
Iaso.in §.fin.colum.penult.in princ.versi.11.fallit
inst.de actio.& quæ not.Bartol.in l.prima, §.pri-
X mo,ff.si quis testam.liber iussus fuerit, (X) ita
etiam non admictitur, si debitor dissipasset bona
in fraudem creditorum,vt est casus not.in l.fin.§.
6.ff.quæ in fraudem creditorum, vel bona occul-
tat creditoribus,vel ea indicare,& demonstrare
recusat,glos.in l.prima,& pen.C.qui bonis cedere
possunt,& Vitalis in cit.loco num. 34. versi.item
non gaudet.
Et quæ namque fuit causa, & est huius cessio-
48 nis bonorum,ægestas namque,vt voluit Bal.in l.
societatem ff pro soc. & rectè dixit egestas ,quo-
niam apud Antiquos est infirmitas societatis hu-
manæ,& in hoc nota, quod dupliciter in homine
reperitur paupertas, vna quæ dicitur necessaria,
& de hac hic non loquimur,alia voluntaria , quæ
obuenit propter peccata illius,in quem reperitur,
& de ista loquimur egestate,vt reperitur in capit.
illa 15.quæst.prima,paupertatem,& ignobilitatē,
egritudinem, & mortem nemo sapiens maledi-
xerit,nec in malorum sorte numerauit,Hinc du-
bitari contingit, num is, qui pauper est volunta-
riè,quia voluit consumere ludo,scortis,& conui-
uijs bona sua,& sic culpa effectus est non soluen-
do propter quod carceratur à creditoribus admi-
ctatur volens ad beneficium cessionis bonorum,
& videbatur dicendum quod non,per glos.in ca-
pit.quæ in Ecclesiarum extra de const. in vers.ad
inopiam asserit indignum esse ei subueniri, qui
sua culpa,aut vitio in egestate incidit, & Bald.ibi
in versi. probabiliter dicit,quod non dicitur quis
vergere ad inopiam, vt sibi prosit, & alij noceat,
nisi duo probet,scilicet se vergere,& sine sui cul-
pa vergere;& propterea citandi sunt quorum in-
terest in hac cessione bonorum , vt aduersus eam
opponere,& probare ea,quæ impediunt cessioné,
Bal.in consi.301.volum.quinto,& ideò non ma-
lefaceret cedens debitor deducere, & probare
paupertatem, & ad eam deuenisse non sui culpa,
Vital.in d.tractat. claus.in cit. vers.n.33. versi. se-
cundo in fine ; contrariam tamen opinionem te-
net Franc.Scaglio.in suo commentar.super dicta
Pragmatica edito, quod scilicet admicti debeat
ad tale beneficium cessionis bonorum , licet sui
culpa ad egestatem deuenerit bona sua in ludo ,
vel meretricio consumendo , quando talis cessio
fit cum ignominia , iuxta formam dictæ Regiæ
Pragmat. prout fit hodie supra lapidem ante
forum dictæ Magnæ Curiæ,& sic sui culpa ad ta-
lem deuenerit paupertatem, & non potest solue-
re,ac aliter satisfacere cum luat tunc in corpore,
ita tenet Socc.in l.si quis id quod num 14. versic.
secundo limita,ff.de iurisdict.om. iudic. & pro-
bat text.in l.final.ff.de in ius vocan.& ita ibi tenet
Bal.in l.quicumque colum.secunda,ff.de ser.fugi-
A tiu. (A) & sic refert fuisse decisum in Magna
Curia Vicariæ in causa Pyrri Antonij Cinnami
cedentis bona , contra quem multa opponebean-
tur, & signanter quod cum meretricibus bona
consumpserat,& idem tenet procedere in debito-
re carcerato deuento ad talem paupertatem oc-
casionibus prædictis petente postmodum alimē-
ta à creditore ad cuius instātiam detinetur, quod
præstari debent,aliàs relaxabitur a carceribus, &
si ille non reperitur ad cuius instantiam est carce-
ratus citabitur per proclama, vt voluit Barto.in
l.si vxori §.si fugitiuus ff.de furt. , dicit tamen ibi
Scagl.quod in Magna Curia extat decretum ,qđ
carcerati, seù emparati ad instātiam alicuius, qui
non habet domicilium, nec reliquit procuratorē
certum liberantur .
Et si creditor debitori fecisset pactum de non
49 incarcerando eum,quia cessat ratio huius bene-
ficij,secundum Bal.in l.prima, hoc titul.nostro,
meritò non admictitur ad huiusmodi beneficiū,
quia eo non indiget , quia interim lucrabitur , &
satisfaciet creditoribus, & soluere tenetur non
attento ne ægeat,quia cessante ratione benefitij,
cessat ipsum beneficium l.fin.ff.de diuort.Vital in
dict.tract.& ver.num.33.versic.quibus casibus in
fine .
Nec qui ad factum est obligatus bonis cedere
potest,& si cedit nō liberatur,ex quo tenetur pre-
cisè ad factum, vt not.in l.stipulationes non diui-
duntur ff.de verborum obligatio. Bart.in l.is qui
bonis §.sabinus ff eodem titu.nostro,quod intelli-
ge dummodò habeat facultatem faciendi , aliàs
enim propter impossibilitatem ad interesse deue-
niretur,& sic impossibilitate actenta ad factum
obligatus ad bonorum cessionem admicteretur ,
interesse considerato , quod ob non faciendi im-
possibilitatem præstari debet , & creditor tot de
bonis suis , quantum eius erit interesse factum
non præstari accipiet , & debitor cedet bonis, se-
cundum Bal.in d.leg.prima, num.quarto, versic.
quæro an obligatus, sequitur Iaso.in dict.§. fina.
versic.tertio fallit institut.de actio.de qua supra
diximus .
Nec etiam tali gaudet beneficio emphytheo-
50 ta,vt in l.sed cum fructuarius ff de vsufruct.not.
Specul.in titu.de loc.§.autem versi.128. & ibi Io-
annes Andr.in Add.& aliquid per Dyn. in leg.is
cum quo ff.de aqua pluu.arcend.& Ludouic.Ro-
man.in consi.48.sic etiam dicimus in Feudatario,
vt per Florian.in dict.leg.prima, C.hoc titul. no-
stro,meritò non admictitur d.l.sed cum fructuar.
& in l.si absente ff.eodem, Bald.in cap. primo, §.
calidis de prohibita feud.alienan.vide glos.& Ia-
cob.de Beluis.in cap. primo de vass. qui contra
const.Loth.feu.alienau. Et si cederet bonis com-
moditates,& vsusfructus creditoribus in eorum
satisfactionem concederentur , secundum Bald.
in dict.leg prima,column. tertia,hoc titu. nam
cedens bonis bona per testatorem alienari prohi-

bita retinere poterit, item vsum fructum, Feudũ,
Emphyteosim Ecclesiasticam, quam possidebat,
vide Alexan. in l. si finita §. si de vectigalibus co-
lumn. 7. num. decimo septimo, ff. de damno infe-
cto, & in consil decimo nono, volumin. quinto. &
Aymon. in consil. a 13. volum. 2. secundum Bald.
B ibi (B)
Neque hi, quibus aliquod onus publicum im-
51 ponitur, vel collecta bonis cedere possunt, vt est
text. in l. propter honorem, vbi Doctor. Bald. &
Salyc. C. hoc titu. nostro, & si ad cessionis benefi-
cium fuissent in fraudem admissi non obstante
cessione ad collectarum solutionem tenerentur,
secundum Castr. in d. leg. propter honor. Ioannes
Fab. in §. fin. instit. de actio. dicit quod fisci debi-
tor propter collectas bonis cedere potest, quod
Iaso. ibi column. 3. versi. quinta suprascripta regu-
la num. 14. limitat procedere, quando non est sol-
uendo, si verò est soluendo, tunc capitur. sed non
carcerabitur, aperta tamen, & libera custodia de-
tineri debet, donec soluerit, vt sentire videtur
Bald. & Salyc. in d. l. prima, nam rusticus, qui non
vult soluere collectam, & vult cedere domino,
non potest, l. optimam in fine ff. mand. glos in leg.
incola, ff. ad municip. Flor. in dict. l. sed cum fru-
ctuar.
Qui enim fuit deportatus, & omnia eius bona
52 confiscata fuerunt, si restituitur ad ea beneficio
Principis, & ad patriam, vt leg. prima, & final. C.
de sent. pass. tenetur creditoribus, absque cessionis
beneficio, quatenus illorum bonorum spectant
vires, vt in l. 2. in fine ff. de sent. pass. Rom. singul.
212. Vitalis in loco citat. numer. 33. versic. quibus
casibus, si tamen nihil recuperat, si illa bona, quæ
non recuperauit casu sunt deperdita, quia calma-
te perierunt, vel non soluendo effecti sunt debi-
tores eius, quo casu cum hoc euenerit, absque
eius culpa, cessionis beneficium non perdit, cum
non possit creditoribus satisfacere, aut bona illa,
quæ non recuperauit, fuerunt alienata durante
deportatione, val banno vendita, quo casu cum
nõ recuperes restitutus illa ab eo, qui à fisco emit,
secundum Bart. in l. fin. C. de sent. pass. nec etiam
recuperat debitorum nomina, quando ad illius
iniuriam debitores fuerunt exacti, Ruyn. consil.
22. volum. quinto. & vide Portium in §. 1. institu.
quibus modis ius patr. potest. sol. sed contra fi-
scum, qui bona alienauit actionem habeat ad id,
in quo factus est locupletior, secundum Barto. in
dict. leg. fin. & hoc casu admictitur etiam ad ces-
sionis beneficium, vide Alex. in l. etiam §. licet ff.
sol. matr.
Nec legum Doctores cedunt bonis, si debita
53 soluere nequeunt, qui pro ciuili debito realiter,
nec citari, nec carcerari possunt, secundum gloss.
& Doctor. in leg. medicos, C. de profess. & med.
libr. decimo, cum non possint conueniri, nisi de-
ducto ne egeant, quod procedit etiam in Docto-
re patrocinium non prestante, & Aduocationem
non exercente, cum ipsi tale priuilegium etiam
habeant, secundum glos. in leg. aduocati C. de ad-
uoc. diuers. iudic. Iaso. in leg. miles numer. nono,
ff. de re iudicat. licet Barto dixerit tantum proce-
dere in Doctore actu legente in studijs publicis,
& in dict. leg. medicos, cum contra ipsum com-
munes sint conclusiones in dd. locis, idemque pro-
cedere respectù aliorum in illa leg. medicos com-
memoratorum cum glos ibi,
Et non solum respectù ipsorum, sed etiam in
eorum filijs, patribus tamen ipsorum Doctori-
bus viuentibus, dum paternis priuilegijs gaude-
ant, secundum gloss. in d. leg. medicos, & Guido
Pap. decisio. 389. quæ omnia intellige in Doctori-
bus actu officium aduocationis exercentibus, nõ
in his, qui nomine tantum sunt Doctores, qui
nec consulunt, neque legunt, neque patrocinan-
tur, vt per Alexan. in leg. centurio nume. 17. ff. de
vulgar. & pupillari, & si officium Procuratoris
exercerent si illud dicitur denigrare nobilitatem,
vid. Aret. in §. præterea el secondo in fin. inst. de
excep. & in l. si quis procura. C. de decur. lib. de-
cimo, & Guid. Pap. decisio. nona, & 89. licet con-
trarium seruetur, & est verius reiecta opinione
C Aret. (C)
Nec Doctores mercaturam exercentès gaudẽt
priuilegio Doctorum, cum per hoc perdant No-
bilitatem, secundum Gui. Pap. decisio. 196. Quod
procedit etiam in his, qui interdum rationes ex-
cutiunt, emunt merces, deindè per alios vendere
faciunt, vt Docto. Iaso. & alij in l. scriniarios C. de
testament. milit. & Folle. ad Maran. in sua pract.
6. part. 8. actu num. quarto, & Bald. in leg. prima,
C. hoc titu. nostro, & Hyppol. in leg edictum nu-
mer. octauo, ff. de quæstionib. Sed de consuetu-
dine omnium Curiarum Regni seruatur contra-
rium, quia derogatum est per consuetudinem
generalem dicto priuilegio Doctoribus conces-
so per dict. leg. medicos; sicuti etiam derogatum
est alio per eandem legem concesso, quod hospi-
tari non teneantur, quia multitudo Doctorum
(vel melius dolorum legum) produxit eorum
statum ad vilipendium, ita dicit sollemnis ille Do-
ctor Carauit in Ritu 166. nu. 30. & vide Thes. dec.
255. nu. 6.
Numquid Miles admictatur ad cessionem bo-
54 norum euitandi causa carceres, vel habeant be-
neficium illud ne conueniantur, nisi deducto ne
egeant, si loquimur de milite armatæ militiæ, di-
cunt Doctores ad cessionem bonorum eos non
admicti, cum pro ciuili debito personaliter car-
cerari non possint, vt in leg. miles, ff. de re iudicat.
dummodò debita illa in castris, vel domi manen-
do cõtraxerint ob militiam, vt pro armis, & alijs
ad militiam pertinentibus emendis, secundum
Docto. in dict. leg. miles, stipendiarij nostri tem-
poris, qui armigeri sunt non tamen milites, hoc
non gaudent priuilegio, vt non teneantur, vltra
quam facere possunt, secundum Cast. in leg. san-
cimus C. de testament. milit. & in leg. scriniarios,
C. eodem dicentem, quod milites nostri tempo-
ris, qui non se exercent in actu militari, priuile-
gijs militum non gaudent, nisi in Ecclesiæ Ro-
manæ, vel Imperij seruitium sint militantes, quo
casu gaudent militari priuilegio, secundum An-
gelum, & Imol. in leg. illæ autem constitutiones,
ff. de hæred. instit. sequitur Socc. in leg. centurio, ff.
de vulgar. & pupillar. Si loquimur de milti-
bus inermis militiæ, quales nostri temporis
milites, qui equites nuncupantur, & ense
cinguntur, ex quo domi manent, & vagabundi
qui

qui potius mercaturis, quam gloriæ militari va-
cant,& otijs potius vacant per plateas ambulan-
tes,& super banchis manentes, qui tanquam pri-
uati sunt,priuilegijs militum non gaudent,Bal.in
l.in testamento C.de testam.milit. & in l. prima,
C.de iuris,& facti ignor.vbi Alij,Alexand in leg.
centurio colum.4.ff.de vulgar.& pupill.subst. Si-
cut diximus de Doctore,qui non actu,sed nomi-
ne est Doctor,secundum Alexand. in dicta l.cen-
turio.

Nec qui pertinaciter negauit debitum bonis
55 cedere potest, secundum glos.in l.prima, C. hoc
titu.nostro si posteà conuictus fuisset,& condem
natus,Ang.& Iaso.in §.fin.vers.cum eo quoque
insti.de act. quia non habet quis hoc beneficium,
nisi debitum confiteatur l pen.C.hoc titu. nostro
Vitalis in loco citato num 33.vers. secundo, quia
nisi iustam causam negandi habuerit,vt quia in
ius alterius successit,& ignorabat debitum inesse,
prout præsumitur l.qui in alterius ff.de regul.iur.
vel si negauit, & antè sententiam debitum agno-
uit,& confitetur,vel negat,& condemnatur,& in
appellatione fatetur,tunc admictitur, Aret.in §.fi.
insti.de act. Affli in dec.379.

Illud dubitabatur,an debitor,qui dilationem
56 quinquennalem obtinuit,ea finita bonis demum
cedere possit, glos.in l.fin.C.hoc titul. nostro fuit
in opinione negatiua, sed in carcere debet detru-
di,donec creditoribus placuerit, aliàs creditores
dilationem concedentes remanerẽt delusi, & hoc
si iuris forma seruata dilatio prædicta fuerit con-
cessa,cæterum si forma iuris, & sollemnitas non
fuerit seruata in concessione huiusmodi dilatio-
nis quinquennalis , ad beneficium cessionis ad-
mictitur,secundum Docto.in dicta l.fin.sequitur
Afflict.in decisio.378. Vital.in loco citat.versicu.
quibus casibus,& si Princeps in rescripto admise-
rit non obstante dilatione quinquennali aliàs per
eum obtenta, dum Princeps potest rescribere cũ
clausula non obstante,secundum Iaso.in l.rescri-
pta C.de prec.imper.offer. & quando cum tali re
scribit clausula,ius tertij diminuere,& tollere po-
test, Alexand.in consi.92.volum.6.& in consi 101
volum.1.Imol.in cap quæ in eccles.de const.Iaso.
in l.si quis iniquum §.si is pro quo ff.quod quisq;
iuris,cum operetur illud, quod clausula de pleni-
tudine potestatis, secundum Alexand. in l.ex fa-
cto num.24.ff.de vulgar.& pupillar.non immeri-
tò dum constat de eius expressa voluntate , talis
debitor admicti debeat ad beneficium cessionis
bonorum .

Excõmunicato an talis obstet exceptio, vt ad
57 cessionis beneficium non admictatur, dic quod
potest cedere bonis, nam si potest impetrare , vt
de carcere liberetur,vt in apostil. ad Abba. in cap.
intelleximus de iudicijs, & ita tenet Federic. de
Senis in cons.60.& consil.194. & Aret.in §.final.
column.3.institut.de actio.nisi esset excommuni-
catus per sententiam Auditoris Sacri Palatij Ca-
meræ Apostolicæ,Egid.decisio.199. quia non pe-
titur in figura iudicij,Anto.de Butr.in cap. Odo-
ardus de solutio. Vital.in loco citat.versi.adde hic
D num.33.(D)

Quid si extat statutum,quod instrumenta gua-
58 rentigiata mandẽtur executioni per carceratio-
nem,& quemlibet modum,qui creditori placue-
rit, prout sunt hodiè instrumenta liquida vigore
Ritus Magnæ Curiæ Vicariæ , quod huiusmodi
statuto non obstante poterit cedere bonis, Alex.
in consi.62.2.volum.Ancharan.in cap.canonum
statut.colum.8 t.de const.sed Ang.in l.nemo car-
cerem C.de exact.trib.lib. 10.tenet contra,nam
per huiusmodi cessionem bonorum debitor non
liberatur, sed Bald.in l.prima, C.hoc titul. nostro
tenet primam opinionem , de cuius veritate per
Socc.in suis fallent.in versi.pactum 1 t.fall.& su-
pra diximus.

Debitor si quis est Ecclesiæ an possit euitare
59 cessionem bonorum, & aliud habere benefi-
cium,dic quod Ecclesia suum debitorem conue-
nire non poterit,nisi in quantum facere potest,se-
cundum Abba.in cap. cum homines de decimis,
qui allegat gloss.in capit.quicumque el primo,16.
quæstio.7.quo casu tali gaudens priuilegio bonis
cedere non debet, nec carcerari, vt probatur in
§.fina.institut.de actio.Ecclesia tamen aliorum
debitrix potest cedere bonis in §. si quis autem in
authent.vt determinat.sit num.cleric.Iaso.in §.fi-
na.instit.de actio. & non solum Ecclesia,sed aliæ
Vniuersitates scholarium,& aliorum, Aret. in
dict.§.final.& gloss. Cappell. Tholosan.quæstion.
E 136.(E)

Clericus tamen debitor ad cedendum non ar-
60 ctatur,sed in id, quod facere potest conuenitur ,
& non vltra, ideò quando pro ciuili debito con-
uenitur, & actione personali non dicat cedo bo-
nis , quia tunc dimissis ei solum vestimentis per
creditorem, spoliari posset , sed excipiendo dicat
ego sum priuilegiatus,quod non possum conue-
niri,nisi deducto ne egeam,Iaso.in l.miles ff. de
re iudic.& Afflict.in constitu.Regni si quis cleri-
cus in sexto notab. quod intelligerem verum in
clerico clericaliter viuente , & in casibus, in qui-
bus gaudet, & gaudare debet priuilegijs clerica-
libus,vt not.per Abb.& alios in tit.de vita, & ho-
nestat.clericor. Vbi enim habetur,vt si esset mer-
cator , & in negotijs secularibus se immisceret,
quia tunc perdit priuilegium clericale,& benefi-
cio prædicto non gauderet,prout dictum est de
Doctore,& Milite, item si actione reali esset con
uentus,vt in rei venditione,vt not. Docto.& Iaso.
in l.nesennius §.1.ff.de re iud.quod intellige,prout
supra declarauimus .

Nec periurus potest cedere bonis , vt si promi-
sit soluere ad certum tempus,si in termino statu-
61 to non soluit,est periurus,& propterea bonis ce-
dere non potest, Feder.de Senis in consil.300. Af-
flict.in dec.30.num.quinto, Tiraquell.in repetit.
l.si vnquam num.146. C.de reuocan.donatio.ca-
pit.peruenit de fideiussor. Anton.de Butr.in cap.
Odoardus de solut. Vital.in loco citat. versic.adde
hic, nec hoc casu poterit petere absolutionem
à iuramento tanquam periurus , secundum Fe-
deric.de Senis in d.consi.300.& Doct.in cap.pri-
mo, de iure iurand. nisi in rescripto à Principe
emanato adesset clausula non obstantibus qui-
buscumque,quod ab inferiore ipsius fieri non
potest, secundum Iason. & alios in l.rescripta C.
de precib.imper.offeren. cum Princeps possit di-
spensare super iuramento,per text.in leg.fin.in

L 2 princ.

princip.ff.ad municipal. & Guido Pap.decis.177.
num.tertio,nisi etiam cessionem fecisset ante ad-
uentum temporis solutionis faciendæ, secundum
Bald.in l.si.ver.item pone C.de non num. pecun.
licet contrarium seruari videatur, quod de iure
F non procedit.(F)

Nulla mulier hodiè pro debito priuato carce-
65 rari potest,authent. nouo iure C. de custod. reo-
rum,§.necessarium in authen. vt nulli iudicum,
propterea hodiè non indiget cessione bonorum,
euitandi causa carceres, cum carcerari non pos-
sit;& licet text.in l.fin.C.eodem dicat quod debet
cedere bonis,vt euitet carceres,alias in eos detru-
detur,procedit de iure Codicis, quo iure carcera-
ri poterat,secus de iure hodierno, vt in d.authen.
sequitur Alexand.in Add.ad Barto. in d.l.prima,
C.hoc titu.nostro, quod dico procedere etiam in
Matre,& Auia administrantibus tutelam, dolosè
tamen,cum ob dolum priuentur beneficio, quod
non teneantur nisi in quantum facere possunt,
iuxta tex.& glos.ibi in l.penult.ff.de iure dotium,
dum illud haberent, si dolosè non administras-
sent,& carcerari non possent, secundum Bart. &
alios in authent.matri, & auiæ C. quando mulier
tutelæ officio fungi potest, limita etiam in mere-
trice,quæ carcerari potest,secundum Socc.in leg.
plerique ff.de in ius vocan. etiam si virum habe-
ret,& more meretricio viueret luxuriosè, secun-
dum Hyppol.in singu.279.In Regno autem pro
causa criminali si inquiritur de tali delicto,secun
dum terminos Constitutionis Regni,etiam offe-
rens dare fideiussores non est liberanda, sed in
vinculis debet se defendere,ex Bald.doctrina in
l.prima,ff.qui satisda. cogant.vbi dicit quod con-
trarium seruant statuta locorum, & sunt seruan-
da etiam in mulieribus,cũ ergo constitutio Regni
humanitatem in certis casibus,vt ibi,non obstan-
te oblatione fideiussorum,debet quis carcerari,&
generaliter loquitur non distinguens inter fœmi-
nas,& masculos, sequitur quod generaliter intel-
ligitur,cum in masculino nomine etiam in pœna
libus comprahendatur fœmininum, vt not.in l.si
quis id quod ff.de iurisdict.omnium iudic.Dec.in
l.fœminæ, ff.de reg.iuris. Aut sumus in casibus,
in quibus quis admictitur ad oblationem fideius-
sorum extra carceres, & tunc seruatur id, quod
dicitur in d.authen.sed nouo iure,& Gramma.in
decis.33.Foller.in sua pract.crimin.fol.11. à terg.
num.15.in prima pat.2.part.Quid si est condem-
nata ad aliquam pœnam pæcuniariam, & eam
soluere non potest,an luat in corpus,& sic habeat
carcerari,quod sic,donec soluat, secundum Foll.
ibi num.19. & debet haberi consideratio ad car-
cerem,in quo ponũtur mulieres, secundũ Gram.
in d.dec.33. de qua quæstione an,& quando mu-
lier pro debito ciuili carcerari possit, recurre ad
G Car.in Ritu 166.in prin. (G)

Videndum est modò an minor cedere bonis
63 possit,dic aut loquimur de infante,contra quem
nullo modo captura decerni potest, nec etiam
verbaliter citari,vt in l.neque impuberes ff. de in
ius voc. ideò bonis cedere non valet, Aut loqui-
mur de pupillo, qui dicitur, vsque ad 14. annos,
seù in impubere doli tamen capace, & ille mini-
mè bonis cedere potest, quia carcerari non valet,
secundum Alexan. in d.l.neque impuberes, Aut
loquimur in adulto,qui dicitur à 14.anno, vsque
ad 25. vt probatur in leg. qua ætate ff. de testa-
ment.& in l. hæreditatum vbi Docto.ff.ad l.falci.
De iure autem Regni dicitur, vsque ad 18.annũ,
in qua ætate censetur maior, & legitimæ ætatis,
vt in constitu.Regni Incip.Minorum Iura; Sed si
in aliqua dispositione fit mentio de legitima æta-
te,seù perfecta, an intelligendum sit de ætate 25.
annorum,quæ tunc perfecta dicitur,& legitima;
vel de ætate 18.annorum taxata per dictam Con-
stitu.Regni,vide in l.final.C.de ijs qui veniam
ætat.imp.& gloss.in §.fin.instit.de fid.tutel. vndè
statutum loquens de Ciue, an intelligi debeat de
ciue naturali, vel accidentali ex priuilegio facto,
cum verba debeant intelligi naturaliter, & pro-
priè,non ciuiliter,& fictè,ac impropriè,vt ibi,vn
dè si odiosum est debet intelligi de ciue naturali,
non ex priuilegio facto,secundum Ludou.Rom.
in consi.92.& Alexan.consi.160.volum.5.quare
neq; valet cedere bonis,nisi ad creditoris petitio-
nem, & cum iudicis decreto,cum cessio sit vni-
uersorum bonorum alienatio l. & magis puto §.
ne passim ff.de rebus eorum,nec carcerabitur, qa
per se non stat, quo minus soluat, sed per ætatis
beneficium,quod in carcerem resolui non debet,
sic dixit Bal.in l.prima,colum.fin. vers.quæro an
minor C.hoc.tit.nostro,& sequitur ibi Salyc.ple-
nè per Angel.in l.nemo carcerem C. de exactio.
tribut.lib.10.& per Angel.& Ludouic.Roman.in
l.nec impuberes ff de in ius vocan.& adhoc vt le-
gitimè procedi possit contra minorem ad instan-
tiam creditoris,quæ requirantur, vide Afflict.in
dec. 262. & ad prædicta Alexan.in d.l.nec impu-
H beres.(H)

Nec falliti,seú decocti mercatores, & campso-
64 res bonis cedere possunt, sed in carceribus detru
di debent, nec ob aduersam fortunam excusan-
tur, vt dicis Boer.in decisio.349.cum neque bene-
ficio quinquennali gaudeant, vt est dictum supra
in tractat.de benefic.quinquenn. Et non tantum
hi,sed etiam qui omnia eorum bona studiosè di-
lapidauerunt, vt creditoribus satisfieri non pos-
sit,secundum Bar.in l.si §.si.ff.quæ in fraud.cred.
Sicut in eo, qui dolo,& fraude factus est inops,
quod præsumitur, si omnia bona, vel maiorem
partem alienauit,etiam si interpellatim alienaue-
rit l.omnes §.Lucius ff.quæ in fraudem creditor.
& l.nomen §. filio ff.de legat.tertio, vel si in lu-
do,aut cum meretricibus, vt in l. si quis cum sci-
ret ff.de vsucapio.pro empt.& l.prima, C.de na-
tural.liber.& glos.in l.fin.ff.quæ in fraudem cred.
& Vital.in cit.loc.num.32. versi.secundò quia,
& Thesaur. decision. 36. Nec beneficio hi gau-
dent,quod non teneantur,nisi in quantum facere
possunt,secundum Bald.Nouell.in tracta. de do-
te priuileg.quarto, 7. parte, quæ tamen intellige,
si bona consumpta erant mobilia, nam si immo-
bilia forent, vtique cum sua causa,& obligatione
transeunt in quemlibet possessorem, & à credi-
toribus reuocari possunt, & hoc casu talis frau-
dator poterit bonis cedere secundum Castr. in
leg.etiam §.licet,versi.tu. quæro quid in alijs cre-
ditoribus, ff.solutu.matrimon.& Alex.in l.alia
§.eleganter ff.eod.

Ad

Ad hoc tamen beneficium admictitur quis, qui ob delicta commissa redactus est ad inopiam, secundum Iaso.in l.quod nomine,ff.de cond.indebit.cum retineat etiam priuilegium illud, vt non teneatur nisi deducto ne ægeat, si illo per prius gaudebat, licet ad talem inopiam ex tali causa deuenerit, vt Iaso.ibi,& Docto. in d.l.etiam §. licet.

Quid in eo,qui plenariè habet,vndè creditori-
65 bus soluat, quod cedere bonis non possit, secun-
dum Bald.in l.prima C.hoc titu.nostro ratione
de qua ibi per eum, contrarium tamen tenet ibi
Cyn. in 3.quæst.per text.in l.illud §.quod tamen
ff. de trib. quod imò etiã diues potest cedere bo-
nis,& idem tenet Rayn.in l.legis iuliæ C.qui bo-
nis cedere possunt,vide Iaso.in §.fin.inst.de actio.
num.21.sequitur Vital.in loc.citat.nu.33. ver.ad-
de hic:

Nec colonus partiarius indiget cessione bono-
66 rum,cum gaudeat beneficio illo,quod non tenea
tur, nisi in quantum facere potest, vt supra dictũ
est,quis nam dicatur colonus partiarius, recurre
ad Aret.in §.primo inst.loca. sicut dicitur de spo-
liato propter guerram, qui hac bonorum cessio-
ne non indiget,cum à carceribus liberetur stante
quod gaudet d.beneficio deducto ne ægeat, vt in
d.§.fin.Io.Fab.

Et licet verum sit spoliatorem condemnatum
67 ad fructus spoliato posse admicti ad beneficium
cessionis bonorum, & nondum facta integrali
fructuum restitutione,secundum dec. Rotæ 554.
in antiq. tamen si cum dolo, & inuasione spolia-
uit ad huiusmodi cessionis bonorum beneficium
non admictitur, Rot.dec.83.in antiq.

Hæres,qui hæreditatem defuncti absq; beneficio legis,& inuentarij adijt ad beneficium cessionis non admictitur, si dolo omiserit inuentarium conficere,cum voluerit fraudare creditores,vt in auth.de hæred.& falc.§.sancimus,per Bal.in l.prima,vers.quæro an hæres C.qui bon.ced. possunt, quia in eo præsumitur dolus, Vital.in loco citat. vers.quibus diebus. Quid si defunctus post cessionem bonorum decessit,& hæres eius hæreditatem adijt absq; beneficio legis, & inuent. an vti possit exceptione paterna, ne teneatur nisi deducto ne egeat, vel ipsemet hæres ad beneficium cessionis admictatur, vel insolidum teneatur, & Bald.in l.fin.in fine versi.quæro cedens C.qui bonis ced.possunt, habuit hoc beneficium pro reali,& non personali,dum ibi dixit,quod hæreditas eius,qui bonis cessit ad hæredes descendit cum sua causa,suisque vitijs,qui propterea in plus nequeunt adstringi, quàm ipse defunctus posset, si viueret,& quod beneficia per eum adepta, tàm quo ad agendum, quàm quo ad excipiendum omnia transeunt ad hæredes, concludens, quod ideò non præiudicet in hoc hæredi non fecisse inuentarium,& ita tenet Ancharan.in cap.peccatum de regul.iur.in sextò.& Soc.in reg.170. in fall.5.Alexan.& Iaf.in l.fin.§.& si præfatam C.de iur. delib. vide tamen tu melius Phanuc.de Phan. in tract.de inuent.fol.241.num.63.

Et quod dictum est de hærede non conficiente inuentarium si admictitur ad cessionis beneficiũ verum est quod est dictum quando dolo ommisit conficere inuentarium,quia dolosus illud miserabile iuris subsidium non habet, secundum Iaso.in §.minus vers.quæro qui quæ in stitut. de actio. Sed in dubio ille dolus non præsumitur ex eo quod inuẽtarium non confecit quoniã pœnas, quas Imperator apposuit hæredi inuentarium non facienti nos non debemus ex nostro capite augere,& multiplicare c. odia,& ibi not.de regu. iur.in sexto,& cum tibi permictatur à lege viam iuris antiqui amplectendo adire absque inuentario §.sed nostra inst.de hæred.qual.& diff.non potest esse in dolo aliquo, qui secundum legem facit l.gracchus C.de adult.secundum Phanuc.de Phanuc.in tractat.de inuent.dict.fol.243.numer 47.

Et si creditor est in pari paupertate,& egestate
in qua debitor reperitur contra eum beneficium
69 cessionis non conceditur, secundum Bald.in l.2.
C.quod cum eo,nisi debitor statum suum muta-
ret,quo casu suo vtitur priuilegio,secundum Bal.
ibi ver. quarro quæro.

Quod beneficium dum conceditur à iure eui-
70 tandi causa carceres, oportet vt ad illud admi-
ctatur, quod à maiori creditorum parte ipse de-
bitor molestetur, aliàs enim si nõ molestatus ipse
debitor cedere vellet bonis, vtique non admicte-
retur,secundum Iaso.& alios in §.fin.pen.colum.
vers.8.prædicta reg.inst.de act. & quæ dixi supra
num.65.

Vsurarius enim si bona dolo,vel fraude non
91 dissipauit,vt supra dictum est,vel cum intentio-
ne consequendi veniam à debitore, vel Principe
sub vsuris pecunias non mutuauit, huiusmodi
cessionis beneficio gaudebit, secundum Archid.
in cap.quamquam versi.sed nunquid in hoc casu
I de vsur.in 6. (I)

Et hodie si debita contraxit debitor infra annũ
72 ad cessionis beneficium non admictitur, adest
Pragm. Incipien. Rex Aragonum, & ratio illius
Pragm.fuit euitandi causa fraudes,quia sub spe
consequendi tale beneficium multa prius con-
traheret debita ad finem fraudandi creditores,quod
prohibetur per dictam Prag. Quid si antiquum
creditum nouatum est per creditorem cum debi-
tore,& sic nouata est prima actio, & nouum est
confectum instrumentum,an nouum dicatur de-
bitum, ita quod si est infra annum respectù illius
cedere non possit, vel potius antiquum iudicari
debeat, vt cessio operetur effectũ respectù illius,
Barto.in l.cæsar num.11 ff.de pubic. & vectigal.
asserit nouum iudicari potius debere, taliter quod
cum ita censeatur obstabit exceptio Pragmaticæ,
& facit ff. & C. de nouatio. Sed si creditor diem
solutionis debitori dilatauerit, tunc nouatio non
iudicatur, sed temporis prorogatio dicitur, quæ
nouationem non inducit, cum hodiè nouatio nõ
fiat,nisi expressè agatur,iuxt.l.fin.C.de nouat. ita
benè Iaso.in l.prima,pen.& vlt.column. C.de iu-
dic. vndè cum iudicari non possit nouum credi-
tum,sed antiquum, quo casu licet sit infra annũ
à die prorogationis termini dictæ Regiæ Prag-
maticæ non obstabit in huiusmodi cessione faciẽ-
da,sed an respectù fideiussoris dicatur saltim in-
ducta nouatio per talem termini prorogationem
ibidem Iaso. plenè prosequitur, vide Dec.in cons.

92. imò mercatores falliti tali non gaudent beneficio miserabili cessionis bonorum, secundum Bal. in conf. 219. 3. lib. 2. col. Boer. dec. 215. num. 6. Mara. in suo spec. in 4. p. 9. distinct. n. 131. & dictũ est supr. nu. 63.

Cessio bonorum per debitorem facta prodest
73 ne ei quòad conditionalem creditorem, cuius cõditio post cessionem euenit, vt in bonis postea quæsitis non conueniatur, nisi deducto ne egeat, Bal. in l. ex contractu C. de bonis auth. iudic. possid. distinguit an talis conditio inuito eueniat debitore, & tunc conditio trahitur retro, & si de bonis debitoris participabit creditor, & tunc in bonis posteà quæsitis cedenti proderit cessio, aut extitit eo volente, & facto suo interueniente, & tũc non trahitur retro, nisi factum suum esset necessarium, non voluntarium d. l. prima, & l. qui poti. l. qui balneum ff. qui pot. in pignor. habeant. Vndè si primus testator legata conditionalia fecit, quorum dies venit post legata hæredis, dato qđ in legatis hæredis conditio existens non traheretur retro, verbi gratia, si matrimonium contraxerit, nihilominus legatarij defuncti testatoris legatarijs hæredis præferuntur, secundum Baldum
L. ibi. (L)

Operatur enim cessio bonorum, quod per eam
74 soluitur compromissum l. item si vnus vbi etiã Docto. ff. de arbitr. operatur etiam, quod non teneatur cedens in bonis post cessionẽ quæsitis nisi deducto ne ægeat, vt dixi supra, per eam soluitur etiam societas §. pen. inst. de societ. & ibi Doctor. Item non detruditur in carcerem volens cedere bonis, vt l. prima, & ibi Doctò. C. hoc titu. nostro: operatur etiam, vt creditores venditionis remedio eorum indemnitati consulant quatenus debitoris substantia patitur excusso debitore, vsque ad obolum, secundum Azon. in rub. huius tit. nostri: impedit etiam litis contestationem, secundũ Barto. in l. 3 ff. eodem titu. nostro, & Bald. in l. prima, C. eodem, per text. in l. 4. versic. Sabinus ff eodem, ibi (nec quidem ab alijs, quibus deber posse inquietari) exponit glos. ab alijs, scilicet (postea agentibus) per text. in l. tutelas §. final. etiam per viam restitutionis in integrum venientibus, ex quo nudus exulat ff. de capit. diminut. l. ex contractu C. de bon. auth. iud. poss. l. item si vnus ibi (neque agere, naquè conueniri potest) ff. de arbitr. quod intellige, vt impediat carcerationem quod in promptu approbaretur, Alexan. in consi. 62. secundo volumin. & Berard. Pand. in tract. de præsent. & exequut. instrum. 31. declar. num. 49. sicut dicit ipse ibi de beneficio quinquennalis dilationis, seù annalis dilationis in 32. declar. num. 50. & de priuilegio Brundusino, vt ibi nu. 51. dummodò in guidatico, seù moratoria fiat mentio de iuramento; aliàs tale guidaticum non extenderetur ad debita iurata, & non obstante simplici guidatico non facta mentione de iuramento debitor carceri manciparetur, iuxta ea, quæ not. Afflict. in decisio. quinta, quod procedit quando à Principe conceditur talis dilatio, iuxta l. quoties, & l. vniuersa C. de precib. imper. offerend. sed secus in dilatione concessa concurrenti maiori creditorũ numero in quantitate; vt sup. not. extitit.

Verumtamen est, quod tunc debitor euitat carcerationem ob dilationem concessam à maiori creditorum numero, quando produxerit sententiam in rem iudicatam transactam latam super d. quinquennali dilatione concessa ad soluendum per maiorem partem creditorum suorum, maiorem scilicet respectù quantitatis debiti, & non numeri personarum, nam exceptio, quæ patet ex sententia opponi potest contra instrumentum, & sic in d. cessione bonorum facta, & in promptu produxerit decretum, ac saluam guardiam factam per Curiam, Canar. in tractat. de liquida. instrument. in quarta consid. à num. 66. cum seq. Et ibi Add. dicunt, quod prædicta procedunt, etiã quod debitor pacto promiserit non cedere bonis, quia illi renunciari non potest, vt dictum fuit, nisi ad factum se obligauerit, tunc cogitur præcise, & cedendo non liberatur, per Cynum, & Bald. in l. prima, C. qui bon. ced. hinc dicunt ibi, quod cauti creditores solent in contractibus se cautelare, quod debitores obligent etiam seruitijs personalia, actamẽ huic debitori operanti si pauper est debent fieri expensæ per creditorem iuxta l. scio victu ff. de oper. liber. Sed si propter impossibilitatem facultatem operandi minimè habuerit admictitur ad beneficium cessionis bonorum, & cedendo liberatur, secundum Barto. in d. l. prima, ff. de cessione bonorum, de qua iam aliqua diximus; Secundò dicunt ibi si tempore contractus erat certus non esse soluendo, quia dolo, & in fraudem præsumitur contraxisse, & nõ erit audiendus dum voluerit cedere bonis, vndè per Regiam Pragmaticam de cessione bonorum statutum extitit, quod pro debitis contractis infra annum non possit fieri cessio bonorum, quarè Magna Curia in decretis harum cessionum semper consueuit dicere, dummodò debita non sint contracta infra annum, & debitor ad seruitia personalia non tenetur, & ibidem referunt moratoriam prędictam ad cessionem bonorum fieri non posse contra Neapolitanos pro censibus, affictu terræ, & pensione domorum ex priuilegio concesso Ciuitati Neapolis, roborato deniquè decreto S. C. relato per eosde qua etiam supra explicauimus.

Quam cessionem bonorum, vt dixi non dubiũ
75 est, re integra debitorem reuocare posse, ipsumque pœnitere, & sic bona recuperare, si creditoribus soluere paratus sit, & bona non sint distracta, vel in solutum creditoribus data, quia cessio bonorum in eius fauorem introducta est, secundum Castr. & alios in l. 2. C. hoc titul. nostro, & sic re existente integra datur pœnitentia, vt reuocet possessionem bonorum creditorum, vt tenet Bal. in l. si quantitatem C. de cessi. bonorum, & latius in l. fin. eodem tit. vbi dicit, quod vbi effectus cessionis sunt consumati, non admictitur pœnitentia, & infra nu. 80.

Huic beneficio renunciare debitorẽ non posse
76 receptam esse sententiam per cons. Delph. testatur Guid. Pap. decis. 211. etiam si cum iuramento renunciasset, non habita aliter dispensatione iuramenti, quia contra hominis libertatem, & humanitatem, & sic contra bonos mores ex parte creditoris eam à debitore sic humaniter exigente de Franch. dec. 81. num. 8. licet quo ad absolutionem

nem à iuramento aliter teneat in dec. 224. Cass. in ritu 179.num.4. Bal.verò in l.prima, C.hoc titul. nostro concordando dicit,nam beneficium cessionis duo operatur, vnum scilicet quod debitor non possit carcerari,& huic non potest renūciari,aliud est,ꝙ in bonis postea quæsitis nō conueniatur, nisi deducto ne egeat,& huic potest renunciari , quia hoc non continet turpitudinem respectù extranei,vide dec.Capp.Tholos.61.cum Add.ibi,Cano.in cap. Odoardus de sol. & sic inualido existente pacto, scilicet quod debitor bonis cedere non possit, cum ad carcerem se obligare videatur, quod est contra bonos mores d.l. alia §.eleganter ff.solut.matrimon. & ibi not. per Doct.tamen fallit hoc primo,quando debitor dilapidauit omnia bona,quia ex delicto,vel propter dolum in contractu commissum perdit beneficium,ne condemnetur , ac cogatur vltra quam facere possit l.si rem ff.de re iudic.Barto.in l.creditor fisci in fine ff.quæ in fraud.credit. Secundò fallit,vt supra dictum est , quando tempore contractus debitor sciebat se non esse soluendo l.pretium ff.de iure dot. Tertiò fallit quando debitor vellet potius cedere bonis,quam acceptare inducias quinquennales, Angel.in d.l.alia §.eleganter: quartò fallit quando statutum prohiberet cessionem bonorum, Barto. in l.Titio centum §.2. ff.de cond.& demonstrat.& alias tradit fallent. Socc.in regul.279.vide Vital.latè in cit.loco num.34.ver. redeamus,& illam opinionem fuisse sequutum Senatum , quod non obstante renunciatione ce-
M dere possit testatur Thess.dec.36. (M)

In qua causa cessionis bonorum quando debi-
77 tor reperitur in carceribus feriæ ob necessitatem hominum inductæ non obstant,secundum Ias. in l.pen.circa fi.ff.de ferijs .

Cedens bonis non fit infamis l. debitores C.de
78 infam. maximè quando modo vituperabili non fit,prout olim, quod hodiè in Magna Curia non obseruatur,sed licito modo fit,vt supra dictum est .

Talis cedens bonis debitor, non potest agere
79 contra suos debitores,nec conueniri l. item si vnus ff.de arbitr.licet in bonis post cessionem quæsitis sic, Amanell. de Claris in suo singular.5.in tantum quod si actor super actione iniuriarum lite pendente cedat bonis, postea prosequi non poterit,dec.Cap.Thol.249.

80 Cessio bonorum fuit iam introducta in fauorē debitorum, ideò cedentes bonis non desinunt illorum esse domini ante illorum distractionem vt l.3.ff.hoc titul.nostro,& dec. Capp. Thol.134. vndè talis cedens potest reuocare cessionem, & pœnitere , & illa re integra recuperare , quando vendita non sunt,vel creditoribus in solutum data,secundum Docto.in l.2.C.hoc tit.nostro, quia actus est iam consumatus per talem distractionē, & quando debitor ius habet offerendi facta distractione per creditorem subhasta,vel adiudicatione,& in solutum datione, vide benè Capyc.in dec.41.& supra est dictum nu.75.

Et per talem cessionem bonorum non ipso
81 iure liberatur debitor , sed ope exceptionis tantum,secundum glos.in l.prima,C.hoc tit.nostro, quæ cum ab omnibus sit recepta, non est propterea in hoc insistendum , nam si omninò liberatus esset,vtique in bonis post cessionem quæsitis nō molestaretur.& tamen tenetur deducto ne egeat vt dicunt DD. in l.ex contractu C. de bon.auth. iud.possid.

In bonis post cessionem quæsitis quis præfera-
82 tur primus creditor,qui est antè cessionem quæsitus,vel secundus , qui interuenit post cessionem bonorum,iam diximus cedentem bonis à debito non liberari,sed insolidum remanet obligatus,licet propter cessionis beneficium gaudeat beneficio,quod non teneatur nisi deducto ne egeat d.l. qui bonis ff.hoc titul. nostro , qua ratione motus Castr.in l.ex contractu C.de bonis auth iud poss. tenet anteriores hypothecam habentes,posterioribus præferri debere d.regu. qui prior,& l.prior,
N & l.qui balneum ff.qui potio pig. (N)

Sed in Fisco ista regula non habet locum,quia ex priuilegio Fiscus secundo loco creditor præfertur primo creditori in bonis quæsitis per debitorem post obligationem contractam cum fisco, vt est text.in l.si is qui ff.de iure fisci,in bonis autem quæsitis ante contractam obligationem cū fisco præfertur primus creditor fisco indistinctè , siuè primus habuerit generalem, siuè specialem hypothecam,vt not.glos.& Barto.in d.l. si is qui, & idem est etiam,siuè obligatio prima sit expressa,siuè tacita,quia creditor ex ea præfertur fisco in bonis quæsitis ante obligationem contractam cum fisco,vt l.prima, C.rem alien.geren. & not. Bar.in d.l.si is qui,& Alexand.in cons.58. nume. 4.volum.6. adde tamen quod illud,quod dictum est de fisco,vt scilicet præferatur primo creditori in bonis quæsitis post obligationē cum fisco contractam,procedit quando primus creditor non habet aliud priuilegium,quam prioritatem temporis,sed si creditor haberet aliud priuilegium, puta quia esset creditor ex causa tutelæ , tunc ratione duplicis priuilegij , scilicet prioritatis temporis,& tutelæ, priuatus præfereretur fisco etiam in bonis quæsitis post obligationem fisci, text.est in l.fin.in princip.ff.qui potio.in pignor.habeant. & ita illum text. intelligit ibi glos. in prima solut. & sequitur ibi Bat.& glo.& Bar.in d.l. si is qui i.
O opp.quæsi d.l.fin.(O)

Sed iuxta prædicta quæritur quando datur prælatio in bonis quæsitis antè , vel post aliquam ex dictis obligationibus, iuxta terminos dict. l. si is qui , quis debeat probare acquisitionem esse factam antè obligationem cum fisco initam, & dicendum est,quod qui agit,siuè dicat prioritatem, siuè posterioritatem debet eam probare , vndè si prior agit contra fiscum secundum creditorem debet probare acquisitionem factam prius , quā fuisset contractum cum fisco,arg.l.quoties,C.de rei vendic. sed si fiscus ageret contra primum creditorem priusium deberet probare acquisitionem bonorum factam post suam obligationem , l.mater,C.de rei vend.ita firmat Barto.in d.l.si is qui ad fin.& not.per Barto. in l.a. C.de iure fisci lib.10.

Et si debitor obligauit rem vni,& eodem die eandem rem alteri vendidit, & non apparet de prioritate,& posterioritate dictæ obligationis, & venditionis,& possessor conuenitur per credito-

rem

rem hypotecaris, quis habeat probare, an creditor agens prioritatem suæ obligationis, an possessor conuentus prioritatem suæ emptionis, & in hoc Bart. in l.& quæ non dum §.1. ff. de pign. dicit, quòd onus probandi incumbit creditori agenti, aliàs non probata per eum prioritate succumbet, & vincet possessor, fallit tamen, secundum Bart. in fisco, quia possessori conuento à fisco incumbet onus probãdi rem fuisse sibi prius obligatam, seù alienatam, & hoc fauore fisci, aliàs possessor succumberet, Bald. autem in l. matrẽ C. de probat. & in l. de rebus C. de donat. ante nupt. tenet indistinctè, quod onus probãdi incumbat creditori siuè agat, siuè cõueniatur, quia quocũq; tẽpore emptio facta sit, effectus est emptor Dñs rei, & ideò absq; consideratione temporis habet ius suum fundatum, sed creditor non potest habere hypotecam, nisi probet, quod antè venditionem, & traditionẽ alteri factam sibi res obligata fuerit, quia rei alienæ non cõsistit hypoteca, vt l. rem alienam ff. de pign. act. & sic apparet, quod ipse fundat se ex tempore, ergo illud debet probare, quia negari non potest, quòd creditor non fundet sed in tempore, nõ autem emptor, vndè fundanti super illo ; onus probandi illud ei incumbit, per illam regulam, quod quando tempus est fundamentum intentionis alicuius, illud debet præcisè probari, aliàs probatio est inualida.

Sed illud quæri posset, quando ista probatio prioritatis, & posterioritatis est facienda quomodò fieri debeat, & in hoc Bald. in d.l. de rebus dicit quòd si quilibet probat de sua die, ex tali probatione colligitur prioritas, & posterioritas, sed si probetur de eadem die, tunc erit melior cõditio rei conuenti, nisi per agentẽ probetur prioritas horæ, vel temporis quandoque tamen dicit ipse quòd ex ordine ipsius scripturæ poterit constare de prioritate, & posterioritate. puta si manu eiusdem Notarij sint ambo contractus celebrati, nam primus in ordine scripturæ dicetur prior, & potior in tempore, ad quod facit, quod dixit Angel. in auth. de hæred. & falc. §. cæterum vbi vult, quòd si in eodem instrumento sunt obligata bona Titio, deindè Seio, quòd hypoteca Seij censenda erit posterior propter ordinem scripturæ, & Bald. in l. aduersus C. de furtis dixit, quòd prior est in tempore, qui prior est in ordine scripturæ.

Et prędicta procedunt inter priuatas personas non priuilegiatas, nam inter illas probatio prioritatis, vel posterioritatis debet fieri, vt supra dictum est, sed quando ex vna parte est persona, seù causa priuilegiata, & ex alia parte est persona, seù causa non priuilegiata, & non apparet de prioritate, vel posterioritate, tunc absque alia probatione prioritatis, vel posterioritatis præsũptio prioritatis est pro causa priuilegiata, vnde instrumentum dotis tanquam priuilegiatum præsumetur anterius instrumento mutui, vel alterius similis contractus non priuilegiati, vt not. Bart. in l.1. & ibi refert, & sequitur Socc. in 1. not. ff. solut. matrim. nisi secundum eum appareret de horæ prioritate, quia ratione vnius horæ, & etiã minoris temporis vnum instrumentum dicitur prius altero, secundum glos. in l. si ex pluribus ff. de solut. & Bald. in l. Imperator ff. de statu hom. & idem dicit ibi Soccin. esse in causa libertatis fauore illius, & similiter in causa pia. vt refert Roman. in auth. similiter C. ad l. falc. in 11. priuil. in contractibus facti, & idem etiam refert Socc. ibi esse in fisco, & Bald. Nouell. in tract. de dote in 9. par. priuileg. 1.

Sed si creditor probat de die suæ obligationis, possessor autem nihil probat de tẽpore suæ emptionis, vel acquisitionis quis obtinere debeat, & in hoc Cyn. in d.l. de rebus C. de donat. ante nuptias dicit quòd probans de die suæ obligationis vincit, quia licet talis probatio de necessitate non concludat, quòd prius ipse acceperit obligationẽ, quàm alius, cum possit esse, quòd ille qui nõ probat de suo die contraxerit ante, tamen satis est quod ille, qui probat de die omninò certius probat, quã alius, qui nihil probat, & ita esse tenet Bald. in d.l. de rebus, & sequitur Socc. in d.l.1. & ibi inducit ad quæst. de diuersis collationibus à Papa, & ab Ordinario eodem die, quòd si in collatione Ordinarij esset apposita hora, illa deberet preferri, tanquam continens tempus magis certũ. (P)

P 83 Qua cessione facta in casibus, in quibus admittitur debitor debent creditores instare procuratore bonis cessis dando, vt in l. fin. ff. de curat. bonis dando, qui à debitoribus exiget, contra quos vtiles actiones exercebit l. de curatore in princ. ff. de curat. bonis dãdo, & intẽtabit actiones perituras tantum, si antequam bonis debitor cederet fuit datus, quo casu cum bona vẽdere debeat pro satisfaciendis creditoribus, & inter eos distribuere perituras etiam actiones intentare potest, secundum glos. in d.l. de curatore. & propterea creditores bona cessa propria authoritate occupare non possunt, imò si illa occuparent, non obstante præscriptione longi temporis poterunt ea ab illis auuocare, nisi insolutum fuissent per debitorẽ eis data, vt est text. in l. legis Iuliæ, vbi Doctor. C. hoc tit. nostro, vndè talis curator venditis bonis prędictis cessis, si quid supererit cedenti restituẽdum est, sin autem non sufficit pretium, quod superest creditor facta graduatione super bonis post cessionem quæsitis suum recuperabit, modo tamen vt supra dictum est, vt d.l. ex contractu C.
Q de bon. auth. iud. possid. (Q)

84 Qualiter autem fiat ista graduatio, quia tractatur de effectibus prioritatis, videndũ est quando creditor possit dici prior altero in prælatione, vt super bonis cessis præferatur, iuxta tex. in reg. qui prior ff. de reg. iur. in 6. vt prior tempore potior in iure, & hoc quando sumus in creditoribus hypotecarijs, aliàs enim si quis prius contraxit suum creditum sine hypoteca, & alius postea cũ hypoteca, quòd prioritas hypotecę attenditur, vt not. Bar. in l. creditor qui prior §. si primus ff. qui pot. in pign. habeantur, nam habens tantum personalem actionem, licet priorem tempore, non præfertur hypotecariæ posteriori, l. eos C. qui potio. & licet non sit in instrumẽto expressa, tamen adhuc probari potest per testes l. conuenticulam, vbi Bald. in fine C. de episc. & cler. si inter partes sit conuenta, & Negus. in tract. de pign. 4. memb. 2. par. num. 5.

Præfertur modo primus creditor secundo, etiã super re empta per debitorem de pecunia dicti

secundi

secundi emptoris, auth. quo iure C. qui potio. in pign. & si expressè conuenit, vt res emenda ex sua pecunia mutuata ad illam emendã esset ei obligata, tunc virtute illius expressæ hypotecę omnibus anterioribus habentibus etiam expressam præfertur l.licet C. qui pot. in pign habeant. Cæpoll. caut. 124. & non sufficeret generalis obligatio, ideò aduertat venditor quando vendit rem dubitans de emptore, ne in ipsum transferat dominium, quòd expressè conueniat, quòd dominium nunquam transferatur in emptorem, nisi prius soluto pretio, & alias cautelas tradit Guido Papa in dec. 559. melius tamen est quod res vendita expressè sit obligata, & in specie pro suo pretio cum dicta reseruatione, aliàs non posset præferri anterioribus d. l. licet, hoc procedit quãdo fides est habita de pretio, vel datũ est pignus, vel fideiussor pro eo, aliàs enim si fides nõ est habita dominium in emptorem non dicitur translatum, & daretur vendicatio ad rem, & alia traduntur in §. vendita vero res cum glos. ibi inst. de rerum diuis. aliam etiam adhibet cautelam Ne-
R guss. in tract. de pign. in 5. par. 2. membr. nu. 18. (R)

Præfertur prior secundo, seruata regula qui prior, non solum si purè est creditor, sed etiam si conditionalis, quia si conditio est casualis, vel mista non dependens ex mera potestate debitoris, tunc trahitur retro ad diem cõtractus, & creditor ex illa præfertur posteriori creditori puro, vt l. qui balneũ §. 1. & l. potior §. 1. ff. qui pot. nam perindè habetur, ac si illo tempore, quo stipulatio interposita fuit, facta fuisset sub hypoteca sine conditione, vt d. l. qui potior §. 1. ideò creditor ex illa venit præferendus alijs hypotecis, posteà purè contractis, non obstante quod contractæ fuerint ante purificatam conditionem præcedentis obligationis.

Hinc infertur, quòd si Titius erat debitor Caio in ducatis centum, & Seius promisit in fine mensis Maij dicto Caio, quòd si Titius infra octo dies nõ soluerit in prædicto die, de suo promisit soluere, eodẽ die vltimo Maij Titius promisit extrahere indemnem, & illęsum dictum Seium, cum obligatione bonorum, euenit quòd medio tempore dictorum octo dierum, Titius se alteri obligat, & adueniente die octauo, Titius non soluit, indè ad certum tempus Seius soluit, agit posteà super bonis Titij, & cõcurrit ille alius creditor, qui dicit se priorem, ex quo dies obligationis indemnitatis promissæ à Titio tunc venerit, cum Seius damnum passus est, cum autem constet Seium damnum passum sit post diem obligationis suæ, meritò se præferendum, contrarium esse verius dicit Beneuen. Strach. in tract. de mercat. sub tract. de decoct. in vlt. part. fol. 267. num. 12.

Et nota vnũ, quòd promittens soluere, & stare pro debitore de omni eo, quod apparebit eum debere facto calculo, nam cautus debet esse creditor, vt faciat declarare debitum viuente debitore, quia si post mortem fiet talis promissor non tenetur, secundum Ias. per illum textum in l. qui Romæ §. augerius num. 6. ff. de verb. oblig.

Si autem sumus in obligatione contracta sub conditione potestatiua, quia illa non trahitur retro, & ideò non facit præferre creditorem. sed attenditur tempus existentis conditionis, secundũ glos. Bar. & alios in l. 1. ff. qui pot. in pign. hab. cãr. rationem differentiæ inter conditionem casualẽ, & potestatiuam assignat Bart. in l. is qui pro emptore in §. quæst. ff. de vsucap. quia in conditione potestatiua nõ subest æquitas; Imò deficit, quòd ipsa trahatur retro, ex quo fuit in potestate debitoris eam non implere, & sic nõ incidere in obligationẽ. Quod in legatis secus est, quia in illis non trahitur retro conditio, sed attenditur tempus existentis conditionis, secundum Bar. & alios in l. si filius ff. de verb. obligat. vndè si hæres pendente conditione legati, aliquid alienauerit de bonis testatoris tacitè hypotecatis pro dicto legato, iuxta tex. in l. 1. C. com. de leg. & posteà purificetur conditio legati, quòd legatarius non poterit ex hypoteca auocare ab emptore dictam rem ei venditam, quia conditio in vltimis voluntatibus non trahitur retro, vt d. l. si filius, & Crau. in l. 1. ff. de leg. 1. secus tamen est, quando est legata certa species sub conditione, quę si ea pendente alienetur per hæredem, adueniente conditione auocatur à dicto emptore, vt l. fin. §. sin autem C. com. de leg.

Adhoc nota, testator legauit Titio fundum sub conditione, & adiecit ista verba, quòd si talis conditio extiterit, quòd ex nunc legat Titio talẽ fundum, mortuo testatore dictus Titius pendente conditione decessit, deindè conditio extitit, hæredes Titij petunt fundum legatum, dicit Bart. si illa verba ex nunc lego, non essent apposita, quæstio non haberet dubium, quòd dictum legatum peti non possit per hæredes Titij, cum legatarius decesserit ante euentum conditionis, & spes legati conditionalis non transmittitur ad hæredes, l. vnica §. sin autem sub conditione C. de caduc. toll. dubium ergo insurgit propter illa verba testatoris ex nunc lego, per quæ verba videtur testatorem velle, quòd conditio existens trahatur retro, & habeatur perindè ac si decessisset à tempore mortis testatoris, & sic viuo legatario, & cõsequenter debeatur eius hæredibus, Bart. vt dixi contrarium determinat in l. is qui pro emptore ff. de vsucap. tale legatum fundi non deberi hæredibus Titij, eo quia tale legatum non potest deberi hæredibus, secundum veritatem, nec secundum fictionem, quia cum legatarius iam esset mortuus tempore euenientis conditionis, & sic vltimum, & extremum à quo fit inhabile per consequens fictio non potest operari, & sic dicta verba ex nunc lego, nõ possunt in casu isto operari effectum retrohabitionis, & de ista materia prioritatis, & posterioritatis hypotecæ, ac prælationis recurre semper ad Neguss in tract. de pign. in 5. part. 2. membr. fol. 92. vbi doctè, & amplissimè materiam prosequitur, & qui potiores in bonis decoctorum recurre ad Strach. in suo tracta. de mercat. in tit. de decoct. in 7. & vltim. par. fol. 243.

85 Quia hoc verbum cedere plures habet significationes, aliquando pro vendere accipitur l. si dubitatur ff. de fide instrum.; aliquando pro donare, vt cedens bona alicui donare est, & ista est proprię rei concessio iure proprietatis, nam cedere

dicimus

dicimus quasi concedere, & ea quæ propria non sunt, sed aliena non concedimus, sed restituimus, & de hac cessione iurium aliqua tractabimus.

86 Vtili enim actione vtitur cessionarius contra debitorem cessum, directa remanet penes cedentem, cum per cessionem non possit separari, etiã si velit, cum inhæreat ossibus cedentis, vt glos. in l. 3. ff. pro socio; Ideò in instrumentis cessionum facit cessionarium procuratorem in rem suam, & sic in directa, & personali est procurator cedentis, quia aliter non poterit vti, licet enim directa cedi non possit, potest tamen mandari eius

S exercitium. (S)

87 Qualiter cognoscatur, quod procurator in rem suam intentat directas actiones nomine cedentis, & vtiles nomine suo proprio, ex conclusione libelli arguitur, nam si petit condemnari procuratorio nomine, apparet quòd intentat directas, si verò petit condemnari suo nomine, & ad suam vtilitatem, tunc intentat vtiles, & effectus est duplex, quia quando intentatur vtilis suo nomine, exceptio, quæ obstaret personæ cedentis, puta si esset excommunicatus, qui non potest audiri agendo, cap. 1. de except. in 6. non obstaret cessionario, secus si intentaret directam, vndè Bald. & Angel. in l. si quis rem ff. de procur. dicunt, quòd exceptio non cohærens rei, sed personæ non trãsit contra singularem successorem, vndè si cum cedente debet fieri cõpromissum, quia sunt consanguinei, non debet fieri cum cessionario agente vtili actione, Bald. in l. si post diuortium ff. sol. matrim. quare exceptio declinatoria fori, quę obstabat contra cedentẽ, non habet obstare ipsi cessionario agenti, qui potest trahere quemcumque in forum suum, vt si esset Neapolitanus, qui ob priuilegia Ciuitati Neapolitanæ concessa trahit, & non trahitur, testatur Afflict. in dec. 74. secundus est effectus, quia priuilegia actionis, puta actionis de dote habent locum, si intentetur directa nomine cedentis, secus si vtilis nomine suo; secundum Bart. in l. post dotem ad fin. ff. sol. matrim.

88 Dicitur autem procurator in rem suam altero de tribus modis; Primo ille, cui mandatæ sunt sunt directæ actiones, & cessæ vtiles l. 1. cum glos. C. de act. & oblig. vel quando solum sunt cessæ vtiles actiones, sed non sunt directæ demandatæ, vel tertiò quando solum sunt mandatæ directæ, sed vtiles non sunt cessæ, Bald. in l. 1. ff. si cert. petat. Et ipse procurator in rem suam, non dicitur propriè procurator, cum in effectu non administret negotia aliena, sed propria, ideò non caderet in statuto faciente mentionem de procuratore, glos. in l. 1. ff. de procur. & omnia potest facere, quæ posset si haberet speciale mandatum, Ias. in l. iusiur. § procur. nu. 7. ff. de iur. iur. & de suo proprio debet facere expensas litis, cum ad eum spectet emolumentum, quod non est in alio procuratore, secundum Bald. in l. 1. C. de euict. vide Ias. in l. qui stipendia C. de procur.

89 Cessionarius an dicatur propriè creditor, DD. dicunt quòd sic, per tex. in l. 2. C. de donat. vbi appellatur debitor cessionarij ille, cui nomen cessũ fuit, intellige vtiliter, & creditor vtiliter dicitur, quia habet vtile ius, & vtiles actiones, & ab eo iniuito exigi potest, non autem directus, quia actiones verè remanent pænes cedentem; cessionarius verò debitoris non erit propriè debitor, nisi consentiat creditor, quia nõ potest auferre actionem creditori, & trãsferre in alium forsan duriorem, quamuis secus sit in creditore cedente, quia constituitur procurator ad agendum, secundũ Doct. in l. 1. ff. si cert. pet. & ibi Bald. vlt. col. vndè statutum loquens de debitore, compræhẽdit cessionarium creditoris, nõ cessionarium debitoris; quare Angel. in cons. 38. dixit quòd statutum volens instrumentum mitti exequutioni contra debitorem, proderit etiam cessionario creditoris; Quod dicit Bald. in d. l. 1. facere ad Practicam Regni circa præsentationem instrumẽti, iuxta formam Ritus Magnæ Curiæ Vicarię, vt cessionarius possit præsentare instrumẽtum, secundum formam Ritus, cum ipse propriè sit creditor, tamen dicit ibi, quòd practica obseruat contrarium, quia ille Ritus fundatur in iuramento præstito de facie ad faciem, quod videtur inducere maius periurium, & iuramentum creditoris non trahitur ad cessionarium, quantum ad inducendum periurium, l. penult. cum ibi not. C. de iureiur. sicut neque trahitur ad hæredes, quantum ad periurium, vt not. per Doct. in auth. sacram. puber. C. si aduers. vend. secundum Afflict. in Constitut. Regni incip. eos qui scienter in 10 quæst. & Cauens. in Ritu 166. nu. 8. sequitur Carauit. in Ritu 286. sed quod erit remedium vt liquidari possit, cum cessionarius ipse præsentare non possit, vt supra, neque creditor cedens, quia ipse repelli potest exceptione, quòd cessit, & alij competat actio

T vtilis. (T)

Dubitabatur an vterque simul possit præsentare, ex quo dubium faciebat, quia si singuli non possunt, ergo nec etiam simul, duæ probationes imperfectæ non faciunt vnam perfectam, secundum Bart. in l. admonendi ff. de iureiur. tamen Bologn. in d. l. 1. circa finem tenet, quòd vterque simul possit præsentare, quia creditori tenetur debitor soluere, si cessionarius renũciat iuri suo, tunc cessat causa opponendi exceptionem, & reintegratur creditum in personam creditoris, arg. l. filio quem pater in fine de lib. & posth.

Et ex hoc inoleuit cautela, quando fit cessio, quod creditor cedens reseruat tantum ius liqui-

V dandi contra debitorem cessum. (V)

Et quæ diximus circa liquidationem instrumenti, intellige procedere circa accusationem obligationum pœnes acta, ad quam cessionarius non admittitur, licet procurator cũ speciali mandato sit, & ideò cautela est, quòd adhoc, vt cessionarius posteà obligationem accuset, constituatur procurator primitus ad exigendum à tali tot aureos sibi debitos virtute obligationis, eumque quietandum, & ipsam obligationem cassandum, & casu quo renitens fuerit, pænam ipsis obligationis accusandum, & accusatam exequi faciendam, & dictis aureis exactis pœnes se retinendũ pro totidem ab eo receptis, ponens eum in locũ, & vicem suam, constituens ipsum procuratorem velut in rem suam accedens ei omne ius, quam cautelam, & practicam tradit Carauit. in d. Ritu 286. in fin.

90 Sed

90 Sed an actione personali ex titulo donationis cessa, intelligatur etiam cessa hypotecaria, & omnis alia actio accessoria, quòd sic Bart. & Alexan. ibi in add. in l. hæredem in princ. ff. mand. quia hypotecaria est accessoria ad personalem, l. res hypotecatæ ff. de pignor. Bart. & Alex. ibi in l. fideiussor obligari ff. de fideiuss. Alex. in l. si vero ff. solut. matrim. Neguf. in tract. de pignor. in 5. par. memb. 3. nu. 23. & hoc verum si actiones accessoriæ erant tempore actionis principalis in rerũ natura, secus si ex post facto superuenissent d. l. hæredem cum sua glos. in verbo actiones in fine, ideò secundum Bart. & Bald. ibi in contractibus hodiè, in quibus fiunt tales venditiones, donationes, & cessiones ponuntur verba multum generalia, scilicet quòd cessit omnes actiones, quas habet, vel in futurum habere poterit.

Sed numquid cessa hypotecaria, videatur etiã cessa personalis actio, vel cedi possit sine personali, glos. in l. si pignori ff. fam. herc. & Bald. in l. 1. §. cum prædium ff. de pignor. & Bart. in l. fideiussor. obligari ff. de fideiuss. indistinctè tenent, quòd hypotecaria cedi potest sine personali, & ab ea separari, siuè cessio fiat debitori, siuè extraneo, & est communis opinio, vt testatur Boer. in dec. 335. num. 3.

Quinimò cessione de dote simpliciter per mulierẽ facta transfertur hypoteca tacita, tanquam pedissequa actionis dotalis, quamuis de hypoteca in cessione nihil dictum fuerit, Bal. in l. 1. col. 4. ver. quærunt Doct. de pulcra quæst. C. de priuileg. dotis, Neguf. in tractatu de pignor. in 2. part. 4. membr. nu. 33. Imò cessa actione contra principalem censetur cessa contra fideiussorem, secundum Alex. in l. si vero in princ. ff. solut. matrim. & Neguf. in d. tract. in 5. par. 3. membr. nu. 23. in fin. Castr. in l. hæres ff. ad trebb. contrarium tenet in fideiussore, quòd expressa debet contra eum fieri cessio, aliàs non subintelligitur, sed an priuilegiũ dotale competens mulieri, & filijs possit extraneo cedi, vide Bart. in l. post dotem pen. quæst. ff.
X fol. matrim. & Afflict. dec. 306. nu. 6. (X)

91 Et si mulier constante matrimonio potest agere ad dotem, quia maritus vergit ad inopiam, an possit illam actionem alteri cedere, vel cedere hypotecariam contra tertios possessores, Bal. in l. 1. pen. col. C. de priuileg. dot. dicit, quia istud est merum priuilegium mulieris, ideò alteri cedere non potest, cum sit dos deputata oneribus matrimonij, & ideò cohæret personæ, quia quando dos repetitur constante matrimonio propter inopiam mariti, talis dos adhuc debet seruire oneribus matrimonij, sicut antea, & sic alimentis tàm mariti, quam vxoris, & filiorum suorum, vt in l. vbi adhuc C. de iure dot. vbi etiam non potest talis dos alienari, ergò nec cedi, licet soluto matrimonio spes repetendæ dotis benè possit cedi, l. 2. vers. nec cogitur ff. sol. matrim. sequitur Bald. Nouell. in tract. de dote in vlt. par. 26. col. licet aliquando cedi possit, vt per eundem Bald. Nouell. in 12. par. num. 7. & in casibus, in quibus valet, transit in cessionarium priuilegium tacitæ hypotecæ mulieri, seu actioni dotis competenti, secundum Bald. Nouell. ibi, sed an transeat cum
A suo priuilegio Bal. ibidem nu. 6. (A)

Sed an dictum priuilegium tacitæ hypotecæ cum prælatione, de quo in l. assiduis C. qui pot. in pign. habeant. possit per mulierem cedi, & transeat in cessionarium, & licet in hac quæst. varij varia dixerint in l. post dotem ff. sol. matrim. tamen Bald. Nouell. in tracta. de dote in 12. part in 9. col. in vers. 4. distinguit articulum in duo membra; primum est quòd aut mulier cedit iura sua, quæ habet ad dotem contra virum, aut eius hæredes ad sui vtilitatem, ita quòd cõmoditas cessionis veniat in totum in vtilitatem mulieris, taliter quòd nisi priuilegium prælationis transiret in cessionarium non esset vtiliter prouisum mulieri, & tunc dictum priuilegium transit etiam in cessionariũ, quia non potest negari, quòd tunc dictum priuilegium non deseruiat vtilitati mulieris, in cuius fauorem fuit introductum, vt d. l. assiduis, & isto casu non est facienda differentia, an in cessione fiat expressa mentio dicti priuilegij, an non, quia etiam in cessione simpliciter facta per mulierem transit simplex hypoteca, de qua in l. 1. §. & vt plenius C. de rei vxor. act. & per consequens transit etiam priuilegium prælationis, tanquam concernens hypotecam, & ius cessum, & hoc etiam procedit si talis cessio fieret post mortem mulieris per eius filios eiusdem matrimonij, cum enim in eos transeat dictum priuilegium prælationis, ideò si fiat cessio per eos concernens eorum vtilitatem, transibit etiam in cessionarium, nec etiam debet fieri differentia an intentetur directa, vel vtilis, quia talis differẽtia est potius verbalis, quam realis, quia satis est, quòd vtilis intentata tendat ad commodum mulieris, & filiorum; & ibi Bald. notat exempla, vt si mulier post mortem viri videat hæreditatẽ mariti implicitam multis debitis, & multi creditores habent hypotecam expressam, & tacitam in bonis mariti, & anteriorem, quod sit hypoteca ipsius mulieris, mulier ergo cedit iura sua contra primum maritum, vel eius hæredes secundo marito, isto casu secundus maritus vtetur priuilegio prælationis contra alios creditores prætendentes tacitam hypotecam, licet anteriorẽ; nam si hoc priuilegium vti nõ posset mulier remaneret frustrata sua dote, & ideò non est dicendum, quod istò casu non transeat priuilegium prælationis in dictum cessionarium: similiter ponit aliud exẽplum, quando alius prò muliere promisit dotem, & eam soluit dicto secundo viro animo repetendi ab ipsa muliere, & ipsa mulier propter hoc dedit insolutum dicto soluenti nomen hæredum primi viri debitoris mulieris pro restitutione dotis, nam etiam hoc casu censeri debet cessum dictum nomen debitoris cum tacita hypoteca priuilegiata, vbi alias si dictum priuilegium prælationis non transiret in ipsum cessionarium, nõ posset fieri exactio dotis ab hæredibus primi viri propter creditores habentes tacitam hypotecam anteriorẽ, & sic cessionarius haberet regressum contra ipsam mulierẽ, quæ se potiorẽ in nomine cesso non præstitit, & etiam quia dictus cessionarius, qui soluit pro dicta muliere, non fuisset ita prõptus in soluendo pro ea, si dubitasset mulierẽ non posse transferre dictum priuilegium prælationis in eum, & sic talis cessio tota pertinet ad

cum

com modum dictæ mulieris.

Secundo casu dicit ipse, quòd si dicta cessio fit principaliter in fauorem, & comodum cessionarij, vel alterius quam mulieris, aut eius filiorum, tunc dictum priuilegium prælationis non transit in cessionariũ, etiam si dicta cessio fieret expressè de dicto priuilegio, ex quo illud soli mulieri, & eius filijs, & eorum vtilitati est indultum: Et exẽplificat ipse, si mulier ex causa donationis cederet alteri ius suæ dotis repetendæ ab hæredibus mariti; Secundò quando ipsa cederet ex causa onerosa, puta quia esset condemnata pro aliquo debito, & bona ipsius mulieris mobilia, & immobilia non possent obtineri sine controuersia, & propterea creditor illius fecisset sibi adiudicari ex secundo decreto nomen debitoris dotis dictæ mulieris, in talẽ cessionarium dicti nominis dotalis non transiret dictum priuilegium prælationis, cum talis cessio tendat in fauorem creditoris, non mulieris; Exemplificat etiam, quando mulier pro restitutione suæ dotis ageret hypotecaria contra bona mariti, & possessor, vel secundus creditor offerret mulieri solutionẽ dotis, & vellet impetrare cessionem à muliere, iuxta l. mulier ff. qui pot. tali casu non transiret dictum priuilegium in dictum cessionarium prælationis contra alios creditores, cum istud non resultaret ad commodum mulieris, sed ad vtilitatem dicti cessionarij: quæ distinctio tanquã rationabilis placuit Neguf. in tract. de pign. in 2. par. 4. membr.
B nu. 107. (B)

92 Et licet sit regula tex. in l. ex pluribus ff. de administr. tut. quod quicquid est transmissibile ad hæredes, est etiam cessibile, nam ista regula procedit negatiuè, quia quæ non sunt transmissibilia ad hæredes, etiam non sunt cessibilia, & ita procedit dict. regula l. ex pluribus, & ita negatiuè not. ibi Bar. sed affirmatiuè prædicta regula non procedit, nam multa transmittuntur ad hæredes,
C quæ tamen non possunt cedi, (C) nam fideicommissum vniuersale transmittitur ad hæredes fideicommissarij, vt est text. in l. cogi §. idem mecianus ff. ad trebell. & tamen non potest cedi l. si mulier §. ex asse ff. de iure dot. sic etiam iura directa, quia sunt affixa ossibus nostris, secundum glos. in l. 3. ff. pro soc. ideò non possunt cedi l. quis ergo casus ff. de peculio, & tamen transmittuntur ad hæredes, qui reputantur eadem persona cum defuncto, vt in princ. in auth. de iur. iur. à moriẽt. præst. & sic cum priuilegio dotis non transeant ad hæredes, sed solum ad filios eiusdem matrimonij, Bald. & alij in l. 1. C. de priuileg. dot. l. assiduis §. exceptio C. qui pot. ergò cedi nõ possunt, vndè si sum substitutus Titio morienti sine filijs, an possim illud ius substitutionis cedere, vel vendere, quòd sic l. 3. §. 2. ff. de her. vel act. vend. tamen si ego moriar ante euentum conditionis, cessionarius, vel emptor nõ succedet, sed est necessè, quod ego viuam tunc temporis, argum. l. qui liberis §. hæc verba ff. de vulg. & pupill. Papiens. in tit. de
D forma libell. quo agitur ex substit. in fin. (D)

93 Et nota, quod cedens iura, quæ quis habet super tali re, vel ius si quod habet, per huiusmodi cessionem non transfertur aliqua conditio vsucapiendi, seu titulus aliquis, Ias. in l. si sic legatum §. si mihi nu. 15. ff. de leg. 1. Boer. dec. 41. nu. 18. & sic nullo modo censetur actum de iure alterius, seù promissum de euictione alicuius personæ, secundum Ias. & Castr. in d. l. si sic, adeò quod nec pretium quidem euictione subsequuta potest repeti, quasi quod incertum rei, vt iactus retis existimetur venditum, secundum Ias. ibi, & Alex. in l. locus ff. de acquir. possess. dum tamen venditor non sciuerit se nullum ius habere, sciens enim nullum ius se habere vendens in dolo esse videtur, & propterea tenetur de euictione l. hoc autẽ ff. de hæred, vel act. vend. nam si esset conuentus ne de euictione venditor teneatur, nihilominus vbi sciuit ex aliqua causa rem euincendam esse, obligatur venditor quasi ex dolo, Bart. in l. tenetur §. fin. ff. de act. empt. limitat alio modo Fab. de Monte sanct. Sab. in tract. de empt. in 6. quæst. princ. nu. 30. videlicet quando locus esset confinatus, quòd tunc obligetur venditor de euictione, quamuis sub ea forma vẽdiderit, quam limitationem non putat esse veram Phan. de Phan. in tract. de inuent. in 7. part. fol. 289. num. 243. quoniam vis omnis versatur non in demonstratione loci, vel rei, sed imò in eo, quod venditum videtur, seù in forma venditionis, nam illa verba, iura, quæ habeo, vel quicquid iuris habeo important, vt non res ipsa sit, sed incertum iuris, vt supra
E dictum est. (E)

94 Ad prædicta etiam scias, quod si cedo tibi debitorem, qui non est soluendo, periculum cessionis ad quem, pertineat ad cedentem, vel cessionarium, & sic quando datur per debitorem nomen sui debitoris insolutum suo creditori, si loquimur in ista datione insolutum immediatè periculum nominis cessi, seù dati transit in cessionarium, secundum Imol. in l. aut facta § hæres ff. ad treb. & Soccin. in consil. 37. 4. vol. sed vide pro veritate benè Castr. in l. mæuia ff. solut. matrim. & de Franch. decis. 108. sic in venditione nominis debitoris, vide in l. si nomen ff. de hæred. vel act. vend. sed quando ceditur, tunc Bart. in l. pupilli §. soror ff. de solut. dixit si post cessionem decoxit tuum est periculum, cum enim inopia post cessionem superuenerit ad cessionarium damnum pertinet, vt d. §. soror, vbi verò cessionis tempore non soluendo fuisset contra se habet, l. si cum dotem §. si mulier ff. sol. matrim. vbi Alex. & ibi Bal. not. illum text. contra mercatores, qui dant aliquos expromissores, quos sciunt iam collectis sarcinulis statim fugam arrepturos, si enim principalis debitor ex causa dotis tenebatur contra eum, primeua actione agi potest; sed si ex alia actione, tunc licet delegatio non sit nulla, facit enim vt ab actione prima liberetur, datur tamen contra eum actio de dolo ad id, quod interest l. sub prætextu C. de transf. & Imol. subdit dolum debitoris præsumi, quando breui tempore expromissor fugam arripuit; Quid si debitor delegãs, non fuisset in dolo, vt puta quia ignorauit debitorem delegatũ non fuisse idoneum, vel de fuga suspectum, dicit Alex. in d. §. si mulier, aut creditor, cui sit delegatio sciebat illum, qui delegatur idoneum non esse, & placere ei debitorem delegantem liberari, sciens enim recipiẽdo, & admittendo bonũ nomen fecit; Si verò ignorabat di-

uersum

uersum ius esse, & in dubio præsumi creditorem
sciuisse debitorem delegatum inopem fuisse, &
culpæ et annumerandum, si conditionem eius
non explorauerit, recipiendo enim, & admitten-
F do, vt idoneum approbasse censetur; (F) Et ad-
hoc oota, quod si centũ tibi debeo, & literas cam-
bij tibi feci, qui numularius acceptauit literas
præsentatas per creditores, & significauit eum in
creditorem, quod per ipsam approbationem ego
sum liberatus, vide Ias. in l. singularia nu. 29. ff. si
G cert. pet. & benè Afflict. in decis. 353. (G) Et si
promisit nomen debitoris exigibile, an esse de-
beat de iure, & de facto, post Franch. d. decis. 108.
& Castr. dict. l. mæuia, Fab. de Monte de empt. &
vend. 6. q. princ. nu. 67.
96 Et cedens omnia iura, quæ habet quis contra
suos debitores, subintelligitur contra puros, non
autem conditionales, nisi careret puris, & tantum
conditionales haberet, secundum Castr. in l. si ita
G scripsisset ff. de leg. 2. (H) Et si duos habens reos
debẽdi, & vni ipsorum contra alterũ cedit actio-
nem, quod statim à portiooa sua cessionarius est
liberatus, rationem assignat Castr. in l. qui duo-
bus ff. de leg. 2. vbi etiam dixit, quod si cedo tibi
actionem contra Titium, qui opposuit contra te
exceptionem compensationis ex persona mea,
quam poterat opponere, quod tu habes actionem
contra me ad extimationem, secundum Castr.
I ibi. (I) Vndè si debitor, qui cessit bonis vni ex
creditoribus suorum nomina insolutum ei dede-
rit seruata forma l. legis Iuliæ, vbi Doctor. C. hoc
tit. nostro, deindè creditor ille egit contra vnum
ex debitoribus sibi cessis, qui opposuit exceptio-
nem compensationis, dicens se esse creditorem
illius cedentis io quadam summa, an hæc com-
pensatio debeat admitti, dic si debitor opponens
compensationem fuit á debitore, qui cessit bonis
in adiudicatione vocatus, & non comparuit, &
eius creditum petendo, vel io compensando cum
dicto suo credito negligens ob eius contuma-
ciam, & negligentiam, etiam compensationem
opponere non poterit contra debitorem, cui de-
bitorum nomina cedeotis insolutum tradita fue-
runt, cum negligentia, & ipsius contumacia al-
teri creditori solerti oocere non debeat, argum. l.
si non expedierit §. 1. versic. quid ergo, & glos. ibi
in versic. noceat ff. de bon. auth. iud. poss. si verò
non fuit vocatus, & tunc si compensationem op-
ponens non fuit in dolo, nec in culpa, sed iustam
habuit ignorantiæ causam ob citationem sibi nõ
factam, & tunc sicut fuisset in adiudicatione fa-
cta creditori admissa debiti, & crediti compen-
satio; ita etiam aduersus hunc cessionarium ad-
mitti debet, cum exceptio compensationis, quæ
obstabat contra cedeotem ageotem, obstet etiam
contra cessionarium, l. eius quod C. de compens.
iotelligendo tamen cum terminis suis, videlicet
si iste creditor cessionarius sit anterior tempore
pro suo credito ipsi debitori compensationis ex-
ceptionẽ opponenti, iux. l. qui prior ff. qui potior.
nam si debitor compensationem opponens non
fuisset etiam in adiudicatione auditus esset pó-
sterior tempore, vtiq; excluderetur d. l. potior.
Et nota ꝙ si cessionarius actionis egit contra
tertios possessores debet pro rata sibi diminuere
de debito, quando reperitur etiam ipse inter ipsos
possessores, secundũ Specul. in tit. de cess. act. §. 1.
vers. sed pone habeo, vbi dicit pone habeo debi-
torẽ, qui mihi obligauit omnia sua bona, post hoc
ille vendit Titio domũ, posteà Paulo fundum, egi
contra Titiũ hypotecaria petendo domũ, obtulit
mihi debitũ, cessi ei actionẽ contra debitorem, &
eius bona, agit modò contra Paulũ, ille verò op-
ponit beneficiũ cedendarũ, quæritur, an possit, ꝙ
Titius agere possit videbatur, quia constat de de-
bito, & obligatione, ꝙ res fuit in bonis debitoris,
quæ probantur in hypotecaria l. quę nõ dum §. 1.
vbi Bar. ff. de pignor. ꝙ non possit, nam iusto pos
sessori cedenda sunt iura l. mulier. ff. qui pot. & sic
culpa creditoris sunt deteriora l. sticcum §. si cre-
ditor ff. de solut. domus enim videtur liberata cũ
facta fuerit Titij, & ipse acquisiuit sibi iura, quia
pignus, & dominium simul non concurrunt, ff.
de pign. l. si in non; tandem concludit, ꝙ diuidi-
tur obligatio ff. de rescind. vend. l. cum possessor,
& l. si pupilli ff. de admin. tutor. refert, & sequitur
Capyc. in decis. 51. Et quando istud beneficiũ ce-
dendarũ, & per quem opponi possit, vide Bar. in l.
modestinus ff. de fideiuss. cui beneficio potest re-
nunciari, ita ꝙ qui renunciauit amplius non va-
leat excipere de cessione sibi facienda, nec eam
amplius petere, secundú glos. in l. nisi ff. de pact.
& sufficit illa generalis renũciatio, quæ frequen-
ter in contractibus solet apponi, videlicet renun-
ciauit beneficio nouæ constitutionis, de fideius-
soribus, Epistolæ diui Adriani, & beneficio de
pluribus reis debendi, & omni iuris, & legũ auxi-
lio, & fauori, ita Corn. in cons. 51. 2. vol. Soccin. in
cons. 200. 2. vol. Dec. in cons. 27. incip. & pro viri-
li, maximè si adest iuramentũ, Negus. in tract. de
pignor. in 5. par. 3. membr. num. 24. & 25. Vndè si
creditor per instrumẽtum publicũ stipulatus est
à duobus fideiussoribus insolidũ de iudicato sol-
uendo cum pœna, & obligationibus, & renuncia-
tionibus, ac iuramento, deindè creditor liberauit
à dicta obligatione vnum ex dictis fideiussoribus
insolidum obligatis, demum creditor agit insoli-
dum contra alium fideiussorẽ, & in ipsa liberatio-
ne reseruauit sibi ius contra alium confideiusso-
rem iosolidum obligatum, secundum theor. Bar.
in auth. hoc ita C. de duobus reis in repet. iste fi-
deiussor dicit obstat tibi exceptio cedendarum
actiooum, quia si vellem tibi soluere totum debi-
tum teneris mihi cedere actionem, & iura con-
tra illum confideiussorem insolidùm obligatum,
quam cessionem facere non potest, quia eum li-
berasti, ideò quando essem obligatus non teneor,
nisi pro medietate, Bart. in l. si stipulatus §. si ex
duobus ff. de fideiuss. dicit ꝙ quando creditor li-
berauit vnũ ex fideiussoribus, si alius fideiussor
non consentit illi liberationi, nec fideiussor re-
nunciauit beneficio cedendarum, & fideiussor si-
mul in vno, & eodẽ contractu cum alijs fideius-
soribus non diuersis tẽporibus, tunc creditori ob-
stat exceptio cedendarũ, nec alter tenetur ipse fi-
deiussor, nisi sibi fiat cessio valida, iux. tex. in l. cũ
alter C. de fideiuss. & ideò imputet sibi creditor,
secundum Castr. ibi quare ademit sibi potentiã
cedendi, quia ille nõ fideiussisset, si sciuisset sibi
nõ debere cedi actionem; Sed quia renunciauc-

sunt fideiussores omni legum auxilio, vndè videntur etiam renunciasse tali beneficio cedendarũ, vt supra, quarè talis creditor potest agere insolidum contra fideiussorem non obstante exceptione cedendarum opposita, cum non obstet, vt refert Affl.in dec.182.

Quæ exceptio cedendarũ non obstat creditori agenti contra possessorem bonorum debitoris, si aliam rem eiusdem debitoris per prius liberauit, secundum Castr.in d.§.duobus l.si stipul. ff de fideiuss. Socc.in d.cons.200. nisi dolo, & culpa sua illam rem liberauerit, secundum Bal.in cons.389 vol.1. Alber.de Ros.in l.iubemus C.ad vell. vt si lite pendente contra talem possessorem rem illã liberauerit, quæ tamen præsumptio fraudis excluditur, si creditor erat vir probus, & bonæ vitæ, secundũ Affl.in dec.343. circa fin. à nu.4. & seq. sicut dicimus in muliere, quæ egit contra possessorem bonorum viri hypotecaria, qui vt euitaret exequutioné soluit debitum, petens sibi cedi iura contra, & super bonis debitoris, quę sunt liberata per ipsam mulieré, vndè cedere nõ potest, & propteres opponebatur exceptio cedendarum, fuit dictũ per Bal.& Salyc.in d.l. iubemus C.ad vell. ꝙ dicta renunciatio non præiudicat, nisi in illa re, nam si repelleretur per exceptioné cedendarũ, repelleretur in totũ, ergo sufficit, ꝙ cedat iura, pro ve cedere debet, & sequitur Affl. in d.decis.143.

98. Et ista cessio facienda per creditorem confideiussori contra alium, debet fieri vel ante solutionem, vel post incontinenti. vel hoc acto, etiam ex interuallo l. cum alter C. de fideiussor. & in l. modestinus cum ibi not. ff.eodem, secus in tutoribus, qui agunt vtili sine cessione, & in magistratibus, vt ff. de tut. & rat. distrah.l. 1. § si pupillus vers.nunc tractamus, & rationem diuersitatis assignat glos. in l.vt fideiussor. ff.de fideiussor. hæc procedunt in fideiussoribus; Secus dico si fideiussor soluit creditori, nam potest à suo principali debitore solutum, & etiam interesse absque cessione petere, secundum Abb.in cap.2.de fideiuss.nu.2.& ad primum dictum aduerte ne æquiuocea pro intelligentia text. d.l.modestinus ff. de solut. quod si fideiussor soluit creditori suo nomine, aut nomine debitoris, aut simpliciter, si suo nomine soluit, tunc cedi possunt iura etiã ex post facto, facta solutione, si debitoris nunquam cedi possunt, nisi tempore solutionis, vel pactum de cedendo intercesserit, iux. d.l.modestinus, si simpliciter soluit siquidem creditor cedat in continenti, præsumitur tunc, quod fideiussor suo nomine, non debitoris nomine soluat, sed si ex interuallo, secus, ita glos.in l.papinianus ff.mand. quam Bal.in l.2. 2.col.C.de act.& oblig.& Alex. in d.l.modestinus in add.ad Bar.reputant illam singularem, & meliorem de iure, & Dec.in cons.
L 446.2.vol. Vrsill.dec.94. (L)

99. In hac cessione vniuersali venit etiam debitũ ipsiusmet cessionarij, ideò si creditor cedit omnia iura sibi competentia contra quoscumque eius debitores, quod comprehenditur etiam debitũ cessionarij, ita ꝙ videtur sibi legata liberatio, se-
M cundum Alex.in l.senatus §.fin.ff.de leg.1. (M)
Et valet ista cessio sic generaliter facta omnium iurium, quæ habet contra quoscumq; debitores nullo specificato, secundũ Ias. in l. sed & si quis §. quæsitũ nu.7.ff.si quis caut.sic si cedo actioné cõpetenté, & competiturã, nam effectus istius renũciationis est, vt si ego possideo rem meam, & vendo tibi actioné in rem competenté mihi nomine rei, nihil quidé agitur; Si verò dixi competiturã, valet, & est spes vendita, & ages, quando alius cęperit possidere rem meã, & ita videor cessisse; & vendidisse, ꝙ & mihi cõpetat, secundũ glos. in l.fin.C.de hære.vel act.vend.& quid etiã importent illa verba, secundũ Bal.ibi, ideò si filis cedit omnia iura, quæ habet in bonis paternis, an videatur cedere iura dotis maternæ, Bal.in l.liberti C.de oper.libert. quem refert, & sequitur Ias. in l.qui Romæ §.duo fratres nu.64. ff.de verb.oblig. dixit ꝙ sic, si nullum ius habeat, nisi dotis maternæ, ne inutilis sit cessio, quam renunciationem si facit simpliciter in manibus patris, siuè post mortem in manibus fratrũ, tunc præsumitur renunciasse contéplatione aliorũ fratrum, propter præsumptã æqualitaté affectionis, secus si in fauorem alicuius fratris, cui acquiritur portio filiæ renunciantis, secundũ Bald.in l.si actionem C.de pact. Boer.in decis. 104. nu.9. cũ super bonis maternis tali filiæ competat legitima, licet sit exclusa per Const.Reg.in aliquibus, stantibus masculis, vide Affl.in dec.178.in princ. Quæ renunciatio nõ extenditur ad donationem inter viuos, vndè si filia dote contenta renunciauit in manibus fratrum successioni maternæ deuolutæ, & deuoluẽdæ, tàm ab intestato, quàm ex testamento, si deindè mater donat tali filiæ, quæ renunciauit bona sua titulo donationis inter viuos, ꝙ cum talis filia renunciauerit bonis maternis deuolutis, & deuoluẽdis specialiter ab intestato, & ex testamento, & non renunciauit bonis maternis deuoluẽdis per donationem inter viuos, quod dicta renunciatio nõ comprehendit casum acquisitionis per contractum donationis inter viuos, sunt enim diuersa acquirere bona ex testamento alterius, vel acquirere per contractum donationis inter viuos, imo dico quod per dictam renunciationem non censetur renunciatum donationi sic per prius factæ, per ea, quæ dicit Bart.in l. si domus ff. de seruit. vrb. præd. vbi dicit quod quando vni competunt plura iura, si vnum remittit, aliud remittere non dicitur, vide Affl.in dec.350.

100 Et ad propositum dico, quòd si pater fuisset grauatus dare filiabus suis certam quantitatem nomine dotis, quod posteà eas dotando, vel relinquendo illis nomine dotis, non videtur hoc fecisse animo compensandi cum eo, ad quod tenebatur ex testamento alterius, sed potius videtur dotasse de suo, & iam tales filiæ debent vtramque habere, secundum Cum. in cons.133. Ias.in
N l.1.nu.24.vers.adde in simili ff.solut.matrim. (N)
Et ad prædicta nota, quod dixit idem Iaso. in l. auus neptis num.4. ff.de pact. quod si filia fecerit pactum de non succedendo in hæreditate paterna vni fratri, & posteà pater susceperit alios filios, quos instituerit simul cum illo primo, vel cũ illo primo instituerit alios heredes extraneos, quod illud pactum nõ prodest alijs etiã fratribus quod pactum factum per filium hæredi putatiuo, non prodest; Hinc si legatarius, vel creditor,

facit

facit pactum de non petendo legatum vni ex hæ-
redibus, intelligitur pro sua parte tantum, nec ex-
tenditur ad alium, licet de parte non sit facta
mentio, secundum Ias. in l. si actionem nu. 2. C.
de pact. vbi etiam pactum de hæreditate patris
factum per sororem vni ex fratribus, intelligitur
pro eius parte, & ideò ab alijs fratribus poterit
partem hæreditatis petere, non obstante pacto;
Imò si pater filium, vel filiam hæredem instituit
in centum, & iussit eum stare tacitum, & conten-
tum, & quòd plus de bonis suis petere non pos-
sit, pone quod ista centum ascendunt plusquam
101 legitima, modò iste filius vult petere dotem
maternam an possit, quòd sic, quia bona dicun-
tur deducto ære alieno, l. subsignatum §. bona
ff. de verb. signific. modo filius petendo dotem
matris suæ solutam, petit eam tamquàm æs alie-
num, nec petit aliquid de bonis paternis, ita Bart.
in l. si liberi §. final. ff. de oper. libert. quid si di-
cit, quod amplius de bonis suis, & hæreditate pe-
tere non possit, vide Guid. Pap. decisio. 93. cum
O add. ibi. (O)

Et si filia promisit renunciare omni successio-
ni habetur, ac si renunciasset sollemniter ad fi-
nem excludēdi ipsam à successione, quæ interim
eueniret, secundum Bald. in l. pactum quod dota-
le quæst. 18. C. de collat.

102 Verum tamen est, quod renunciando simpli-
citer sufficit, nam non tenetur renunciare legiti-
mæ, & supplemento legitimæ, Boet. in decisio. 3.
1. & 2. colum. Et ibi de marito, qui promisit re-
nunciare facere ab vxore, quæ demum non vult
P renunciare. (P)

Et nota quod filia, quæ renunciauit, si sola ta-
men reperitur tempore mortis patris ab intesta-
to, adhuc succedit ei, non obstante renunciatio-
ne, si non adsunt alij fratres, vel sorores in capil-
lo, vel maritatę, quæ tamen non renunciauerunt,
nisi tamen illa, quæ renunciauit contemplatione
masculi tempore renunciationis existentis re-
nunciasset, licet posteà decesserit, nam eo casu
succederet cū sororibus in capillo, & hanc quæst.
habui de facto, vide Dec. in dict. l. pactum quod
dot. C. de pact. Alex. in cons. 29. volu. 3. & Guid.
Pap. decisio. 192. nec renunciando paternæ suc-
cessioni, videtur renunciatum fraternę, secundum
Q Guid. Pap. ibi. (Q)

Imò licet bona paterna ex post facto peruene-
rint ad filium, & fratrem, ab illis non excluditur
per dictam renunciationem, quia bona non di-
cuntur amplius paterna, sed fraterna ob muta-
tionem personæ, & in illis succedet, secundum
R Alex. in l. 3. §. veteres ff. de acquir. possess. (R)

Sed an filia quæ renunciauit in manibus patris
omni successioni paternæ, fraternæ, & de singu-
lis, absentibus illis, quibus seu quorum successio-
nibus renunciatur, non aliter facta, & ratificata
illa renunciatione facta per sororem, cum renun-
ciari non possit hæreditati viuentis, nisi consen-
tiente illo, cuius successioni renunciatur, & persi-
stente vsque ad mortem, iuxta l. fin. C. de pact. si
post modum moriatur vnus ex his fratribus ab-
sentibus succedat soror, non obstante renuncia-
tione, vel an sufficiat, quod pater ipse recipiat pro
illis absentibus renunciationem, vel Notarius vt
persona publica, vide benè Bologn. in dict. l. fin.
quæ nota, quia non omnes aduertunt, quando
fiunt hæ renunciationes per sorores tempore
maritagij.

Vndè nota quod si filia quietauit bona pater-
na cum iuramento, quòd adhuc potest petere
id, quod eius pater perdidit posteà conuolando
ad secunda vota iure disponente, vt in l. fœminæ
C. de secund. nupt. quod ius habet etiam locum
in masculo, secundum glos. ibi, quia talis quieta-
tiò non se extendit ad id, quod pater perdidit sua
culpa, secundùm Dec. in l. 1. C. de secund. nupt.
Guid. Pap. decis. 228. etiam si renunciatio esset
facta generaliter, videlicet quæ sibi competere
possent iure legitimæ, ex testamento, aut ab inte-
stato, vel alia quacumq; causa, secundum Guid.
Pap. in dec. 229. & Boer. dec. 385. nu. 18.

103 Hinc nota quod si filia dotata à fratribus de
paternis bonis, & maternis præcedente ista pro-
missione dotis facta per fratres, renunciat incon-
tinenti ibidē, & corā eisdē testibus bonis pater-
nis, & maternis, quod si post modum promissio
dotis non sortitur effectum, quia fratres promit-
tentes effecti sunt non soluendo, quod adhuc non
obstante dicta renunciatione subsequuta filia re-
nuncians habet regressum ad bona paterna, &
materna renunciata, quia illa renunciatio sic fa-
cta, censetur facta contemplatione dotis promis-
sæ, per ea, quæ dicit Bald. in l. petens col. penult. C.
de pact. quod vbi sunt duo contractus confecti
eodem die inter easdem partes cum interuentu
eorundem Iudicis, Notarij, & testium, vnus cen-
setur factus contemplatione alterius, atque vno
verbo, & consensu, Soccin. in cons. 273. vol. 2. &
Dec. cons. 336. lib. 2. quòd plura instrumenta si-
mul confecta habentur pro vno propter depen-
dentiam, quam habet vnum ab alio, Abb. in cap.
cum Ioannes de fide instrum. idem per Bart. in
consil. 155. quod vbi fiunt plures contractus in-
continenti vnus post alium, alter alterius contē-
platione præsumitur factus, & quod vnus alteri
correspondeat, vt dicit Bald. in l. 1. & l. penult. §.
mulier ff. solut. matrim. Et primus contractus
non censetur absolutus propter dependentiam,
quam habet à secundo, vt in l. contractus C. de
fide instrum. & secundus contractus dicitur esse
pars primi dict. l. contractus, & hoc resultat ex
actu incontinenti facto l. si ventri §. in bonis ff.
de priuileg. credit. vbi etiam glos. cum not. per
Doctores in l. lecta ff. si certum petatur, quod
quæ incontinenti fiunt videntur inesse dict. l. pe-
tens.

Et facit quod dixit Bald. in l. in his §. mulier
ff. solut. matrim. quod si vir confitetur se rece-
pisse dotem, & incontinenti sequitur instru men-
tum promissionis dotium, non poterit mulier
dotem ex primo instrumento confessionis pete-
re, cum per secundum instrumentum inconti-
nenti factum datur intelligi illam confessionem
fuisse factam sub spe futuræ promissionis iam
factæ, & numerationis faciendæ, idem in d. l. pe-
tens, & l. bonæ fidei, & Fulgos. in cons. incip. pri-
ma fronte, quod si donatarius post donationem
se obligat aliquid facere, præsumitur fecisse ani-
mo præcedentis donationis, per text. in l. 1. §. quæ

onerandæ ff.quarum rerum actio, & Bal.in consil. 382.1.vol.quod licet frater videatur dotando fororē eidem dotem donare.per text.in l.1. §.accedit C.de rei vxor.act.si tamen eadem die appa-ret instrumentum quietationis factæ per fororē præsumitur fratrem dotasse propter quietationē, & non animn donandi, prout consuluit Paul. de Castr.quod si mulier donat aliquid hospitali, & eadem die hospitale se obligat aliquid dare sibi singulis annis,censetur fecisse hoc cōtemplatione præcedentis contractus ex actuum vicinitate, allegat Bald.in d.l.petens,& ideò dicebat esse dotationem,ob causam,& vendicare sibi locum, l.pecuniam C. de condit.ob causam, tenet Socc, in cons.273.2.vol.quia præcedentia sequentia declarāt, & è contra vt l.si seruus plurium §. fin. ff.de legat.1.vndè Bal.in l.si absentis col.pen.C.si cert. petat. dicit quod quietatio præsumitur sub spe futuræ, quando incontinenti quietanti appa-ret facta promissio,per text.singul.in l.minor.25.

S ann.cum fideicommiss.ff.de minor. (S) Vndè ex his dicebatur ob defectum promissionis,fororem habere regressum ad bona paterna,& materna renunciata,& est sollemne cons.Socc.214. & de Franch.decis.189. & ista renunciatio, quam facit filia in manibus fratris, dicitur potius quietatio, quam renunciatio,de Franch.dec.67.nu.5.

104 Ad quod nota,quòd cessio,seù donatio facta sub aliqua causa, si causa non adimpletur datur repetitio,licet expresè non dicatur,quod in casu contrarij repetatur,quòd verum intellige procedere in priuatis, secus autem si donatio, & cessio fieret Ecclesiæ, seù piæ causæ, quia tunc non datur repetitio,nisi expresè agatur,& an in primo casu, quando expresè non est actum, quod in casu non adimplenti detur repetitio similiter, sed præscriptis verbis,vel conditione ob causam, quæ an detur contra tertium possessorem, vide bene Castr.in l.1.ff.de donat.& ita fuit decisum

T in Sacro Consilio, (T) vndè Bart. in l.vt ius iurandum §.si liberi penult.col.ff.de oper.liber. dixit quod si pater accepit emphyteosim prò se, & filijs, quòd filij repudiantes hæreditatem paternam possunt tamen rem emphyteoticam tenere, quia in dubio pater videtur accepisse pro filijs, vt filijs, & non vt hæredibus, nisi pater pro se, suisque hæredibus accepisset, quia concessio requirit vtrumque, & quòd sit filius,& quòd sit hæres,secundum Bart.ibi, in tantum quòd Bart. in l.item videndum §. fin. ff.de pet. hæred. tenet quod si frater fecerit fratri quietationem de omni eo quod petere posset in hæreditate paterna, quod per hanc renunciationem, non impeditur petere feuda, vel partem possessionum emphyteoticarum, quia non petuntur tanquam ex hæ-

V reditate paterna, (V) an & quando filij admittantur ad dictam emphyteosim,etiam quod non sint hæredes patris,vide Iul.Clar.in §.emphyteosim q.32. in qua concessione non cōprahenduntur fœminæ,quando pro se,& filijs suis fuit dictū, quia in contractibus masculinum non concipit fœmininum,Imol.in cap.potuit locari, Ias.in l.2. nu.193.C.de iure emphyteot. quid si accepit pro

105 se, filijs masculis,& fœminis, an primo veniant masculi, quàm fœminæ, vt sic deficientibus masculis,fœminæ admittantur, Bar.in d.l.ius iurandum §.si liber.ff.de oper.lib. tenet qoud non, nisi consuetudo patriæ aliter se haberet,prout est hodiè Constitutio Regni incip.in aliquibus,qua disponitur quod stantibus masculis,fœmina non succedit,quo casu fœmina in casu prædicto ordine successiuo admittitur,hoc est deficiētibus masculis,secundū Bart.ibi, de qua materia vide ele-

X ganter dicta per Bar.ibi,& Ias.in cit.loco. (X)

Et vt ad rem redeam cum vnusquisq; sit moderator, & arbiter in re sua l.in re mand. C.mād. cedere potest alteri quicquid velit,dummodò lex non faciat obstaculum, ius enim primogenituræ cedi non potest quo ad successionem l. quidam in iure §.donationem ff.de donat.licet quo ad alia cedi possit, vt in c.quam periculosum 7.q.1.& in cap.fin.§.idem opponitur 22.q.2. vbi Esau cessit fratri suo Iacob ius suum primogenituræ,& talis cessio tenuit,nec illud repetere potuit,de qua cessione qualiter, & quando valeat, vide Ias. in l. is

A potest nu.31.ff.de acquir.hæred.(A)

106 Quid dicimus si venditor rem vendidit cū pacto de retrouendendo,an illud pactum,& ius redimendi cedi possit,iam scis dominum venditorem habere facultatē redimendi fundum de iure cōmuni,idest ex pacto, quo casu erdere posse nō dubitandum est,secundum Castr.in cons.45.aliàs est cons.1. incip. videtur dicendum lib.2. Dec.in

B cons.164.lib.1.And.Sicul.in cons.51.lib.1.(B)

Modò quæro si ius redimendi competeret alicui personæ non ex pacto, sed tantum iure speciali, puta ex statuto contra regulas iuris cōmunis,vt in iure congrui virtute Const.Regni incip. sancimus, quæ constitutio est contra legem communē l.dudum C.de contrah.empt.istud ius cedi non potest,Rom.in cons.484. dicit disponēte statuto, vt vicinus in emptione prædij communis, seù vicini præferatur emere volenti, qui non est vicinus, illam prærogatiuam non posse à vicino cuiquam cedi, sequitur Guid.Pap. dec.237.nu.5. quæ facultas redimendi non datur, quando ex causa necessaria fieret alienatio secundum Lud.

C Rom.in cons.107. (C) neq; insolutum datione, secundum Guid.Pap.in dec.257.in fin.& in quibus casibus habeat locum,vide Afflict.in d.const. sancimus,an veniat in generali renunciatione illud ius redimendi, vide Franc. Zann. in repet.l. 2.C.de pact.inter empt.& vend. à nu.7. cū plur. sequent.vbi latius cum ampliationibus,& limitationibus declarat.

107 Limita primam conclusionē quando ex pacto contrahentiū comprahenditur, quod ista redimendi facultas cohæreat dūtaxat personæ venditoris, vt si dictū fuisset in contractu, tu ipse venditor,vel tu solus possis eodē pretio redimere fundum,tūc cedi nulli potest, ita in simili Rom. in cons. 484. quod sublimita,nisi cessio facta esset filio venditoris, cui pater suum ius redimendi cederet,Rom.in suo singul.661.& 663.quod si semel effectum est alienabile,seù cessibile censeatur in perpetuum sic factum,vide in l.cum pater §.quindecim cum

D ibi not.per Doct.ff.de leg.2. (D)

108 Nec cedi potest ius prælationis, quod habet directus Dominus, quādo res emphyteotica per vtilē Dominū venditur,Guid.Pap.dec.411. sicut

etiam

etiam si consuetudine , aut statuto ei , qui habet
rem cum altero indiuisam, seù communem, cu-
ius portionem socius extraneo védidisset si intra
annum redimendi causa ius competat , illud ius
redimendi cedere nequibit alteri, & ad propositú
etiam Bal.in cap.1.§.si quis vero nu.3 in tit.de
pace iur.firm.dicit quòd facultas faciendi aliquid
propria authoritate,licet possit regulariter in aliú
transferri, tamen est secus, quando contra regu-
las iuris communis competeret transferre volen-
E ti,vt puta in priuilegio. (E)
109 Et si quid alicui personæ est à lege infixum
cedi non poterit , pone spoliato per vim, lex tri-
buit recuperandi rei suæ possessionem inconti-
nenti propria authoritate , illa facultas quando
quidem est infixa, ac vnicè concessa spoliato,non
poterit in alium transferri,secundum glos.in l.cú
fundum in ver.postea ff. de vi,& vi arm. quoties
enim,vel est electa industria personæ,& fidei, vel
personæ alicuius quid est iniunctum delegari có-
missioné,siuè officij munus non posse cuiquá alij,
vt in cap. fin. §. is autem cum glos. ibi in ver. &
personaliter cum §. sequent. extra de offic. Iud.
deleg.& l.nullus qui nexu C.de decur.libr.10. in
operibus artificialibus, in quibus vertitur inge-
niú, & disciplina in dubio intelligitur personę in-
dustria electa l. inter artifices ff. de solut. & vidi
per illú text. dubitari in Sacro Consilio referente
Magna Curia Vicariæ , si ipsa Magna Curia
quæ commisit alicui actorum magistro alicuius
Terræ, vt reciperet cautionem, & obligationem
nomine Magnæ Curiæ , & ille Actorum magi-
ster iam alteri commiserat,qui dictam obligatio-
nem, & cautionem stipularetur , si poterat com-
mitti, & successiuè si poterat accusari, & exequi
tamquàm capta nomine Magnæ Curiæ seruata
forma Ritus,& per rationem prædictam inclina-
bant illi Domini,quòd non,& Alex.in add.Bart.
cuius illa pars non fuit memor in l.1. ff. de offic.
F cons. (F)
110 Sic etiam dicimus, si seruus,aut filiusfamilias
sibi electionem alicuius rei, etiam simpliciter sti-
pulatus fuisset.vt puta dabis illam,aut illam rem
vtram ego velim talem electioné per dominum,
aut patrem eius,vtpotè cohærentem solius stipu-
lationis personæ fieri nequaquam posse , consti-
tutum est l. fin. in princ. l.si stipulatus fuerim il-
lud, aut illud in princ.ff.de verb.oblig.licet quic-
quid acquirant hi domino, aut patri acquirant,l.
placet ff.de acquir hæred.
111 Nec ius vendicandi cedi potest, aut accusandi,
vt puta si cedo ius accusandi aliquem de priuato
delicto, vt iniuriarum, licet aliquod commodum
posset peruenire ad cessionarium, si transigeret,
ex quo quæ sunt transmissibilia,sunt cessibilia,
l.ex pluribus ff.de administr.tut.sed talis actio nó
intentata non transmittitur , vt l. 1. C. de delict.
defunct. meritò,secundum Bald. in l.pen. quæst.
16. C.mand.vide add. ad Salyc.in l.illam C. de
donat.si quis vocem habet in Collegio, primam,
vel duas,an alteri cedere possit,vide Alex.in add.
ad Bart.in l.si conuenerit §.1.ff.de pign.act.ver.si
nuda, per tex.in cap.si quis iusto cum ibi not. de
elect.in 6.
112 Nec cedi,aut donari potest hæreditas viuentis,
vt si cedo tibi iura,quæ habeo super hæreditate
matris meæ viuentis , & ad me peruenerint post
eius mortem,per text.in l.quidam §.fin ff.de do-
nat. nisi adsit consensus eius vsque ad mortem
G l.fin. C.de pact. (G) nec ius legitimæ , secundú
Dec. ibi.
113 Et nota quod quando filia renúciat bonis pa-
ternis,& maternis, & re vera nihil de his habuit,
& sic sine causa,nec aliquo recepto renunciauit,
quód talis renunciatio sine causa non valet , &
aget de læsione,Vrsill.dec.179.nu.3.& 4.in tantú
q̃ si dicta filia renunciat fratri , vel patri omnem
successionem maternam, & aliorum ob aliquam
dotem forsan sibi datam , vel promissam , & fa-
ciunt tales filiæ amplam renunciationé, quod cú
adsit læsio re ipsa datur restitutio , etiam q̃ adsit
iuramentum , vel interuentus viri, vel eius con-
sanguinei, secundum Socc.in cons.263. 2.vol. &
Dec. in cons.203. quæ procederent, quando non
haberemus intentioné renunciantis, q̃ verè vult
donare ei,in cuius beneficiú cedit,vel renunciat,
quia hoc casu prædicta non procederent, in eo
enim,qui donat læsio non consideratur, l.1. ff.de
donat. quemadmodum in translatione est text.in
l.cum donationis,vbi omnes C.de trásact. & hoc
etiam voluit Dec.in cons.180. & Franc.de Aret.
in l.qui superstitis col.7 ff.de acquir.hær.ex men-
te Bar.in cons.59.clare dicit in donatione, etiá in
magna quantitate,quem re ipsa nó posse dici de-
ceptum , nisi dolo ex proposito, & ibi concludit,
etiam filiam minorem renunciantem non posse
venire contra donationem, seù renunciationem,
quia in donatione est pro ratione voluntas,idem
consuluit Socc.in cons.67.2.vol. vide tu cumula-
H ta per D.de Franch.in dec.119 (H)
114 Et si filia ipsa dotata à patre,& tempore dota-
tionis dicitur de bonis filiæ , seù inclusis ducatis
tot legatis dictæ filię per eius patruú consequen-
dis super bonis ipsius patris dotantis , q̃ si pater
est soluendo , & filia vult totam doté promissam
per ipsum patrem,q̃ pater tenetur de suo,nó ob-
stante prædicta protestatione,iux.l.fin. C.de do-
tis promiss. ita Ias.in §.fuerat nu.105. inst. de act.
nisi filia consentiret , vel renunciaret tali legato ,
seù promissioni,prout faciunt,quæ intelligas ve-
ra,quádo filia tépore renunciationis,verè habuis-
set de bonis paternis,habita consideratione ad il-
lud q̃ pater tenebatur dare de suo , aliàs si nihil
habuisset de bonis paternis,tunc vt læsa aget,ex
quo renúciatio facta sine causa non valet, secun-
I dum Dec.in cons.379.& Vrsill.dec.179. (I)
115 Et si dotata à fratribus soror renunciat omni
successioni paternæ, & maternæ, quod non cen-
setur renunciasse legitimæ,l.si quando §.fin.C.de
inoff.testam. & sic specialis requiritur renuncia-
tio, & non sufficit generalis,& sic saltim supple-
mentú legitimæ petere posset , imò si pater reli-
quit tot pro legataria, & q̃ plus petere nó possit,
q̃ nó censetur prohibita, quia supplementú le-
gitimæ petere possit,secundum Bal.ibi,& Dec.in
cons.392. in tantum quod si est relictum à patre
cú tali prohibitione,quod plus petere non possit,
quod si filia acceptat , & facit generalem quieta-
tionem , non censetur prohibita petere supple-
L mentum legitimæ,vide per Ias.in d.§.fin. (L)

116 Et si ipsa asserit se dotatam de paragio, & vltra paragium, quòd adhuc legitimam petere poterit, seù eius supplementum, Ias. in l. de his ff. de transact. & Gram. in dec. 161. nu. 6.

Et nota modum cautelandi, quãdo pater facit legatum de dote filiæ, quæ posteà maritata renunciat in manibus fratris, ne petat amplius legatũ, qualiter concipi debeat renunciatio, secundũ Ias. in dict. l. de his, quid si maritus reliquit vxori tot pro satisfaciendis per eum debitis ipsi vxori, an intelligatur etiam debitum dotis ipsius vxoris, vt sic tale relictum intelligeretur factũ animo compensandi cum dote, dic quod nõ, eo quia tex. vult. quod adhoc, vt legatum factũ vxori intelligatur factum animo cõpensandi, requiritur quod specialiter hoc dicatur, tex. est l. vnica §. sciendum C. de rei vxor. act. ita Ias. in l. 1. nu. 18. ff. si quis in ius
M voc. (M) hinc Castr. in cons. 50. vol. 2. voluit, quod si testator legauit certum suum liuellum sub cõditione, si legatarius voluerit soluere omnia sua legata, in legatis erant duo magna legata relicta matri, & vxori testatoris de dotibus earũ, de quibus constabat per instrumẽta, decidit Paulus, quòd legatarius non tenetur ad illa duo legata de dotibus, de quibus constant instrumenta, quæ legata non valent, nisi in cõmodo repræsentationis, nec obstat, quod testator vsus fuerit verbis vniuersalibus mandando solui omnia legata, quia respondet Paul. quod restringitur illa vniuersalitas, ne sequatur inconueniens, quod teneatur ad legata, quæ vt legata non valent.

117 Sic dicimus, si essent plura facta legata vxori per virum, & inter alia esset factum legatum de dote sua, de qua apparebat instrumentum, quod si postmodum illa mulier renunciasset omnibus legatis factis per maritum, quod in illa generali renunciatione non includitur illa dos, vt supra legata, quia licet sit legata, nõ tamen valet, vt legatum, sequitur Aym. Crau. in l. 1. num. 60. ff. de
N leg. 1. (N)

118 Sed illud sciendum est, an & quãdo cessio operetur contra cedentem, & illam teneatur facere, vt si quis esset creditor Titij in ducatis centum, & dum ageret contra possessorem bonorum Titij, qui ad finem euitandi exequutionem obtulit partem crediti, seù illam depositauit, & demum facta solutione creditori fit cessio isti possessori, modò super alijs bonis debitoris concurrit, & cedens pro residuo, & cessionarius pro quantitate cessa, an omnes concurrant, vel cedens præferatur cessionario, ex quo regula se habet, quod cessio non debet operari contra cedentem, nec illam contra seipsum tenetur facere, secundum Bald. in l. 2. C. an seruus ex suo facto, tamen cum vterque habeat hypotecam ex eadem origine, seù ex eodem fonte, & de iure quando aliqui sunt creditores vno eodemque die, omnes concurrunt pro rata, vndè cessionarius pro rata ei cessa, & cedens pro residuo ei debito, nisi aliquis ex eis possideret rem, super qua ageretur, tunc possidens præferretur, quia eo ipso, quod possidet plus iuris habet, l. si debitor, vbi Bald. ff. de pign. & illud quod dicitur, quod cessio non debet operari, nec fieri contra ipsum cedentem, procedit quando idem creditor possideret pignus, & contra eum ageretur, & ita loquitur tex. in d. l. 2. Secus verò est, quando contra debitorem, & super bonis ipsius per ipsum, vel alium possessis, quia tunc procedit textus in d. l. si debi-
O tor, (O) vnde cum non agatur directè contra cedentem, sed cedens, & cessionarius agant contra debitorem, & super bonis debitoris, meritò concurrunt, hinc inoleuit cautela, secundum Dom. de Franch. in decis. 260. in fine, quod in cessione semper dicatur, ita quod cessio non operetur contra cedentem, tam super bonis possessis per debitorem, vel alios, & nec agendo, nec excipiendo.

119 Sed in materia l. mulier ff. qui potior. in pign. habea. quia disponitur cuilibet possessori competere ius offerendi, si facta oblatione per eum creditori, creditor ipse teneatur facere tempore suæ cessionis eius iura vera anteriora, & non exacta, vel sufficiat tantum cedere iura talia, qualia habet, iuxta l. in creditore ff. de euict. de qua latè per D. de Franch. in decisio. 427. quando autem secundus creditor possit offerre primo creditori, & ab eo cessionem impetrare, ipsumque inuitum cogere ad cedendum eius iura, vide Bart. in l. aristo in 1. quæst. ff. quæ res pign. oblig. poss. idemque procedat in fideiussore offerente creditori, l. 2. & ibi Doctor. C. de fideiussor. ne dum contra principalem debitorem, sed etiam contra confideiussorem, Salyc. in d. l. 2. quid in vno ex correis debendi soluente, & offerente creditori, si iura cedenda sunt inuito creditore, per Bart. Salyc. & alios in d. l. 2. quod cedenda sunt iura, tam hypotecaria, quàm personalia, in extraneo autem soluente secus dicandum est, l. nulla C. de solut. quæ qualiter procedant, vide Neguf. in tract. de pign.
P in 5. par. 3. membr. per totum. (P)

120 Quænam sit differentia inter repudiare, cedere, & donare, pulchrè per Castr. in l. sicut maior C. de repud. hæred. Hinc nota, quòd repudiando quis hæreditatem in nihilo tenetur, nec conueniri potest, si verò cesserit, vel donauerit, ipse recta via etiam conuenitur l. hæreditatem ff. de donat. Guid. Pap. decis. 105. ex simplici enim renunciatione hæreditatis, aliter non donando, vel cedendo, non inducitur aditio, sed repudiatio, præterquam si appareret velle proficere renunciando alicui, quia tunc per prius videtur adire, & posteà renunciare, argum. l. illud ff. de acquir. hæredit. declarat Paul. de Castr. in l. pactum 2. colum. vltim. quæst. vers. sed etiam si non adiuisset C. de collat. quem sequitur Iacob. in dict. l. sicut, vbi distinguit quando quis vtitur verbo repudio, vel verbo renuntio in beneficium alicuius, ad finem vt hæreditas intelligatur adita, & posteà cessa; de qua optime per Dominum de Franch. in decisio. 54. num. 22. cum
Q sequent. (Q)

121 Quid in cessione, quæ alicui fit alicuius actionis cum pacto, quod tertia pars illius, quod recuperatur sit cessionarij, vel si certa promittitur pecunia, secundum Innocent. in cap. 2. de alien. iud. mut. causa fact. hodie verò prohibentur hi contractus quotæ litis, & ibi declaratur modus, vltra Castr. in l. quamuis ff. de iudic. Nec tenet si fit alicui cessio alicuius rei litigiosæ

ad

ad finem trahendi, quia lite pendente, cum præ-
sumatur in fraudem, & debet terminari vbi cœ-
ptum est judicium, & cedens condemnatur in
expensis, ratione huius fraudis, & mutationis iu-
dicij l.3.§.ex quibus ff.de alien. iud.mut. causa
fact.nec si potentiori facta sit cessio, imò punitur
pœna, de qua in l.1.& per totum, C.ne liceat po-
R tent.(R)

Cædi autem possunt omnia quæ sunt in domi-
122 nio nostro, vt si ius ingrediendi fundum debi-
toris propria authoritate habeam, possim id æque
alij cedere, secundum Barto.in l.prima, §.vsufru-
ctuarius ff.de nou.operis nunc. similiter nos vi-
demus, quod interdictum vnde vi, cedi potest, l.
quod si in diem §.Iulianus ff.de pet. hæred.notat.
per gloss.in l.licet in 2.posit.casus C. de except.&
missio in possessionem alicui competens, ceditur
alteri, secundum Salyc.in l.fin.§. sin autem bi per
illum text.C.de bonis auth.iud.poss.priuilegium
quoque competens fisco, potest per Iudicem pri-
uato alicui cedi l.fina. C.de priuileg.fisci. Et mi-
nor priuilegium restitutionis in integrum sibi cō-
petens cedere alteri potest, glos.in cap.hinc est in
ver.sigillatim 16.quæstio.prima, quod intellige
verum subsistente causa l. quod si minor in prin.
ff.de minor.& Bart.in d.l.prima, §.vsufructuarius
aiebat officium Iudicis ad aliquē pertinens posse
cedi, ac per consequens restitutionem in integrū,
quæ per solum Iudicis officium impetratur.

Et licet ius vendicandi rem actione iuris con-
123 grui cedi non possit, id absolutè procedere di-
co, non quando enim iure cesso venderetur res, ob
quam detur ius congrui, exemplum si duo habēt
rem communem, & faciunt pactum, vel sic extat
consuetudo, quod si alter partem suam vendit,
vendere teneatur potius Socio, quàm alteri, quod
si secus fecerit socius possit retractare venditio-
nem ab emptore, euenit quod Socius vendit Ca-
io partem suam, alter socius vendit Seio alteram
partem suam, & cedit ipsi ius recuperandi partē
venduam Caio, quæro modo an agere possit Se-
ius contra Caium iure cesso, quod sic, quia non
cessit absolutè ius recuperandi, sed vna insimul
cum re, & non agit Caius contra Seium, quia
iam erat quæsitum ius venditori vltimo, quod
etiam in legato sic facto per testatorem procedit,
ita Castr.in l.apud antiquos C.de furt.& ser.cor-
rupt.qui dicit ita habuisse de facto; Guid.Papa
decisio.257. & an recuperet expensas erogatas à
prædicto reperente rem ipsam, & an tale statutū
habeat locum dum res extraneo traditur insolu-
tum, & non venditur, & in ipsa rei restitutione ve
niant fructus interim percepti per emptorem,
vide Gui.Pap.cit.dec.

Quia multa dantur priuilegia directæ actioni,
124 quæ non dantur vtili, de quibus vide notat. per
Ias.in l.1.nu.8.C.de transact.

Cessio iam non semper subsistit; aliquando
125 corruit ex defectu sollemnitatis non adhibitæ,
vt si minor alteri cedit, non adhibita sollemnita-
te requisita cum decreto Iudicis, vt l.lex quæ tut.
C.de administr.tut.& l.magis puto §.ne passim
ff.de rebus eorum actio iudicatur mobilis, vel
immobilis secundum naturā rei, quæ in ea conti-
netur l.si ad resoluendam C.de præd.minor.glos.
in l.prima, C.si aduers.transact. Barto. in l.potest
C.de auth.tutor.vndè si pupillus habebat actionē
ad rem mobilem potuit cedere, absque sollemni-
tate, si ad rem immobilem cum sollemnitate o-
portet cedere, & Barto.dicit habuisse de facto, qđ
erit in potestate debitoris facere an valeat cessio
iurium facta per minorem sine decreto Iudicis,
qui habebat actionem ad fundum, vel ad centum
alternatiuè, & erat electio debitoris, prout est re-
gulariter in alternatiuis l.plerumque in fine ff.de
iure dotium, & in regula in alternatiuis de regul.
iuris in sexto, nam si debitor soluet fundum, non
valebit cessio rei immobilis facta per minorem
d.l.lex quæ tut.si verò eliget centum soluere, va-
lebit cessio, quæ erit de re mobili, & sic ex futuro
euentu hoc declarabitur, nam actio iudicatur mo-
bilis, vel immobilis, secundum naturam rei, quæ
in ea continetur d. l. si ad resoluend. secundum
Barto.quem refert Iaso.in l.si sic §.fin.ff.de legat.
primo, & per illum text.idem Barto.in l.si ex le-
gati causa, ff. de verborum obligation. decidit
de minore, seù adulto, qui erat obligatus alterna-
tiuè ad fundum, vel ad centum, & fuit interpella-
tus sine Iudice, an constituatur in mora, & tenet,
eum sibi euenisset de facto, quod si electio adulti
apparebit ex futuro euentu, quia sic adultus sol-
uet pecuniam, apparebit interpellationem tenuis-
se, si verò soluet fundum, apparebit non tenuisse,
sequitur Ias.in d.§.fin.

Nec poterit iste minor repelli à limine iudicij
per aduersarium cessionarium ex eo, quia venit
contra factum proprium, vel eius defūcti, quo ca-
su non deberet audiri, etiam quod alienatio sit
inutilis, & prohibita, ad notata per tex.in l.si vsus
fructus ff.de iure dotium, & l.per fundum ff. de
seru.rustic. præd. vbi quis non potest venire con-
tra cessionem à se factam, licet ea per se non te-
neat, & assentit text. in l.quidam §. primo, ff.de
donatio. vbi si quis rem donauerit eius, cui suc-
cessurus est, licet donatio non valeat, tamen ei etiā
postea illi succedenti denegandæ sunt in totum
actiones hæreditariæ, nam illud procedit, quando
statutum, aut lex simpliciter prohibet fieri con-
tractum, & sic in pœnam, non autem quando sta-
tuit fieri contractum cum sollemnitatibus, & de-
creto Iudicis, vt est in alienatione bonorum mi-
noris, & Ecclesiæ, pij loci, & Vniuersitatis, quia
isto casu contractus est ipso iure nullus, & potest
ab ipso contrahente annullari, & retractari, quia
quando actus est ipso iure nullus, tūc potest quis
venire contra factum proprium, aut defuncti leg.
post mortem, & ibi not. p Bar. ff.de adopt.multa
refert, & sequitur Caualc.in tract.de tut. & curat.
S fol.93.n.162. (S)

Et an cessio facta per Ecclesiam, seu Hospitale
126 iurium, quæ in hæreditate alicuius habet non
adhibitis sollemnitatibus per Paulinam requisi-
tus, & Dom.de Franch.in decisio.14.num.26. re-
fert Phanutium in tractat.de lucro dotis, per Ro-
tam fuisse decisum valere, rationibus ibi per eos
T allegatis. (T)

Nec tutor ipse modo prædicto cedere potest
iura, iuxta notat.per Dec.in l.pactum curat. C.de
pact. Quid si est cōstitutus procurator ad cedēdū
cum debitis sollemnitatibus, quod si procurator
ce-

cedit non requiritur alia sollemnitas, Feder. de
Senis in consil. 100. Incipien. Abbas subiectus, &
Alexand. in consi. 27. volum. 3. dixit quod procu-
rator constitutus ad vendendum cum pacto de
retrouendendo, si vendit simpliciter, videtur ven-
didisse cum pacto illo de retrouendendo, sequi-
tur Afflict. in dec. 285. num. 21. Hinc Bald. in l. si
pupillorum §. primo, ff. de rebus eorum. in contin
gentia facti ait fuisse decisum, quod si Ecclesia
obligauit prædium cuidam creditori cum decre-
to Episcopi, potest postea creditor alienare non
seruata sollemnitate, auth. hoc ius porrectum, C.
de sacrosanct. Eccles. Sic etiam si pater præstitit
consensum filio agenti in certa causa in specie,
non est postea necesse, quod in exequutione con-
demnationis, & sententiæ alius consensus patris
præstetur, secundum gloss. in l. 3. §. sed vtrum in
ver. inuito patre ff. de minor. & Barto. ibi, & gloss.
in l. fin. §. necessitatem, C. de bonis quæ lib. & facit
text. in l. tutor rerum ff. de administra. tutor. quod
si in venditione rei immobilis minoris fuit ab ini-
tio in specie adhibita sollemnitas requisita à iure,
quod posteà super sequela alienationis non requi
ritur alia sollemnitas.

Quid si est constitutus procurator generaliter à
minore cum sollemnitatibus requisitis à iure, an
ista generalitas sufficiat, an verò requiratur sol-
lemnitas statuti in singulis contractibus postea
per procuratorem celebrandis, adeo quod si po-
stea faciat particulares contractus sine dicta sol-
lemnitate valeant, an verò requiratur sollemnitas
iuris, etiam postea in quocumque contractu par-
ticulari, dic quod etiam in contractu, quem po-
steà in specie celebraret requireretur denuò, quod
interueniret eadem sollemnitas, ita tenet Federic.
de Senis in d. consi. 100. eò quia aliàs de facili fie-
ret fraus legi, cui fraudi est obuiandum l. in fun-
do, ff. de rei vend. sequitur Iaso. qui multa ad pro-
positum pro ista parte allegat in l. 1. §. item acqui-
rimus à num. 8. cum plur. sequent. ff. de acquiren-
da poss.

Aliquando corruit cessio iurium, quando fit
127 titulo venditionis ex defectu formæ, quæ frau-
dulenta præsumitur ex paruitate pretij, nisi vsque
ad concurrentem quantitatem pretij numerati,
& in tantum tenet; & requiritur, quod interue-
niat pretium, & quod numeretur, & tradatur, vt
not. in l. per diuersas C. mand. Nec sufficit con-
fessio de pretio recepto, vt notat ibi gloss. & Bart.
& est de forma cessionis, quando fit pro pretio na
turalis solutio, secundum Bal. ibi in 2. colum. Gui.
Pap. dec. 567. sed aduertendum est, quia etiam
hoc casu sufficit, quod cedens fidem habeat de
pretio, & sicut tradendo verum pretium valet
cessio, eodem modo si cedens fidem habeat de
pretio, ita dicunt in d. l. per diuersas Bal. & Saly. &
Gui. Pap. dec. sup. alleg.

Quid si 20. debeo consequi à debitore meo, &
128 cedo pro 15. an teneat, dic si debitor labebatur
facultatibus, ita quod communiter plus vendi nō
potuisset, quod cessat fraus, quia res tanti valet,
quanti vendi potest l. in lege falc. §. fin. ff. ad l. falc.
pone quod cedo actionem, seù ius illiquidum
contra debitorem pro certa summa, dic cum Bal.
in d. l. per diuersas num. 6. versi. secundo quæro,
ideo si venditur vniuersitas minori pretio, puta
hæreditas, quam valeat, quod actiones hæredita-
riæ poterunt valere vltra pretium solutum, quia
implicita est hæreditas, & potest esse damnosa, &
lucrosa, meritò tenet, & sic pretium de necessita-
te non debet esse tantum, quantum est in actione,
quia non debet considerari quantum petitur, sed
quantum verisimiliter talis lis valet, habito respe
ctu ad dubitationem causæ, & ad dubium euen-
tum litis, secundum Abb. in cap. 2. de alien. iudic.
mut. causa fact. vndè secundum eum ibi modici-
tas pretij dicitur habito respectu ad valorē actio-
nis, qui valor debet considerari habito respectu
ad dubium euentum litis.

Et non solum tenet cessio, si pretij nomine fit
129 cessio, sed etiam si res mobilis, vel immobilis da
tur pro actione cessa, quæ centum valet, & sic est
contractus innominatus, secundum Bal. ibi, nam
satisfactum accipimus quemadmodum creditor
voluit §. venditæ inst. de rerum diuis. Sat est quod
sit titulus verus, vt venditionis, vel donationis; si
enim ex causa liberalitatis fieret cessio sine pre-
tio fraudulenta non præsumitur, nisi appareat,
secundum Bal. in d. l. per diuersas.

Et si fieret talis cessio propter benemerita, etiā
130 quod non probentur tenet, & non inficiatur,
quia ista verba adijciuntur ad robur, vndè non
debent minuere effectum rei, quæ geritur l. Aqui-
lius ff. de donat. secundum Bal. in d. l. per diuersas
in quinta quæstio. & Paul. de Castr. in l. affectio-
nis gratia ff. de donatio. in tali enim cessione de-
bet exprimi titulus contractus, vt si cederetur
actio alicui, & non diceretur ex qua causa, secun-
dum Abb. in cap. 2. num. 7. C. de alien. iud. mut.
causa fact.

Quid si actio plus valet cessionario, quam ce-
131 denti, quia ceditur actio alicui Romano, con-
tra Romanum, sic propter loci distantiam minus
valet cedenti, quàm cessionario, & è contra, quod
tenet cessio, quia cedo, vt mihi proficiam, non vt
alij officiam l. non solum ff. de alien iud. causa
fact.

132 Quid si fit cessio, quæ sic pro parte venditur, &
pro parte donatur actio, quod censetur in fraudē
facta, & valet tantum pro concurrenti quantitate
soluta, & hoc si nulla subest causa donationis iu-
sta, vt voluit Bald. in l. 2. C. de repud. hæred. & in l.
fin. C. ne liceat potent. prima column. & Cœpoll.
in tract. de simul. contract. in 7. & 11. præsumpt.
Add. ad Abb. in d. cap. 2. in littera C. de alien. iud.
mut. causa fact. vt ratione consanguinitatis, & af-
finitatis Cauens. super Ritu Magnæ Curiæ 190.
num. 28. & ita habui de facto; sic etiam si cessio
sit in totum facta ex causa donationis, & clam
postea recipit aliquod nomine pretij, & ex tribus
præsumitur simulatio, prout not. in l. fi. & ibi etiā
Bal. C. mand.

Et nota quod si maritus confessus fuit se ha-
133 buisse, & recipisse centum nomine dotis, tandē
apparet, quod post illam confessionem fuerunt
ei numerati ducati quinquaginta de illa summa,
& quod vltra non teneatur, secundum Bal. in d. l.
fin. & Alexand. in consi. 148. volum. 5.

Et ad præcedentia nota illud, quod ad propo-
134 situm dixit Iaso. in l. prima, ff. de cond. causa da-

ta,

ea, quod si dono rem propter benemerita, & pro-
batur nulla benemerita præcessisse, donatio ad-
huc firma remanet, quia donatio nullam causam
requirit, & cum sit error in causa, illam non vi-
tiat.

Et hanc simulatam cessionem debitor cessus
135 tantum potest allegare, quia delegatus est, &
cessus, & non ipse cedens, ex quo non potest con-
tra factum proprium venire, & suam turpitudi-
nem allegare, iuxta text. in l. filios C. de reuoc. his
quæ in fraudem creditor. Imò nec ipsemet debi-
tor cessus posset allegare simulationem, quando
cessioni de se factæ præsens fuisset, & eo volente
fit, nec tunc habet locum l. per diuersas C. mand.
ita Bal. in l. cum essent §. primo, ff. de seru. rustico.
præd. imò sola ipsius debitoris cessi præsentia
tempore cessionis factæ, & non contradicentis
sufficit, & dicit Hypp. in singul. 45. quod ipse ha-
buit de facto in causa propria. Et si constaret de
tali fraude, & simulatione cedẽs priuaretur actio-
ne cessa l. fin. C. mand. Et si facta est cessio ex cer-
ta causa, causa non sequuta, potest reuocari, Iaf. in
l. debitum alias debitorum C. de pact.

Cessionarius an possit intentare actionem ces-
136 sam, ét contra cedentem, cum cessionarius sit
procurator in rem suam, meritò non potest, Iaso.
in l. creditori num. 3. ff. de nou. oper. nunc. Et qui
allegat instrumentum cessionis simulatum, debet
dicere in qua parte, & quare, & exprimere modos
simulationis, & probare, secundum Bal. in l. final.
C. mand. in fine. Et si duobus facta est cessio eius-
dem actionis diuersis tamen temporibus, quis nã
præferatur, recurre ad not. per Iaf. in l. quoties C.
de rei vendic. & si primus cessionarius, qui obti-
nuit iura cessa super feudo præfertur secundo ces-
sionario, etiam quod secundus obtinuerit primò
assensum, quam primus, vide de Franch. in decis.
75. per totam.

Qua cessione an indigeat ad finem agendi à
137 Notario, ille, pro quo ipse Notarius stipulatus
est, vide Bar. in l. possess. §. fin. ff. de acquiren. poss.
Et si ipse cessionarius agit contra debitorem ces-
sum, qui opponit exceptionem excludentem in-
tentionem agentis, super qua petit depositionem
cedentis, quod tenetur deponere; sed illud quæri-
tur, an illius cedẽtis confessio noceat cessionario;
dic an ad ipsum cedentem sit commodum reuer-
surum, & tunc potest interrogari, & eius respon-
sio nocebit cessionario, & ipsi cedenti, sed si non
esset ad eum commodum reuersurum, secus es-
set, secundum Paul. de Castr. in l. fina. §. sin autem
n. 5. C. de iuram. calum.

In cessionarium iam diximus transire vtilem
138 actionem; & non directam, quæ est radicata in
persona cedentis l. 2. pro soc. si cedens cedit ces-
sionario rei vendicationem, an possit illam inten-
tare contra tertium possessorem, & videtur esse
in opinione, quod non Bal. in d. l. per diuersas in
21. quæst. vide dec. Rotæ 2. in tit. de alien. iud. mut.
causa fact. Et ista cessio debet fieri in præsentia
cessionarij, & non in absentia, aliàs non teneret,
ideò sit cautus cedens, quod supponat aliquem
Notarium recipientem pro absente, quia tunc ei
quærit ipso iure tamquam publica persona, quæ
pro alio absente stipulari potest, secundum
Barto. in l. 2. ff. rem rat. haberi, seu rem pupilli sal-
uam fore. Et ideò aduertas, quod licet donatio
possit fieri nudo pacto, & absenti, subsequuta ta-
men ratificatione donatarij, iuxta not. in l. si quis
argentum C. de donat. & in l. qui absenti ff. eodẽ,
& not. in l. nuda ratio ff. eodem; ideo quando vi-
des per viam cessionis fieri donationem contra
aliquem, aduerte, nã vidi in quadam causa, quod
pater cessit filio iura sua contra aliquem, & tamẽ
literis priuatis cessit, & transmisit, virtute quarũ
egit, quod ex regula prædicta, cum sit facta absen-
ti non tenet, licet etiam alius esset defectus inua-
liditatis ratione defectus iuramenti, secundum
Barto. in l. si quis pro eodem ff. de fideiussor. cum
esset inter patrem, & filium, quæ prohibita est l. 2.
C. de inoffic. testament. nisi iuramento firmetur,
vel morte patris donantis, Guid. Pap. dec. 146. ita
Bal. in d. l. pen. q. 14. C. mand.

Indè quæritur, quid si talis cessio sit facta ces-
139 sionario præsenti, & tacenti, Angel. in cons. 183
2. column. quem sequitur Socc. in consil. 112. col.
4. tenet, quod præsumitur consensus, & proindè
teneat, in pulchro casu conclusit de quadam mu-
liere, quæ instituit maritum, & Auum hæredem,
& in testamento apposuit clausulam si non valet
iure testamenti, valeat iure donationis causa mor-
tis, nam dixit ipse, quod licet illud testamentum
non valuerit iure testamenti, tamen valuit iure
donationis causa mortis, ex quo illi instituti erant
præsentes, qui præsumuntur consentire l. qui pa-
titur ff. mand. & cap. qui tacet de reg. lib. 6. cum
sit pactum, ex eo nasci debet actio hodiè, per l. si
quis argentum §. fin. C. de donatio. quæ lex habet
etiam locum in donatione causa mortis, secundũ
gloss. in l. cum pater §. Mæuio ff. de legat. secundo,
quam ibi sequuntur communiter Doct. Dec. ta-
men dicit contrarium consuluisse, quia dato, qđ
pacto nudo hodie posset fieri donatio causa mor-
tis, & sic iura antiqua correcta sint, vt per glos. in
d. §. Mæuio, talis correctio debet strictè interpe-
trari, vt habeat locum in pacto nudo expresso,
prout propriè pactum intelligitur, & non videtur
habere locum in pacto præsumpto, quod ex præ-
sentia, & taciturnitate inducitur, & ita interpetra-
tur Barto. in d. l. si quis argentum de donation. vt
intelligatur in pacto vero, & expresso, & non in
pacto donationis præsumptæ, & ista ratione Aret.
in l. 2. colum. 2. ff. de legat. primo, reprobat Angel.
& ibi expressè dicit, quod quando quis donat præ-
senti, & tacenti non est pactum, sed pollicitatio, &
ita residet ipse Dec. in rub. C. de pact. nu. 4. & in
consil. 245. & in l. senium C. qui testament. facere
poss. sed Cagnol. in d. rub. C. de pact. tenet opinio-
nem Angel. & dicit quod in dictis Dec. à vertice
ad plantas non est in eo sanitas, quia est nimis ex-
traneum dicere quòd pactum non possit esse si-
ne verbis, cum sola stipulatio requirat verba, vt
volunt omnes Docto. in l. prima, ff. de verborum
obligatio.

Et expressus consensus per legem, æquipara-
tur consensui sumpto ex præsentia sine contra-
dictione l. in adoptionibus cum gloss. ff. de adopt.
& Decium ibi reprehendunt omnes Moderni, vt
Ripa ibi colum. quinta, Bologn. tamen ibi nu. 42.
dicit esse distinguendum, nam aut interuenit ali-
quod

quod signum naturale. per quod apparet, quod præsens, & tacens consentit, & tunc ego puto qd cummunis opinio sit vera, quia adest verus consensus naturalis, qui ita facto, sicut verbis demonstratur, iuxta l. filiusfamil. ff. ad municed. & ideò si in casu Angel. maritus procurasset, vt vxor faceret testamentum, ac eum institueret, vel conuocasset Notarium, & testes dicendo quod volebat facere testamentum, & aliquid relinquere sibi, vel rogasset eam, vt aliquid sibi daret, vel aliquod simile signum acquirendi demonstrasset, & tunc per illam clausulam ex præsentia sola colligeretur consensus verus, & naturalis in donatione, qui faceret verum pactum, cum ad essentiam pacti non requiratur expressus consensus verbis, & comprehenditur illa donatio in dispositione leg. si quis argentum C. de donatio. vt volebat Ang. & communiter Doctor. Si verò non interuenit signum aliquod acceptationis, vel inferens consensum naturalem, & tunc putat opinionem Decij, & sequacium veriorem esse, quod non erit vera donatio, ne comprehenderetur sub dispositione d. l. si quis argentum inducentis, quod nascitur actio ex pacto nudo, quia præsens, & tacens non consentit, sed tenet medium d. cap. is qui tacet, & alia ibi adducit Bologn. ad comprobandum opinionem suam, in iudicando tamen non recedere à communi opinione; pro cuius etiam veritate, vide tu Iul. Clar. in §. donatio quæstio. 14. vers. sed pone, & in quinta quæstio. in fine, & quæst. 6. vers. sed quæro, cum q. 12. & 13. & aliqua per Dom. de Franch. dec. 4.

140 Pone quod duo sunt rei debendi insolidum, egi contra vnum, qui exceptionem opposuit, ego hoc videns contra alium Correum egi, qui libenter mihi soluit, & cessi sibi iura contra Correum, qui immediatè facit illum carcerare, dicit Bald. in d. l. penult. 15. quæst. quod debet relaxari, nam nō potuit plus iuris transferre, quàm ipse habebat, ex reg. nemo plus iuris de regul. iur. & cum eo, pendebat lis super exceptionibus, & sic cessit rem litigiosam; In qua actione cessa non potest esse testis cedens pro cessionario, secundum Fely. in c. insuper vers. quarto quæritur de test. Gui. Pap. dec. 530. in fin.

Et illud, quod dictum est supra cessionem lite 141 pendente factam præsumi in fraudem ad finē trahendi, quando priuilegiato fit, cum res litigiosa, neque donari possit l. lite pendente C. de litig. & Afflict. decisio. 354. in fine, siuè lis sit contestata, siuè non in actione reali; secus autem in personali, cum in ea litis contestatio requiratur, secundum gloss. in d. l. lite. Et cedens tunc omnia iura, & actiones, videtur cessisse etiam actiones sibi competentes contra obligatos in diē, non autem sub conditione, secundum Bald. in l. etsi post tres vltim. column. ff. si quis caut. per Alexand. in l. si stipulatus fuerim §. primo, ff. de verborum obligation.

Verum facta cessione adhuc remanent actiones directæ pænes cedentem, licet esset dictum, quod cessit omnes actiones vtiles, & directas, ita Castr. in l. quia ergo casus ff. de peculio, & Afflict. in decisio. 335. num. 23. In tantum quod si non interuenit vnum ex illis tribus contentis in leg. 3. C. de nouat. poterit cedens alteri cedere. & cessus debitor poterit rectè soluere cedenti, licet scierit cessionem factam, ex quo requirebatur vnum ex illis tribus contentis in d. l. 3 secundum glos. in l. nomen C. quæ res pign. oblig. & Docto. in d. l. 3 Afflict. in d. dec. 335. circa finem; ideò cessionarius debet denunciare debitori cesso nō soluat cedenti, & quando denunciat debet eum certiorare de cessione, & debet ostendere instrumentum cessionis, & legere, & copiam dimictere, secundū Bart. in leg. prima num. 20. ff. de nou. oper. nunc.

Quando autē debitor liberetur soluendo cedēti; vel cedens possit aliquid facere post cessionē, quod tendat in præiudicium cessionarij; dic si apud creditorem cedentem nullum ius remansit, quia habebat vtilem, & illam cessit, & tunc agere non potest, & ille contra quem facta est cessio poterit repellere; idem si ibi remanserunt directæ actiones, sed inutiles, vt contingit, quando habēs directas actiones cedit ex necessitate, vt in hærede rogato de restituendo, & in procuratore, qui acquisiuit nomine domini, si verò pœnes cedentem remanserunt directæ non omninò inutiles, quia ex voluntate cessit, tunc in tribus casibus, de quibus in d. leg. 3. C. de nouat. non potest agere, præter illos, hoc est si vnum ex illis non interuenit potest, quia sine actione non agit:

Verum tamen est quod illud, quod exigit tenetur restituere cessionario si ad commodum cessionarij fuit facta cessio; Aut cessio fuit facta ad commodum cedentis, vt quando illud, quod venit exigendum per cessionarium venit restituendum cedenti, quia sic conuentum, & tunc quic quid facit cedens sibi nocet, & tenet, & etiā confessio ipsius cedentis nocet cessionario, quod secus esset, si ad commodum cessionarij cessio facta esset, secundum Alexan. in consil. 109. volu. 5. Afflict. in decision. 163. in fine, vide Castr. in l. facta §. si hæres ff. ad treb. & Guid. Pap. in decision. 530. & decisio. 567. vers. est necesse; Sed an ipse debitor cessus possit opponere istam exceptionē cessionis factæ ad finem excludendi cedentem, vide Bartol. in l. facta circa princip. ff. ad Trebell. Bal. in leg. prima in quinto colum. in vers. quinto quæritur, C. de act. & oblig. Gui. Pap. dec. 567. num. 2.

Qualiter autem denunciatio fieri debeat in materia d. leg. 3. C. de nouatio. dic quod in tali denunciatione debet exhiberi, & declarari debitori delegato, iuxta cap. causam electionis circa prin. sibi porrecto valet scriptura extra de elect. Bar. in l. non solum §. morte ff. de nou. oper. nun. & Gui. Pap. dec. 530.

Vndè si venditor hæreditatis facit pactum de 142 non petendo debitori hæreditario, antequam emptor denunciauerit tali debitori venditionem sibi factam hæreditatis, vel antequam litem cum eo sit contestatus, vel antequam debitam partem receperit; quod tale pactum præiudicat emptori hæreditatis habenti vtiles actiones, quia sicut potest intentare actiones in præiudicium habentis vtiles, ita poterit eas remictere, sed postquam alterum de illis tribus interuenit, sicut non potest agere, ita nec remictere d. l. 3. C. de nouat. & licet venditor hæreditatis, pœnes quē remanserunt directæ

rectæ actiones, possit facere pactum de non petendo, antequam vnum ex prædictis interueneritt amen secus est in hærede post restitutam hæreditatem fideicommissario vniuersali, quia eum directæ remaneant pœnes eum inefficaces l. prima, §. quamquam ff. ad Trebel. etiam antequam interueniat aliquod de illis tribus, non potest facere pactum in præiudicium fideicommissarij, limita vtrumque dictum, scilicet quando debitores liberati per pactum ignorabant hæreditatem venditam, aut restitutam, tunc propter probabilem eorum ignorantiam pactum eius prodest, & præiudicat emptori hæreditatis, vel fideicommissario, text. est qui de vtroque loquitur in l. final. ff. de transact. qui est singul. secundum Bald. in leg. prima, vltim. colum. C. quando prouocare non est necesse; Et quamuis Bart. in l. si cum emptore ff. de pact. dicat gloss. ibi in se ipsam contrariari, dum facit primo differentiam inter emptorem hæreditatis, & fideicommissarium, sed postea in fine parificat, nam verè gloss. non est contraria,
143 cum gloss. in fine loquatur, quando hæredes ignorabant, tunc varitas est, quod non est differentia, nec in personis, nec in tempore, vt in fine glo. secus si scirent; Benè verùm est, quod alia est contrarietas, nam gloss. vult, quod pactum cedentis, non noceat cessionario, quando interuenit vnum de tribus positis in dict. leg. 3. inter quæ est denunciatio, & sic gloss. vult quod requiratur denunciatio, vel protestatio ipsius emptoris, vel fideicommissarij, prout etiam tenet gloss. in l. nomen, C. quæ res pignor. sed postea gloss. in fine vult quod sufficiat qualitercumque debitor sciat; & sic vult non requiri notificationem emptoris, vel fideicómissarij; dic secundum Ias. in d. l. si cum emptore nu. 7. aliquando cessio fit in totum ad vtilitatem cessionarij, vt est quando hæreditas donatur, vel venditur alicui, quo casu omnis vtilitas, quæ percipietur ex tali hæreditate est ipsius cessionarij, & tunc qualitercumque debitores hæreditarij sciant sufficit; absque eo, quod emptor hæreditatis sibi denunciet, ita loquitur lex fin. cum gloss. ff. de transact. & ita loquitur gloss. ibi in fine d. l. si cum emptore; Aliquando cessio est facta in totum ad commodum, & damnum cedentis, & si nihil exigatur sit damnum cedentis, & tunc requiritur denunciatio, & de tali cessione propriè loquitur dict. lex tertia, C. de nouat. & ita tenent omnes, secundum Iaso. ibi. Et ex prædictis datur limitatio ad dict. leg. 3. & aliam tradit Angel. ibi, quam colligit ex differentia d. gloss. in d. l. si cum emptore, inter emptorem, & fideicommissarium, nam in fideicommissario non requiritur aliquod ex illis tribus d. l. 3.

Eo quia ponitur loco hæredis leg. qui quatrin-
144 genta ff. ad Trebell. limita d. l. 3. non procedere, quando in instrumento cessionis diceretur, quod cedens non solum transfert omnem actionem, quam habet contra debitorem suum, sed etiam cedit, & transfert omnem spem, & exercitium actionis, ita quod apud cedentem nullæ remaneant actionum reliquiæ, tunc cedens nullo modo posset agere, etiam antequam vnum de illis tribus interueniat Cæpoll. in sua caut. 242.

Secundo limita d. l. 3. vt procedat in cessione facta inter viuos, secus si fieret ex vltima voluntate, text. est in leg. si pecuniam vbi Bald. & Paul. de Castr. ff. de leg. primo.

Tertiò limita quando habens directas est nudus minister, vt procurator, iuxta l. in causæ §. fin. cum leg. sequent. ff. de proc. tunc non habet locũ d. l. 3. secundum Bald. in d. l. si cum empt.

Quartò limita d. l. 3. vt procedat, quando apud eum, qui cessit remanent directæ actiones, secus si apud eum nihil remaneret, vt quia cedens haberet tantum vtiles; ita Barto. in l. ex asse, & in l. facta §. si hæres ad finem ff. ad Trebell.

Quintò limita quando cedens non est soluendo, & debitor sciret, secundum Alber. in leg. fina. C. de procur. Alia datur limitatio per Bald. in auth. sed iam per illum text. C. de pos. Alia etiam per Bald. in l. 3. C. mand. Et alia per eundem Bal. in l. qui alij de hæred. vel act. vend. Alia datur limitatio per Angel. in leg. si post constitutum C. de const. pecun. Aliam tradunt Bald. & Salyc. limitationem add. l. 3. in l. pacto successorum, C. de pact. Amplia d. leg. 3. si cedens posuisset cessionarium in locum suum, secundum Castr. in dict. leg. si cum empt. Alexand. in leg. in prouincia §. si ego secunda column. vers. quinto fallit ff. de noui oper. nunc. Angel. in leg. qui quatrigenta ff. ad Trebellian. Secundo vt procedat etiam è contra, quia cedens, & sic habens iura directa potest denunciare debitori ne soluat cessionario, quando sua interest, text. est in l. hæres cum deberat, & ibi ponderat Raphael Cum. ff. ad Trebell. & Iaso. in dict. l. si cum empt. nom. decimo, ff. de pact. Quando etiam liberetur debitor soluẽdo cedenti non obstante denunciatione sibi facta à cessionario ne soluat, vide benè Socc. in regul. 79. & 80.

Ponè quod denunciatio fuit facta testatori sic patri ne soluat cedenti, quo mortuo hæres, & sic filius soluit cedenti, an liberetur non obstante denunciatione facta eius patri mortuo, quia iustã habuit causam ignorantiæ, cũ in ius alterius successit, dicerem eum liberari, vide Deciũ in l. qui in alterius ff. de reg. iur. & Paul. de Castr. in l. de peculi. ff. de trib. act.

Hinc nota quod si cessi tibi actionem contra
145 Caium, & antequam intentares vnum ex tribus in dict. leg. tertia, C. de nouatio. contra Caium, liberaui cum à nexu debiti cessi, an detur tibi cessionario actio reuocatoria contra dictum Caium liberatum, quod sic, Bald. in rubr. C. de reuoc. his quæ in fraudem creditorum, Aretin. in §. item si quis in fraud. num. vndecimo, versic. secunda conclusio institut. de actio. adde Vrsil. in decisio. citat. 335.

Sed an valeat cessio prædicta iuris hypothecæ
146 existentis super rebus feudalibus sine regio assensu, quod sic, nam prohibitus douare, non censetur prohibitus obligationem remittere, vt leg. prima, §. primo, & l. Lucius ff. quibus mod. pign. vel hypot. sol. Quid si habet ius, & actionem ad vendicandum feudum, an valeat cessio iuris prædicti, absque assensu, Afflict. in decisio. 233. tenet, quod sic, de qua quæst. vide Capyc. in decisio. 156.

Et

Et ibi cedens liti, & causæ quid videatur cedere, & per Decium, & alios in leg. postquam liti. C. de pact.

Et si rem aliquis in emphytheosim acceperit pro se, & fratre, & frater moriatur ante cessionem sibi factam à fratre de emphytheosi. & ante ratihabitionem, an ex persona illius fratris mortui finiatur emphytheosis, sicut si ipsemet recipisset, Barto. in l. si quis vsumfructum, ff. de vsufruct. legat. decidit quod sic; quod intellige, vt per Iason. in leg. si mihi, & Titio num. decimo, & sequent. ff. de verbor. obligat. Et si stipulatus fui pro fratre meo, & me volente cedere, frater nolit ratificare, an remaneat pœnes me stipulantem, & si volentem; quid si stipulatus est Notarius pro absente, an idem facere possit, vide Barto. in l. fundum ff. de act. empt. cum Iaso. in citat. loco. Et licet prædicta sint extra materiam, tamen legenti non erunt inutilia; cum actineant materiam tituli, cum de cessione agatur vna respiciens facta, altera actiones.





AVREA COMMENTARIA SVPER PRAGMATICA REGNI IX. Cap. 2. DE OFFICIO IVDICVM.

LVCAE MATTHAEI DE APICELLA I.C.

IN QVIBVS DILVCIDE PERTRACTATVR materia Suspition. Official.



SVMMARIVM.

1 IVDEX iudicare non potest in causa, in qua aliquis filius, frater, utrinque coniunctus, & alij affines sunt Aduocati, nec interesse discussioni, si commissarius nō est, & ibi text Pragm.

Aduocari non potest, neq; publicè, & secretè per eos ubi aliquis est officialis in tali gradu coniunctus.

2 Iudex non debet esse partialis, nec se debet moveri proto stio, odio, vel amore, & qualiter se gerere debet, & quæ ei conveniant, & quando illa non servat potest recusari, & in dubio præsumitur bonus.

3 Iudex ordinarius de iure Canonico potest recusari, & cā est exprimenda. Et si est evidenter frustratoria, & probanda, sed coram arbitris.

Arbitri an sint petendi à recusante, vel à Iudice sint dandi ibid. ver. verumtamen.

4 Arbitri sunt eligendi à Iudice allegata causa suspitionis coram quibus probationes sunt faciendæ, & qualiter sint eligendi & quo in loco eligendi. & infra nu. 12.

5 Causa suspitionis si probata non fuit in termino Iudex poterit ad ulteriora procedere.

Et an causa non proposita sit coram illis probanda.

Et si fuerit probata Iudex non procedet.

Cardinales, & totum Collegium an possint recusari suspecti ver. & nedum.

Pontifex an possit recusari suspectus ibid.

6 Iudex ordinarius recusationis causa probata debet alteri causam committere, vel superiori remittere alteri delegandam.

Arbitri non possunt nisi causam suspitionis cognoscere, de causa principali nequaquam alteri committendo, nisi de consensu recusantis, & actoris, ver. & sic & ille consensus recusantis an sit necessarius respectu commissionis fiendae, vel autem persona eligenda ibidem, ut arbiter possit pronuntiare eo inuito alteri committendam.

Verba, quæ de sui natura sunt preceptiua exponuntur cōsultiuè ibid.

7 Ordinarius licet possit alteri causā delegare, tamen eo recusato non potest nisi de consensu partis recusantis respectu eius interesse ne committeretur alteri suspecto, ut præsumitur.

Et sic eo absente requiritur consensus tam respectu commissionis, quàm personæ eligendæ.

8 Causa suspitionis si una est allegata, & postea alia probata coram arbitris an sufficiat ad recusandum, & quid in appellatione an idem sit.

9 Arbitri eligendi an sufficiat unus, vel plures sint eligendi.

10 Princeps an possit rescribere, ut coram suspecto Iudice litigetur.

11 Causa suspitionis scandalum adferens si exprimitur an exprimenda sit; sic & agens actione Iniuriatur.

12 Arbitri eligendi sunt non suspecti prævia lite, alias possent recusari.

Et an debeant esse Clerici, ver. & hi.

runt fideiussores omni legum auxilio, vndè videntur etiam renunciasse tali beneficio cedendatũ, vt supra, quarè talis creditor potest agere insolidum contra fideiussorem non obstante exceptione cedendarum opposita, cum non obstet, vt refert Affl.in dec.182.

Quæ exceptio cedendarũ non obstat creditori agenti contra possessorem bonorum debitoris, si aliam rem eiusdem debitoris per prius liberauit, secundum Castr.in d.§.duobus l.si stipul. ff de fideiuss. Socc.in d.cons.100. nisi dolo, & culpa sua illam rem liberauerit, secundum Bal.in cons.389 vol.1. Alber.de Ros.in l.iubemus C.ad vell. vt si lite pendente contra talem possessorem rem illã liberauerit, quæ tamen præsumptio fraudis excluditur, si creditor erat vir probus, & bonæ vitæ, secundũ Affl.in dec.343. circa fin. à nu.4. & seq. sicut dicimus in muliere, quæ egit contra possessorem bonorum viri hypotecaria, qui vt euitaret exequutionẽ soluit debitum, petens sibi cedi iura contra, & super bonis debitoris, quę sunt liberata per ipsam mulierẽ, vndè cedere nõ potest, & propterea opponebatur exceptio cedendarum, fuit dictũ per Bal.& Salyc.in d.l. iubemus C.ad vell. ꝙ dicta renunciatio non præiudicat, nisi in illa ra, nam si repelleretur per exceptionẽ cedendarũ, repelleretur in totũ, ergo sufficit, ꝙ cedat iura, prout cedere debet, & sequitur Affl. in d.decis.343.

98. Et ista cessio facienda per creditorem confideiussori contra alium, debet fieri vel ante solutionem, vel post incontinenti. vel hoc acto, etiam ex interuallo l. cum alter C. de fideiussor. & in l. modestinus cum ibi not. ff.eodem, secus in tutoribus, qui agunt vtili sine cessione, & in magistratibus, vt ff. de tut. & rat. distrah. l. 1. § si pupillus vers.nunc tractemus, & rationem diuersitatis assignat glos. in l.vt fideiussor. ff.de fideiussor. hæc procedunt in fideiussoribus; Secus dico si fideiussor soluit creditori, nam potest à suo principali debitore solutum, & etiam interesse absque cessione petere, secundum Abb.in cap.2.de fideiuss.nu.2.& ad primum dictum aduerte ne æquiuoces pro intelligentia text. d.l.modestinus ff. de solut. quod si fideiussor soluit creditori suo nomine, aut nomine debitoris, aut simpliciter, si suo nomine soluit, tunc cedi possunt iura etiã ex post facto, facta solutione, si debitoris nunquam cedi possunt, nisi tempore solutionis, vel pactum de cedendo intercesserit, iux. d.l.modestinus, si simpliciter soluit siquidem creditor cedat in continenti, præsumitur tunc, quod fideiussor suo nomine, non debitoris nomine soluat, sed si ex interuallo, secus, ita glos.in l.papinianus ff.mand. quam Bal.in l.1. 2.col.C.de act.& oblig.& Alex. in d.l.modestinus in add.ad Bar.reputant illam singularem, & meliorem de iure, & Dec.in cons.
L 446.2.vol. Vrsill.dec.94. (L)

99. In hac cessione vniuersali venit etiam debitũ ipsiusmet cessionarij, ideò si creditor cedit omnia iura sibi competentia contra quoscumque eius debitores, quod compræhenditur etiam debitũ cessionarij, ita ꝙ videtur sibi legata liberatio, se-
M cundum Alex in l.senatus §.fin.ff.de leg.1. (M)
Et valet ista cessio sic generaliter facta omnium iurium, quæ habet contra quoscumq; debitores nullo specificato, secundũ Ias. in l. sed & si quis §. quæsitũ nu.7.ff.si quis caut. sic si cedo actionẽ cõpetentẽ, & competiturã, nam effectus istius renũciationis est, vt si ego possideo rem meam, & vendo tibi actionẽ in rem competentẽ mihi nomine rei, nihil quidẽ agitur; Si verò dixi competiturã, valet, & est spes vendita, & ages, quando alius cęperit possidere rem meã, & ita videor cessisse, & vendidisse, ꝙ & mihi cõpetat, secundũ glos. in l.fin.C.de hære.vel act.vend.& quid etiã importent illa verba, secundũ Bal.ibi, ideò si filia cedit omnia iura, quæ habet in bonis paternis, an videatur cedere iura dotis maternæ, Bal.in l.liberti C.de oper.libert. quem refert, & sequitur Ias. in l.qui Romæ §.duo fratres nu.64. ff.de verb. oblig. dixit ꝙ sic, si nullum ius habeat, nisi dotis maternæ, ne inutilis sit cessio, quam renunciationem si facit simpliciter in manibus patris, siuè post mortem in manibus fratrũ, tunc præsumitur renunciasse contẽplatione aliorũ fratrum, propter præsumptã æqualitatẽ affectionis, secus si in fauorem alicuius fratris, cui acquiritur portio filiæ renunciantis, secundũ Bald.in l.si actionem C.de pact. Boer.in decis. 104. nu.9. cũ super bonis maternis tali filiæ competat legitima, licet sit exclusa per Const.Reg.in aliquibus, stantibus masculis, vide Affl.in dec.178.in princ. Quæ renunciatio nõ extenditur ad donationem inter viuos, vndè si filia dote contenta renunciauit in manibus fratrum successioni maternæ deuolutæ, & deuoluẽdæ, tàm ab intestato, quam ex testamento, si deindè mater donat tali filiæ, quæ renunciauit bona sua titulo donationis inter viuos, ꝙ cum talis filia renunciauerit bonis maternis deuolutis, & deuoluẽdis specialiter ab intestato, & ex testamento, & non renunciauit bonis maternis deuoluendis per donationem inter viuos, quod dicta renunciatio nõ compræhendit casum acquisitionis per contractum donationis inter viuos, sunt enim diuersa acquirere bona ex testamento alterius, vel acquirere per contractum donationis inter viuos, imo dico quod per dictam renunciationem non censetur renunciatum donationi sic per prius factæ, per ea, quæ dicit Bart.in l. si domus ff. de seruit. vrb. præd. vbi dicit quod quando vni competunt plura iura, si vnum remittit, aliud remittere non dicitur, vide Affl.in dec.350.

100 Et ad propositum dico, quòd si pater fuisset grauatus dare filiabus suis certam quantitatem nomine dotis, quod posteà eas dotando, vel relinquendo illis nomine dotis, non videtur hoc fecisse animo compensandi cum eo, ad quod tenebatur ex testamento alterius, sed potius videtur dotasse de suo, & iam tales filiæ debent vtramque habere, secundum Cum.in cons.133. Ias.in
N l.1.nu.24.vers.adde in simili ff.solut.matrim. (N)
Et ad prædicta nota, quod dixit idem Iaso. in l. auus neptis num.4. ff.de pact. quod si filia fecerit pactum de non succedendo in hæreditate paterna vni fratri, & posteà pater susceperit alios filios, quos instituerit simul cum illo primo, vel cũ illo primo instituerit alios heredes extraneos, quod illud pactum nõ prodest alijs etiã fratribus quod pactum factum per filium hæredi putatiuo, non prodest; Hinc si legatarius, vel creditor,

facit

facit pactum de non petendo legatum vni ex hæ-
redibus, intelligitur pro sua parte tantum, nec ex-
tenditur ad alium, licet de parte non sit facta
mentio, secundum Ias. in l. si actionem nu. 2. C.
de pact. vbi etiam pactum de hæreditate patris
factum per sororem vni ex fratribus, intelligitur
pro eius parte, & ideò ab alijs fratribus poterit
partem hæreditatis petere, non obstante pacto;
Imò si pater filium, vel filiam hæredem instituit
in centum, & iussit eum stare tacitum, & conten-
tum, & quòd plus de bonis suis petere non pos-
sit, pone quod ista centum ascendunt plusquam
101 legitima, modò iste filius vult petere dotem
maternam an possit, quòd sic, quia bona dicun-
tur deducto ære alieno, l. subsignatum §. bona
ff. de verb. signific. modo filius petendo dotem
matris suæ solutam, petit eam tamquàm æs alie-
num, nec petit aliquid de bonis paternis, ita Bart.
in l. si liberi §. final. ff. de oper. libert. quid si di-
cit, quod amplius de bonis suis, & hæreditate pe-
tere non possit, vide Guid. Pap. decisio. 93. cum
O add. ibi. (O)

Et si filia promisit renunciare omni successio-
ni habetur, ac si renunciasset sollemniter ad fi-
nem excludẽdi ipsam à successione, quæ interim
eueniret, secundum Bald. in l. pactum quod dota-
le quæst. 18. C. de collat.

102 Verum tamen est, quod renunciando simpli-
citer sufficit, nam non tenetur renunciare legiti-
mæ, & supplemento legitimæ, Boer. in decisio. 3.
1. & 2. colum. Et ibi de marito, qui promisit re-
nunciare facere ab vxore, quæ demum non vult
P renunciare. (P)

Et nota quod filia, quæ renunciauit, si sola ta-
men reperitur tempore mortis patris ab intesta-
to, adhuc succedit ei, non obstante renunciatio-
ne, si non adsunt alij fratres, vel sorores in capil-
lo, vel maritatę, quæ tamen non renunciauerunt,
nisi tamen illa, quæ renunciauit contemplatione
masculi tempore renuociationis existentis re-
nunciasset, licet posteà decesserit, nam eo casu
succederet cũ sororibus in capillo, & hanc quæst.
habui de facto, vide Dec. in dict. l. pactum quod
dot. C. de pact. Alex. in cons. 29. volu. 3. & Guid.
Pap. decisio. 192. nec renunciando paternæ suc-
cessioni, videtur renunciatum fraternę, secundum
Q Guid. Pap. ibi. (Q)

Imò licet bona paterna ex post facto peruene-
rint ad filium, & fratrem, ab illis non excluditur
per dictam renunciationem, quia bona non di-
cuntur amplius paterna, sed fraterna ob muta-
tionem personæ, & in illis succedet, secundum
R Alex. in l. 3. §. veteres ff. de acquir. possess. (R)

Sed an filia quæ renunciauit in manibus patris
omni successioni paternæ, fraternæ, & de singu-
lis, absentibus illis, quibus seu quorum successio-
nibus renunciatur, non aliter facta, & ratificata
illa renunciatione facta per sororem, cum renun-
ciari non possit hæreditati viuentis, nisi consen-
tieote illo, cuius successioni renunciatur, & persi-
stente vsque ad mortem, iuxta l. fin. C. de pact. si
post modum moriatur vnus ex his fratribus ab-
sentibus succedat soror, non obstante renuncia-
tione, vel an sufficiat, quod pater ipse recipiat pro
illis absentibus renunciationem, vel Notarius vti
persona publica, vide benè Bologn. in dict. l. fin.
quæ nota, quia non omnes aduertunt, quando
fiunt hæ renunciationes per sorores tempore
maritagij.

Vndè nota quod si filia quietauit bona pater-
na cum iuramento, quòd adhuc potest petere
id, quod eius pater perdidit posteà conuolando
ad secunda vota iure disponente, vt in l. fœminæ
C. de secund. nupt. quod ius habet etiam locum
in masculo, secundum glos. ibi, quia talis quieta-
tiò non se extendit ad id, quod pater perdidit sua
culpa. secundum Dec. in l. 1. C. de secund. nupt.
Guid. Pap. decis. 228. etiam si renunciatio esset
facta generaliter, videlicet quæ sibi competere
possent iure legitimæ, ex testamento, aut ab inte-
stato, vel alia quacumq; causa, secundum Guid.
Pap. in dec. 229. & Boer. dec. 185. nu. 18.

103 Hinc nota quod si filia dotata à fratribus de
paternis bonis, & maternis præcedente ista pro-
missione dotis facta per fratres, renunciat incon-
tinenti ibidẽ, & corã eisdẽ testibus bonis pater-
nis, & maternis, quod si post modum promissio
dotis non sortitur effectum, quia fratres promit-
tentes effecti sunt non soluendo, quod adhuc non
obstante dicta renunciatione subsequuta filia re-
nuncians habet regressum ad bona paterna, &
materna renunciata, quia illa renunciatio sic fa-
cta, censetur facta contemplatione dotis promis-
sæ, per ea, quæ dicit Bald. in l. petens col. penult. C.
de pact. quod vbi sunt duo contractus confecti
eodem die inter easdem partes cum interuentu
eorundem Iudicis, Notarij, & testium, vnus cen-
setur factus contemplatione alterius, atque vno
verbo, & consensu, Soccin. in cons. 273. vol. 2. &
Dec. cons. 336. lib. 2. quòd plura instrumenta si-
mul confecta habentur pro vno propter depen-
dentiam, quam habet vnum ab alio, Abb. in cap.
cum Ioannes de fide instrum. idem per Bart. in
consil. 155. quod vbi fiunt plures contractus in-
continenti vnus post alium, alter alterius contẽ-
platione præsumitur factus, & quod vnus alteri
correspondeat, vt dicit Bald. in l. 1. & l. penult. §.
mulier ff. solut. matrim. Et primus contractus
non censetur absolutus propter dependentiam,
quam habet à secundo, vt in l. contractus C. de
fide instrum. & secundus contractus dicitur esse
pars primi dict. l. contractus, & hoc resultat ex
actu incontinenti facto l. si ventri §. in bonis ff.
de priuileg. credit. vbi etiam glos. cum not. per
Doctores in l. lecta ff. si certum petatur, quod
quæ incontinenti fiunt videntur inesse dict. l. pe-
tens.

Et facit quod dixit Bald. in l. in his §. mulier
ff. solut. matrim. quod si vir confitetur se rece-
pisse dotem, & incontinenti sequitur instrumen-
tum promissionis dotium, non poterit mulier
dotem ex primo instrumento confessionis pete-
re, cum per secundum instrumentum inconti-
nenti factum datur intelligi illam confessionem
fuisse factam sub spe futuræ promissionis iam
factæ, & numerationis faciendæ, idem in d. l. pe-
tens, & l. bonæ fidei, & Fulgos. in cons. incip. pri-
ma fronte, quod si donatarius post donationem
se obligat aliquid facere, præsumitur fecisse ani-
mo præcedentis donationis, per text. in l. 1. §. quæ

oneranda ff. quarum rerum actio, & Bal. in consil. 382. 1. vol. quod licet frater videatur dotando sororé eidem dotem donare. per text. in l. 1. §. accedit C. de rei vxor. act. si tamen eadem die appareret instrumentum quietationis factæ per sororé præsumitur frattem dotasse propter quietationé, & non animo donandi, prout consuluit Paul. de Castr. quod si mulier donat aliquid hospitali, & eadem die hospitale se obligat aliquid dare sibi singulis annis, censetur fecisse hoc cõtemplatione præcedentis contractus ex actuum vicinitate, allegat Bald. in d. l. petens, & ideò dicebat esse dotationem, ob causam, & vendicare sibi locum, l. pecuniam C. de condit. ob causam, tenet Socc. in cons. 273. 2. vol. quia præcedentia sequentia declarãt, & è contra vt l. si seruus plurium §. fin. ff. de legat. 1. vndè Bal. in l. si absentia col. pen. C. si cert. petat. dicit quod quietatio præsumitur sub spe futuræ, quando incontinenti quietanti appareret facta promissio, per text. singul. in l. minor. 25.
S ann. cum fideicommiss. ff. de minor. (S) Vndè ex his dicebatur ob defectum promissionis, sororem habere regressum ad bona paterna, & materna renunciata, & est sollemne cons. Socc. 214. & de Franch. decis. 119. & ista renunciatio, quam facit filia in manibus fratris, dicitur potius quietatio, quam renunciatio, de Franch. dec. 67. nu. 5.
104 Ad quod nota, quòd cessio, seù donatio facta sub aliqua causa, si causa non adimpletur datur repetitio, licet expresè non dicatur, quod in casu contrarij reperatur, quòd verum intellige procedere in priuatis, secus autem si donatio, & cessio fieret Ecclesiæ, seù piæ causæ, quia tunc non datur repetitio, nisi expresè agatur, & an in primo casu, quando expresè non est actum, quod in casu non adimplenti detur repetitio similiter, sed præscriptis verbis, vel conditione ob causam, quæ an detur contra tertium possessorem, vide benè Castr. in l. 1. ff. de donat. & ita fuit decisum
T in Sacro Consilio, (T) vndè Bart. in l. vt ius iurandum §. si liberi penult. col. ff. de oper. liber. dixit quod si pater accepit emphyteosim prò se, & filijs, quòd filij repudiantes hæreditatem paternam possunt tamen rem emphyteoticam tenere, quia in dubio pater videtur accepisse pro filijs, vt filijs, & non vt hæredibus, nisi pater pro se, suisque hæredibus accepisset, quia concessio requirit vtrumque, & quòd sit filius, & quòd sit hæres, secundum Bart. ibi, in tantum quòd Bart. in l. item videndum §. fin. ff. de pet. hæred. tenet quod si frater fecerit fratri quietationem de omni eo quod petere posset in hæreditate paterna, quod per hanc renunciationem, non impeditur petere feuda, vel partem possessionum emphyteoticarum, quia non petuntur tanquam ex hæ-
V reditate paterna, (V) an & quando filij admittantur ad dictam emphyteosim, etiam quod non sint hæredes patris, vide Iul. Clar. in §. emphyteosim q. 32. in qua concessione non cõpræhenduntur fœminæ, quando pro se, & filijs suis fuit dictũ, quia in contractibus masculinum non concipit fœmininum, Imol. in cap. potuit locari, Ias. in l. 2. nu. 193. C. de iure emphyteot. quid si accepit pro
105 se, filijs masculis, & fœminis, an primo veniant masculi, quàm fœminæ, vt sic deficientibus masculis, fœminæ admittantur, Bar. in d. l. ius iurandum §. si liber. ff. de oper. lib. tenet qoud non, nisi consuetudo patriæ aliter se haberet, prout est hodiè Constitutio Regni incip. in aliquibus, qua disponitur quod stantibus masculis, fœmina non succedit, quo casu fœmina in casu prædicto ordine successiuo admittitur, hoc est deficiẽtibus masculis, secundũ Bart. ibi, de qua materia vide ele-
X ganter dicta per Bar. ibi, & Ias. in cit. loco. (X)

Et vt ad rem reddeam cum vnusquisq; sit moderator, & arbiter in re sua l. in re mand. C. mãd. cedere potest alteri quicquid velit, dummodò lex non faciat obstaculum, ius enim primogenituræ cedi non potest quo ad successionem l. quidam in iure §. donationem ff. de donat. licet quo ad alia cedi possit, vt in c. quam periculosum 7. q. 1. & in cap. fin. §. idem opponitur 22. q. 2. vbi Esau cessit fratri suo Iacob ius suum primogenituræ, & talis cessio tenuit, nec illud repetere potuit, da qua cessione qualiter, & quando valeat, vide Ias. in l. is
A potest nu. 31. ff. de acquir. hæred. (A)
106 Quid dicimus si venditor rem vendidit cũ pacto de retrouendendo, an illud pactum, & ius redimendi cedi possit, iam scis dominum venditorem habere facultaté redimendi fundum de iure cõmuni, idest ex pacto, quo casu cedere posse nõ dubitandum est, secundum Castr. in cons. 45. aliàs est cons. 1. incip. videtur dicendum lib. 2. Dec. in
B cons. 164. lib. 1. And. Sicul. in cons. 51. lib. 1. (B)

Modò quæro si ius redimendi competeret alicui personæ non ex pacto, sed tantum iure speciali, puta ex statuto contra regulas iuris cõmunis, vt in iure congrui virtute Const. Regni incip. sancimus, quæ constitutio est contra legem communé l. dudum C. de contrah. empt. istud ius cedi non potest, Rom. in cons. 484. dicit disponẽte statuto, vt vicinus in emptione pradij communis, seù vicini præferatur emere volenti, qui non est vicinus, illam prærogatiuam non posse à vicino cuiquam cedi, sequitur Guid. Pap. dec. 237. nu. 5. quæ facultas redimendi non datur, quando ex causa necessaria fieret alienatio secundum Lud.
C Rom. in cons. 107. (C) neq; insolutum datione, secundum Guid. Pap. in dec. 257. in fin. & in quibus casibus habeat locum, vide Afflict. in d. const. sancimus, an veniat in generali reenunciatione illud ius redimendi, vide Franc. Zann. in repet. l. 2. C. de pact. inter empt. & vend. à nu. 7. cũ plur. sequent. vbi latius cum ampliationibus, & limitationibus declarat.
107 Limita primam conclusioné quando ex pacto contrahentiũ compræhenditur, ꝙ ista redimendi facultas cohæreat dũtaxat personæ venditoris, vt si dictũ fuisset in contractu, tu ipse venditor, vel tu solus possis eodẽ pretio redimere fundum, tũc cedi nulli potest, ita in simili Rom. in cons. 484. ꝙ sublimita, nisi cessio facta esset filio venditoris, cui pater suum ius redimendi cederet, Rom. in suo singul. 661. & 663. quod si semel effectum est alienabile, seù cessibile censeatur in perpetuum sic factum, vide in l. cum pater §. quindecim cum
D ibi not. per Doct. ff. de leg. 2. (D)
108 Nec cedi potest ius prælationis, quod habet directus Dominus, quãdo res emphyteotica per vtilé Dominũ venditur, Guid. Pap. dec. 411. sicut

etiam

etiam si consuetudine, aut statuto ei, qui habet
rem cum altero indiuisam, seù communem, cu-
ius portionem socius extraneo vēdidisset si intra
annum redimendi causa ius competat, illud ius
redimendi cedere nequibit alteri, & ad propositū
etiam Bal. in cap. 1. §. si quis vero nu. 3 in tit. de
pace iur. firm. dicit quòd facultas faciendi aliquid
propria authoritate, licet possit regulariter in aliū
transferri, tamen est secus, quando contra regu-
las iuris communis competeret transferre volen-
E ti, vt puta in priuilegio. (E)
109 Et si quid alicui personæ est à lege infixum
cedi non poterit, pone spoliato per vim, lex tri-
buit recuperandi rei suæ possessionem inconti-
nenti propria authoritate, illa facultas quando
quidem est infixa, ac vnicè concessa spoliato, non
poterit in alium transferri, secundum glos. in l. cū
fundum in ver. postea ff. de vi, & vi arm. quoties
enim, vel est electa industria personæ, & fidei, vel
personæ alicuius quid est iniunctum delegari cō-
missionē, siuè officij munus non posse cuiquā alij,
vt in cap. fin. §. is autem cum glos. ibi in ver. &
personaliter cum §. sequent. extra de offic. Iud.
deleg. & l. nullus qui nexu C. de decur. libr. 10. in
operibus artificialibus, in quibus vertitur inge-
niū, & disciplina in dubio intelligitur personę in-
dustria electa l. inter artifices ff. de solut. & vidi
per illū text. dubitari in Sacro Consilio referente
Magna Curia Vicariæ, si ipsa Magna Curia
quæ commisit alicui actorum magistro alicuius
Terræ, vt reciperet cautionem, & obligationem
nomine Magnæ Curiæ, & ille Actorum magi-
ster iam alteri commiserat, qui dictam obligatio-
nem, & cautionem stipularetur, si poterat com-
mitti, & successiuè si poterat accusari, & exequi
tamquàm capta nomine Magnæ Curiæ seruata
forma Ritus, & per rationem prædictam inclina-
bant illi Domini, quòd non, & Alex. in add. Bart.
cuius illa pars non fuit memor in l. 1. ff. de offic.
F cons. (F)
110 Sic etiam dicimus, si seruus, aut filiusfamilias
sibi electionem alicuius rei, etiam simpliciter sti-
pulatus fuisset. vt puta dabis illam, aut illam rem
vtram ego velim talem electionē per dominum,
aut patrem eius, vtpote cohærentem solius stipu-
lationis personæ fieri nequaquam posse, consti-
tutum est l. fin. in princ. l. si stipulatus fuerim il-
lud, aut illud in princ. ff. de verb. oblig. licet quic-
quid acquirant hi domino, aut patri acquirant, l.
placet ff. de acquir. hæred.
111 Nec ius vendicandi cedi potest, aut accusandi,
vt puta si cedo ius accusandi aliquem de priuato
delicto, vt iniuriarum, licet aliquod commodum
posset peruenire ad cessionarium, si transigeret,
ex quo quæ sunt transmissibilia, sunt cessibilia,
l. ex pluribus ff. de administr. tut. sed talis actio nō
intentata non transmittitur, vt l. 1. C. de delict.
defunct. meritò, secundum Bald. in l. pen. quæst.
16. C. mand. vide add. ad Salyc. in l. illam C. de
donat. si quis vocem habet in Collegio, primam,
vel duas, an alteri cedere possit, vide Alex. in add.
ad Bart. in l. si conuenerit §. 1. ff. de pign. act. ver. si
nuda, per tex. in cap. si quis iusto cum ibi not. de
elect. in 6.
112 Nec cedi, aut donari potest hereditas viuentis,
vt si cedo tibi iura, quæ habeo super hæreditate
matris meæ viuentis, & ad me peruenerint post
eius mortem, per text. in l. quidam §. fin ff. de do-
nat. nisi adsit consensus eius vsque ad mortem
G l. fin. C. de pact. (G) nec ius legitimæ, secundū
Dec. ibi.
113 Et nota quod quando filia renūciat bonis pa-
ternis, & maternis, & re vera nihil de his habuit,
& sic sine causa, nec aliquo recepto renunciauit,
quòd talis renunciatio sine causa non valet, &
aget de læsione, Vrsill. dec. 179. nu. 3. & 4. in tantū
quod si dicta filia renunciat fratri, vel patri omnem
successionem maternam, & aliorum ob aliquam
dotem forsan sibi datam, vel promissam, & fa-
ciunt tales filiæ amplam renunciationē, quod cū
adsit læsio re ipsa datur restitutio, etiam quod adsit
iuramentum, vel interuentus viri, vel eius con-
sanguinei, secundum Socc. in cons. 263. 2. vol. &
Dec. in cons. 203. quæ procederent, quando non
haberemus intentionē renunciantis, quod verè vult
donare ei, in cuius beneficiū cedit, vel renunciat,
quia hoc casu prædicta non procederent, in eo
enim, qui donat læsio non consideratur, l. 1. ff. de
donat. quemadmodum in translatione est text. in
l. cum donationis, vbi omnes C. de trāsact. & hoc
etiam voluit Dec. in cons. 180. & Franc. de Aret.
in l. qui superstitis col. 7 ff. de acquir. hær. ex men-
te Bar. in cons. 59. clare dicit in donatione, etiā in
magna quantitate, quem re ipsa nō posse dici de-
ceptum, nisi dolo ex proposito, & ibi concludit,
etiam filiam minorem renunciantem non posse
venire contra donationem, seù renunciationem,
quia in donatione est pro ratione voluntas, idem
consuluit Socc. in cons. 67. 2. vol. vide tu cumula-
H ta per D. de Franch. in dec. 119 (H)
114 Et si filia ipsa dotata à patre, & tempore dota-
tionis dicitur de bonis filiæ, seù inclusis ducatis
tot legatis dictæ filię per eius patruū consequen-
dis super bonis ipsius patris dotantis, quod si pater
est soluendo, & filia vult totam dotē promissam
per ipsum patrem, quod pater tenetur de suo, nō ob-
stante prædicta protestatione, iux. l. fin. C. de do-
tis promiss. ita Ias. in §. fuerat nu. 105. inst. de act.
nisi filia consentiret, vel renunciaret tali legato,
seù promissioni, prout faciunt, quæ intelligas ve-
ra, quādo filia tēpore renunciationis, verè habuis-
set de bonis paternis, habita consideratione ad il-
lud quod pater tenebatur dare de suo, aliàs si nihil
habuisset de bonis paternis, tunc vti læsa aget, ex
quo renūciatio facta sine causa non valet, secun-
I dum Dec. in cons. 379. & Vrsill. dec. 179. (I)
115 Et si dotata à fratribus soror renonciat omni
successioni paternæ, & maternæ, quod non cen-
setur renunciasse legitimæ, l. si quando §. fin. C. de
inoff. testam. & sic specialis requiritur renuncia-
tio, & non sufficit generalis, & sic saltim supple-
mentū legitimæ petere posset, imò si pater reli-
quit tot pro legataria, & quod plus petere nō possit,
quod non censetur prohibita, quia supplemētū le-
gitimæ petere possit, secundum Bal. ibi, & Dec. in
cons. 392. in tantum quod si est relictum à patre
cū tali prohibitione, quod plus petere non possit,
quod si filia acceptat, & facit generalem quieta-
tionem, non censetur prohibita petere supple-
L mentum legitimæ, vide per Ias. in d. §. fin. (L)

116 Et si ipsa asserit se dotatam de paragio, & vltra paragium, quòd adhuc legitimam petere poterit, seù eius supplementum, Ias. in l. de his ff. de transact. & Gram. in dec. 161. nu. 6.

Et nota modum cautelandi, quãdo pater facit legatum de dote filiæ, quæ posteà maritata renunciat in manibus fratris, ne petat amplius legatũ, qualiter concipi debeat renunciatio, secundũ Ias. in dict. l. de his, quid si maritus reliquit vxori tot pro satisfaciendis per eum debitis ipsi vxori, an intelligatur etiam debitum dotis ipsius vxoris, vt sic tale relictum intelligeretur factũ animo compensandi cum dote, dic quod nõ, eo quia tex. vult quod adhoc, vt legatum factũ vxori intelligatur factum animo cõpensandi, requiritur quod specialiter hoc dicatur, tex. est l. vnica §. sciendum C. de rei vxor. act. ita Ias. in l. 1. nu. 18. ff. si quis in ius
M voc. (M) hinc Castr. in cons. 50. vol. 2. voluit, quod si testator legauit certum suum liuellum sub cõditione, si legatarius voluerit soluere omnia sua legata, in legatis erant duo magna legata relicta matri, & vxori testatoris de dotibus earũ, de quibus constabat per instrumẽta, decidit Paulus, quòd legatarius non tenetur ad illa duo legata de dotibus, de quibus constant instrumenta, quæ legata non valent, nisi in cõmodo repræsentationis, nec obstat quod testator vsus fuerit verbis vniuersalibus mandando solui omnia legata, quia respondet Paul. quod restringitur illa vniuersalitas, ne sequatur inconueniens, quod teneatur ad legata, quæ vt legata non valent.

117 Sic dicimus, si essent plura facta legata vxori per virum, & inter alia esset factum legatum de dote sua, de qua apparebat instrumentum, quod si postmodum illa mulier renunciasset omnibus legatis factis per maritum, quod in illa generali renunciatione non includitur illa dos, vt supra legata, quia licet sit legata, nõ tamen valet, vt legatum, sequitur Aym. Crau. in l. 1. num. 60. ff. de
N leg. 1. (N)

118 Sed illud sciendum est, an & quãdo cessio operetur contra cedentem, & illam teneatur facere, vt si quis esset creditor Titij in ducatis centum, & dum ageret contra possessorem bonorum Titij, qui ad finem euitandi execqutionem obtulit partem crediti, seù illam depositauit, & demum facta solutione creditori fit cessio isti possessori, modò super alijs bonis debitoris concurrit, & cedens pro residuo, & cessionarius pro quantitate cessa, an omnes concurrant, vel cedens præferatur cessionario, ex quo regula se habet, quod cessio non debet operari contra cedentem, nec illam contra seipsum tenetur facere, secundum Bald. in l. 2. C. an seruus ex suo facto, tamen cum vterque habeat hypotecam ex eadem origine, seù ex eodem fonte, & de iure quando aliqui sunt creditores vno eodemque die, omnes concurrunt pro rata, vndè cessionarius pro rata ei cessa, & cedens pro residuo ei debito, nisi aliquis ex eis possideret rem, super qua ageretur, tunc possidens præferretur, quia eo ipso, quod possidet plus iuris habet, l. si debitor, vbi Bald. ff. de pign. & illud quod dicitur, quod cessio non debet operari, nec fieri contra ipsum cedentem, procedit quando idem creditor possideret pignus, & contra eum ageretur, & ita loquitur tex. in d. l. 2. Secus verò est, quando contra debitorem, & super bonis ipsius per ipsum, vel alium possessis, quia tunc procedit textus in d. l. si debi-
O tor, (O) vnde cum non agatur directè contra cedentem, sed cedens, & cessionarius agant contra debitorem, & super bonis debitoris, meritò concurrunt, hinc inoleuit cautela, secundum Dom. de Franch. in decis. 260. in fine, quod in cessione semper dicatur, ita quod cessio non operetur contra cedentem, tam super bonis possessis per debitorem, vel alios, & nec agendo, nec excipiendo.

119 Sed in materia l. mulier ff. qui potior. in pign. habea. qua disponitur cuilibet possessori competere ius offerendi, si facta oblatione per eum creditori, creditor ipse teneatur facere tempore suæ cessionis eius iura vera anteriora, & non exacta, vel sufficiat tantum cedere iura talia, qualia habet, iuxta l. in creditore ff. de euict. de qua latè per D. de Franch. in decisio. 427. quando autem secundus creditor possit offerre primo creditori, & ab eo cessionem impetrare, ipsumque inuitum cogere ad cedendum eius iura, vide Bart. in l. aristo in 2. quæst. ff. quæ res pign. oblig. poss. idemque procedat in fideiussore offerente creditori, l. 2. & ibi Doctor. C. de fideiussor. ne dum contra principalem debitorem, sed etiam contra confideiussorem, Salyc. in d. l. 2. quid in vno ex correis debendi soluente. & offerente creditori, si iura cedenda sunt inuito creditore, per Bart. Salyc. & alios in d. l. 2. quod cedenda sunt iura, tam hypotecaria, quàm personalia, in extraneo autem soluente secus dicendum est, l. nulla C. de solut. quæ qualiter procedant, vide Negus. in tract. de pign.
P in 5. par. 3. membr. per totum. (P)

120 Quænam sit differentia inter repudiare, cedere, & donare, pulchrè per Castr. in l. sicut maior C. de repud. hæred. Hinc nota, quòd repudiando quis hæreditatem in nihilo tenetur, nec conueniri potest, si verò cesserit, vel donauerit, ipse recta via etiam conuenitur l. hæreditatem ff. de donat. Guid. Pap. decis. 105. ex simplici enim renunciatione hæreditatis, aliter non donando, vel cedendo, non inducitur aditio, sed repudiatio, præterquam si appareret velle proficere renunciando alicui, quia tunc per prius videtur adire, & posteà renunciare, argum. l. illud ff. de acquir. hæredit. declarat Paul. de Castr. in l. pactum 2. colum. vltim. quæst. vers. sed etiam si non adiuisset C. de collat. quem sequitur Iac. ob. in dict. l. sicut, vbi distinguit quando quis vtitur verbo repudio, vel verbo renuntio in beneficium alicuius, ad finem vt hæreditas intelligatur adita, & posteà cessa; de qua optime per Dominum de Franch. in decisio. 14. num. 22. cum
Q sequent. (Q)

121 Quid in cessione, quæ alicui fit alicuius actionis cum pacto, quod tertia pars illius, quod recuperatur sit cessionarij, vel si certa promittitur pecunia, secundum Innocent. in cap. 2. de alien. iud. mut. causa fact. hodie verò prohibentur hi contractus quotæ litis, & ibi declaratur modus, vltra Castr. in l. quamuis ff. de iudic. Nec tenet si fit alicui cessio alicuius rei litigiosæ

ad

ad finem trahendi, quia lite pendente, cum præsumatur in fraudem, & debet terminari vbi cœptum est iudicium, & cedens condemnatur in expensis, ratione huius fraudis, & mutationis iudicij l.3.§.ex quibus ff.de alien. iud.mut. causa fact. nec si potentiori facta sit cessio, imò punitur pœna, de qua in l.1.& per totum, C.ne liceat po-
R tent.(R)

Cædi autem possunt omnia quæ sunt in domi-
122 nio nostro, vt si ius ingrediendi fundum debitoris propria authoritate habeam, possim id æque alij cedere, secundum Barto.in l.prima, §.vsufructuarius ff.de nou.operis nunc. similiter nos videmus, quod interdictum vnde vi, cedi potest, l. quod si in diem §.Iulianus ff.de pet. hæred.notat. per gloss.in l.licet in 2.posit.casus C. de except.& missio in possessionem alicui competens, ceditur alteri, secundum Salyc.in l.fin.§. sin autem bi per illum text.C.de bonis auth.iud.poss.priuilegium quoque competens fisco, potest per Iudicem priuato alicui cedi l.fina. C.de priuileg.fisci. Et minor priuilegium restitutionis in integrum sibi cõpetens cedere alteri potest, gloss.in cap.hinc est in ver.sigillatim 16.quæstio.prima, quod intellige verum subsistente causa l. quod si minor in prin. ff.de minor.& Bart.in d.l.prima,§.vsufructuarius aiebat officium Iudicis ad aliquẽ pertinens posse cedi, ac per consequens restitutionem in integrũ, quæ per solum Iudicis officium impetratur.

Et licet ius vendicandi rem actione iuris con-
123 grui cedi non possit, id absolutè procedere dico, non quando cum iure cesso venderetur res, ob quam detur ius congrui, exemplum si duo habẽt rem communem, & faciunt pactum, vel sic extat consuetudo, quod si alter partem suam vendit, vendere teneatur potius Socio, quàm alteri, quod si secus fecerit socius possit retractare venditionem ab emptore, euenit quod Socius vendit Caio partem suam, alter socius vendit Seio alteram partem suam, & cedit ipsi ius recuperandi partẽ venditam Caio, quæro modo an agere possit Seius contra Caium iure cesso, quod sic, quia non cessit absolutè ius recuperandi, sed vna insimul cum re, & non agit Caius contra Seium, quia iam erat quæsitum ius venditori vltimo, quod etiam in legato sic facto per testatorem procedit, ita Castr.in l.apud antiquos C.de furt.& ser.corrupt.qui dicit ita habuisse de facto, Guid.Papa decisio.257. & an recuperet expensas erogatas à prædicto reperente rem ipsam, & an tale statutũ habeat locum dum res extraneo traditur insolutum, & non venditur, & in ipsa rei restitutione veniant fructus interim percepti per emptorem, vide Gui.Pap.cit.dec.

Quia multa dantur priuilegia directæ actioni,
124 quæ non dantur vtili, de quibus vide notat. per Ias.in l.1.nu.8.C.de transact.

Cessio iam non semper subsistit, aliquando
125 corruit ex defectu sollemnitatis non adhibitæ, vt si minor alteri cedit, non adhibita sollemnitate requisita cum decreto Iudicis, vt l.lex quæ tut. C.de administr.tut.& l.magis puto §.ne passim ff.de rebus eorum, actio iudicatur mobilis, vel immobilis secundum naturã rei, quæ in ea continetur l.si ad resoluendam C.de præd.minor.gloss. in l.prima, C.si aduers.transact. Barto. in l.potest C.de auth.tutor. vndè si pupillus habebat actionẽ ad rem mobilem potuit cedere, absque sollemnitate, si ad rem immobilem cum sollemnitate oportet cedere, & Barto.dicit habuisse de facto, qđ erit in potestate debitoris facere an valeat cessio iurium facta per minorem sine decreto Iudicis, qui habebat actionem ad fundum, vel ad centum alternatiuè, & erat electio debitoris, prout est regulariter in alternatiuis l.plerumque in fine ff.de iure dotium, & in regula in alternatiuis de regul. iuris in sexto, nam si debitor soluet fundum, non valebit cessio rei immobilis facta per minorem d.l.lex quæ tut.si verò eliget centum soluere, valebit cessio, quæ erit de re mobili, & sic ex futuro euentu hoc declarabitur, nam actio iudicatur mobilis, vel immobilis, secundum naturam rei, quæ in ea continetur d. l. si ad resoluend. secundum Barto.quem refert Iaso.in l.si sic §.fin.ff.de legat. primo, & per illum text.idem Barto.in l.si ex legati causa, ff. de verborum obligation. decidit de minore, seù adulto, qui erat obligatus alternatiuè ad fundum, vel ad centum, & fuit interpellatus sine Iudice, an constituatur in mora, & tenet, cum sibi euenisset de facto, quod si electio adulti apparebit ex futuro euentu, quia sic adultus soluet pecuniam, apparebit interpellationem tenuisse, si verò soluet fundum, apparebit non tenuisse, sequitur Ias.in d.§.fin.

Nec poterit iste minor repelli à limine iudicij per aduersarium cessionarium ex eo, quia venit contra factum proprium, vel eius defũcti, quo casu non deberet audiri, etiam quod alienatio sit inutilis, & prohibita, ad notata per tex.in l.si vsus fructus ff.de iure dotium, & l.per fundum ff. de seru.rustic. præd. vbi quis non potest venire contra cessionem à se factam, licet ea per se non teneat, & assentit text. in l.quidam §. primo, ff de donatio. vbi si quis rem donauerit eius, cui successurus est, licet donatio non valeat, tamen ei etiã postea illi succedenti deneganda sunt in totum actiones hæreditariæ, nam illud procedit, quando statutum, aut lex simpliciter prohibet fieri contractum, & sic in pœnam, non autem quando statuit fieri contractum cum sollemnitatibus, & decreto Iudicis, vt est in alienatione bonorum minoris, & Ecclesiæ, pij loci, & Vniuersitatis, quia isto casu contractus est ipso iure nullus, & potest ab ipso contrahente annullari, & retractari, quia quando actus est ipso iure nullus, tũc potest quis venire contra factum proprium, aut defuncti leg. post mortem, & ibi not. p Bar. ff.de adopt.multa refert, & sequitur Caualc.in tract.de tut. & curat.
S fol.93.n.162. (S)

Et an cessio facta per Ecclesiam, seù Hospitale
126 iurium, quæ in hæreditate alicuius habet non adhibitis sollemnitatibus per Paulinam requisitis, & Dom.de Franch.in decisio.14.num.26. refert Phanutium in tractat.de lucro dotis, per Rotam fuisse decisum valere, rationibus ibi per eos
T allegatis. (T)

Nec tutor ipse modo prædictò cedere potest iura, iuxta notat.per Dec.in l.pactum curat. C.de pact. Quid si est cõstitutus procurator ad cedẽdũ cum debitis sollemnitatibus, quòd si procurator ce-

cedit non requiritur alia follemnitas, Feder. de
Senis in consil. 100. Incipien. Abbas subiectus, &
Alexand. in consi. 27. volum. 3. dixit quod procu-
rator constitutus ad vendendum cum pacto de
retrouendendo, si vendit simpliciter, videtur ven-
didisse cum pacto illo de retrouendendo, sequi-
tur Afflict. in dec. 285. num. 21. Hinc Bald. in l. si
pupillorum §. primo, ff. de rebus eorum. in contin
gentia facti ait fuisse decisum, quod si Ecclesia
obligauit prædium cuidam creditori cum decre-
to Episcopi, potest postea creditor alienare non
seruata follemnitate, auth. hoc ius porrectum, C.
de sacrosanct. Eccles. Sic etiam si pater præstitit
consensum filio agenti in certa causa in specie,
non est postea necesse, quod in exequutione con-
demnationis, & sententiæ alius consensus patris
præstetur, secundum gloss. in l. 3. §. sed verum in
ver. inuito patre ff. de minor. & Barto. ibi, & gloss.
in l. fin. §. necessitatem, C. de bonia quæ lib. & facit
text. in l. tutor rerum ff. de administra. tutor. quod
si in venditione rei immobilis minoris fuit ab ini-
tio in specie adhibita follemnitas requisita à iure,
quod posteà super sequela alienationis non requi
ritur alia follemnitas.

Quid si est constitutus procurator generaliter à
minore cum follemnitatibus requisitis à iure, an
ista generalitas sufficiat, an verò requiratur fol-
lemnitas statuti in singulis contractibus postea
per procuratorem celebrandis, adeo quod si po-
stea faciat particulares contractus sine dicta fol-
lemnitate valeant, an verò requiratur follemnitas
iuris, etiam postea in quocumque contractu par-
ticulari, dic quod etiam in contractu, quem po-
steà in specie celebraret requireretur denuò, quod
interueniret eadem follemnitas, ita tenet Federic.
de Senis in d. consi. 100. eò quia aliàs de facili fie-
ret fraus legi, cui fraudi est obuiandum l. in fun-
do, ff. de rei vend. sequitur Iaso. qui multa ad pro-
positum pro ista parte allegat in l. 1. §. item acqui-
rimus à num. 8. cum plur. sequent. ff. de acquiren-
da poss.

Aliquando corruit cessio iurium, quando fit
127 titulo venditionis ex defectu formæ, quæ frau-
dulenta præsumitur ex paruitate pretij, nisi vsque
ad concurrentem quantitatem pretij numerati,
& in tantum tenet; & requiritur, quod interue-
niat pretium, & quod numeretur, & tradatur, vt
not. in l. per diuersas C. mand. Nec sufficit con-
fessio de pretio recepto, vt notat ibi gloss. & Bart.
& est de forma cessionis, quando fit pro pretio na
turalis solutio, secundum Bal. ibi in 2. colum. Gui.
Pap. dec. 567. sed aduertendum est, quia etiam
hoc casu sufficit, quod cedens fidem habeat de
pretio, & sicut tradendo verum pretium valet
cessio, eodem modo si cedens fidem habeat de
pretio, ita dicunt in d. l. per diuersas Bal. & Saly. &
Gui. Pap. dec. sup. alleg.

Quid si 20. debeo consequi à debitore meo, &
128 cedo pro 15. an teneat, dic si debitor labebatur
facultatibus, ita quod communiter plus vendi nõ
potuisset, quod cessat fraus, quia res tanti valet,
quanti vendi potest l. in lege falc. §. fin. ff. ad l. falc.
pone quod cedo actionem, seù ius illiquidum
contra debitorem pro certa summa, dic cum Bal.
in d. l. per diuersas num. 6. versi. secundo quæro,
ideo si venditur vniuersitas minori pretio, puta
hæreditas, quam valeat, quod actiones hæredita-
riæ poterunt valere vltra pretium solutum, quia
implicita est hæreditas, & potest esse damnosa, &
lucrosa, meritò tenet, & sic pretium de necessita-
te non debet esse tantum, quantum est in actione,
quia non debet considerari quantum petitur, sed
quantum verisimiliter talis lis valet, habito respe
ctu ad dubitationem causæ, & ad dubium euen-
tum litis, secundum Abb. in cap. 2. de alien. iudic.
mut. causa fact. vndè secundum eum ibi modici-
tas pretij dicitur habito respectu ad valorẽ actio-
nis, qui valor debet considerari habito respectu
ad dubium euentum litis.

Et non solum tenet cessio, si pretij nomine fit
129 cessio, sed etiam si res mobilis, vel immobilis da
tur pro actione cessa, quæ centum valet, & sic est
contractus innominatus, secundum Bal. ibi, nam
satisfactum accipimus quemadmodum creditor
voluit §. venditæ inst. de rerum diuis. Sat est quod
sit titulus verus, vt venditionis, vel donationis; si
enim ex causa liberalitatis fieret cessio sine pre-
tio fraudulenta non præsumitur, nisi appareat,
secundum Bal. in d. l. per diuersas.

Et si fieret talis cessio propter benemerita, etiã
130 quod non probentur tenet, & non inficiatur,
quia ista verba adijciuntur ad robur, vndè non
debent minuere effectum rei, quæ geritur l. Acti-
lius ff. de donat. secundum Bal. in d. l. per diuersas
in quinta quæstio. & Paul. de Castr. in l. affectio-
nis gratia ff. de donatio. in tali enim cessione de-
bet exprimi titulus contractus, vt si cederetur
actio alicui, & non diceretur ex qua causa, secun-
dum Abb. in cap. 2. num. 7. C. de alien. iud. mut.
causa fact.

Quid si actio plus valet cessionario, quam ce-
131 denti, quia ceditur actio alicui Romano, con-
tra Romanum, sic propter loci distantiam minus
valet cedenti, quàm cessionario, & è contra, quod
tenet cessio, quia cedo, vt mihi proficiam, non vt
alij officiam l. non solum ff. de alien iud. causa
fact.

132 Quid si fit cessio, quæ sic pro parte venditur, &
pro parte donatur actio, quod censetur in fraudẽ
facta, & valet tantum pro concurrenti quantitate
soluta, & hoc si nulla subest causa donationis iu-
sta, vt voluit Bald. in l. 2. C. de repud. hæred. & in l.
fin. C. ne liceat potent. prima column. & Cæpoll.
in tract. de simul. contract. in 7. & 11. præsumpt.
Add. ad Abb. in d. cap. 2. in littera C. de alien. iud.
mut. causa fact. vt ratione consanguinitatis, & af-
finitatis Cauens. super Ritu Magnæ Curiæ 190.
num. 28. & ita habui de facto; sic etiam si cessio
sit in totum facta ex causa donationis, & clam
postea recipit aliquod nomine pretij, & ex tribus
præsumitur simulatio, prout not. in l. si, & ibi etiã
Bal. C. mand.

Et nota quod si maritus confessus fuit se ha-
133 buisse, & recepisse centum nomine dotis, tandẽ
apparet, quod post illam confessionem fuerunt
ei numerati ducati quinquaginta de illa summa,
& quod vltra non teneatur, secundum Bal. in d. l.
fin. & Alexand. in consi. 148. volum. 5.

Et ad præcedentia nota illud, quod ad propo-
134 situm dixit Iaso. in l. prima, ff. de cond. causa da-

Id

ta, quod si dono rem propter benemerita,& probatur nulla benemerita præcessisse, donatio adhuc firma remanet, quia donano nullam causam requirit, & cum sit error in causa, illam non vitiat.

Et hanc simulatam cessionem debitor cessus
135 tantum potest allegare, quia delegatus est, & cessus,& non ipse cedens,ex quo non potest contra factum proprium venire, & suam turpitudinem allegare,iuxta text.in l.filios C.de reuoc. his quæ in fraudem creditor. Imò nec ipsemet debitor cessus posset allegare simulationem, quando cessioni de se factæ præsens fuisset,& eo volente fit,nec tunc habet locum l.per diuersas C.mand. ita Bal.in l.cum essent §.primo,ff.de seru.rustico. præd. imò sola ipsius debitoris cessi præsentia tempore cessionis factæ, & non contradicentis sufficit,& dicit Hypp.in singul.45. quod ipse habuit de facto in causa propria. Et si constaret de tali fraude,& simulatione cedés priuaretur actione cessa l.fin.C.mand. Et si facta est cessio ex certa causa,causa non sequuta,potest reuocari, Ias.in l.debitum alias debitorum C.de pact.

Cessionarius an possit intentare actionem ces-
136 sam, ét contra cedentem, cum cessionarius sit procurator in rem suam,meritò non potest,Iaso. in l.creditori num.3.ff.de nou.oper.nunc. Et qui allegat instrumentum cessionis simulatum,debet dicere in qua parte,& quare,& exprimere modos simulationis,& probare,secundum Bal.in l.final. C.mand.in fine. Et si duobus facta est cessio eiusdem actionis diuersis tamen temporibus,quis nã præferatur,recurre ad not. per Ias.in l.quoties C. de rei vendic.& si primus cessionarius, qui obtinuit iura cessa super feudo præfertur secundo cessionario, etiam quod secundus obtinuerit primò assensum,quam primus,vide de Franch. in decis. 75. per totam.

Qua cessione an indigeat ad finem agendi à
137 Notario, ille, pro quo ipse Notarius stipulatus est, vide Bar.in l.possess.§.fin. ff.de acquiren.poss. Et si ipse cessionarius agit contra debitorem cessum, qui opponit exceptionem excludentem intentionem agentis, super qua petit depositionem cedentis,quod tenetur deponere; sed illud quæritur,an illius cedẽtis confessio noceat cessionario; dic an ad ipsum cedentem sit commodum reuersurum, & tunc potest interrogari, & eius responsio nocebit cessionario, & ipsi cedenti, sed si non esset ad eum commodum reuersurum, secus esset,secundum Paul.de Castr.in l.fina.§. sin autem n.5.C.de iuram.calum.

In cessionarium iam diximus transire vtilem
138 actionem, & non directam, quæ est radicata in persona cedentis l.2. pro soc. si cedens cedit cessionario rei vendicationem,an possit illam intentare contra tertium possessorem, & videtur esse in opinione,quod non Bal.in d.l.per diuersas in 11.quæst.vide dec.Rotæ 2.in tit.de alien.iud.mut. causa fact. Et ista cessio debet fieri in præsentia cessionarij,& non in absentia, aliàs non teneret. ideò sit cautus cedens,quod supponat aliquem Notarium recipientem pro absente, quia tunc ei quærit ipso iure tamquam publica persona, quæ pro alio absente stipulari potest, secundum Barto.in l.2.ff.rem rat.haberi, seù rem pupilli saluam fore. Et ideò aduertas, quod licet donatio possit fieri nudo pacto,& absenti, subsequuta tamen ratificatione donatarij, iuxta not.in l.si quis argentum C.de donat. & in l.qui absenti ff. eodẽ, & not.in l.nuda ratio ff.eodem; ideo quando vides per viam cessionis fieri donationem contra aliquem,aduerte, nã vidi in quadam causa, quod pater cessit filio iura sua contra aliquem, & tamẽ literis priuatis cessit, & transmisit, virtute quarũ egit,quod ex regula prædicta,cum sit facta absenti non tenet, licet etiam alius esset defectus inualiditatis ratione defectus iuramenti, secundum Barto.in l.si quis pro eodem ff.de fideiussor. cum esset inter patrem,& filium,quæ prohibita est l.2. C.de inoffic.testament. nisi iuramento firmetur, vel morte patris donantis, Guid.Pap.dec.146.ita Bal.in d.l.pen.q.14.C.mand.

Indè quæritur,quid si talis cessio sit facta ces-
139 sionario præsenti,& tacenti,Angel.in cons.183 2.column.quem sequitur Socc.in consil.112. col. 4.tenet,quod præsumitur consensus, & proindè teneat,in pulchro casu conclusit de quadam muliere,quæ instituit maritum, & Auum hæredem, & in testamento apposuit clausulam si non valet iure testamenti,valeat iure donationis causa mortis,nam dixit ipse, quod licet illud testamentum non valuerit iure testamenti, tamen valuit iure donationis causa mortis,ex quo illi instituti erant præsentes, qui præsumuntur consentire l.qui patitur ff.mand. & cap. qui tacet de reg.lib.6.cum sit pactum, ex eo nasci debet actio hodiè, per l.si quis argentum §.fin.C.de donatio.quæ lex habet etiam locum in donatione causa mortis,secundũ gloss.in l.cum pater §.Mæuio ff.de legat.secundo, quam ibi sequuntur communiter Doct. Dec.tamen dicit contrarium consuluisse, quia dato, qđ pacto nudo hodie posset fieri donatio causa mortis,& sic iura antiqua correcta sint, vt per glos.in d.§.Mæuio, talis correctio debet strictè interpetrari, vt habeat locum in pacto nudo expresso, prout propriè pactum intelligitur,& non videtur habere locum in pacto præsumpto,quod ex præsentia,& taciturnitate inducitur,& ita interpetratur Barto.in d.l.si quis argentum de donation. vt intelligatur in pacto vero,& expresso, & non in pacto donationis præsumptæ,& ista ratione Aret. in l.2.colum.2.ff.da legat.primo,reprobat Angel. & ibi expresse dicit,quod quando quis donat præsenti,& tacenti non est pactum,sed pollicitatio,& ita residet ipse Dec.in rub.C.de pact.nu.4.& in consil.245. & in l.senium C.qui testament.facere poss.sed Cagnol.in d.rub.C.de pact.tenet opinionem Angel.& dicit quod in dictis Dec.à vertice ad plantas non est in eo sanitas,quia est nimis extraneum dicere quòd pactum non possit esse sine verbis, cum sola stipulatio requirat verba, vt volunt omnes Docto.in l.prima, ff.de verborum obligatio.

Et expressus consensus per legem, æquiparatur consensui sumpto ex præsentia sine contradictione l.in adoptionibus cum gloss.ff.de adopt. & Decium ibi reprehendunt omnes Moderni,vt Ripa ibi colum.quinta,Bologn. tamen ibi nu.42. dicit esse distinguendum, nam aut interuenit ali-

quod

quod signum naturale, per quod apparet, quod
præsens, & tacens consentit, & tunc ego puto quod
communis opinio sit vera, quia adest verus con-
sensus naturalis, qui ita factu, sicut verbis demon
stratur, iuxta l. filiusfamil. ff. ad maced. & ideò si
in casu Angel. maritus procurasset, vt vxor face-
ret testamentum, ac eum instituerer, vel conuo-
casset Notarium, & testes dicendo quod volebat
facere testamentum, & aliquid relinquere sibi,
vel rogasset eam, vt aliquid sibi daret, vel aliquod
simile signum acquirendi demonstrasset, & tunc
per illam clausulam ex præsentia sola colligere-
tur consensus verus, & naturalis in donatione,
qui faceret verum pactum, cum ad essentiam pa-
cti non requiratur expressus consensus verbis, &
comprahenditur illa donatio in dispositione leg.
si quis argentum C. de donatio. vt volebat Ang.
& communiter Doctor. Si verò non interuenit
signum aliquod acceptationis, vel inferens con-
sensum naturalem, & tunc putat opinionem De-
cij. & sequacium veriorem esse, quod non erit ve-
ra donatio, ne comprahendetur sub dispositione
d. l. si quis argentum inducentis, quod nascitur a-
ctio ex pacto nudo, quia præsens, & tacens non
consentit, sed tenet medium d. cap. is qui tacet, &
alia ibi adducit Bologn. ad comprobandum opi-
nionem suam, in iudicando tamen non recedere
à communi opinione, pro cuius etiam veritate,
vide tu Iul. Clar. in §. donatio quæstio. 14. vers. sed
pone, & in quinta quæstio. in fine, & quæst. 6. vers.
sed quæro, cum q. 12. & 13. & aliqua per Dom. de
Franch. dec. 4.
140 Pone quod duo sunt rei debendi insolidum,
egi contra vnum, qui exceptionem opposuit, ego
hoc videns contra alium Correum egi, qui liben-
ter mihi soluit, & cessi sibi iura contra Correum,
qui immediatè facit illum carcerare, dicit Bald. in
d. l. penult. 15. quæst. quod debet relaxari, nam nó
potuit plus iuris transferre, quàm ipse habebat,
ex reg. nemo plus iuris de regul. iur. & cum eo,
pendebat lis super exceptionibus, & sic cessit rem
litigiosam. In qua actione cessa non potest esse
testis cedens pro cessionario, secundum Fely. in
c. insuper vers. quarto quæritur de test. Gui. Pap.
dec. 530. in fin.
Et illud, quod dictum est supra cessionem lite
141 pendente factam præsumi in fraudem ad finé
trahendi, quando priuilegiato fit, cum res litigio-
sa, neque donari possit l. lite pendente C. de litig.
& Afflict. decisio. 354. in fine, siuè lis sit contesta-
ta, siuè non in actione reali; secus autem in perso-
nali, cum in ea litis contestatio requiratur, secun-
dum gloss. in d. l. lite. Et cedens tunc omnia iura,
& actiones, videtur cessisse etiam actiones sibi
competentes contra obligatos in die, non autem
sub conditione, secundum Bald. in l. etsi post tres
vltim. column. ff. si quis caut. per Alexand. in l. si
stipulatus fuerim §. primo, ff. de verborum obli-
gation.
Verum facta cessione adhuc remanent actio-
nes directæ pænes cedentem, licet esset dictum,
quod cessit omnes actiones vtiles, & directas, ita
Castr. in l. quis ergo casus ff. de peculio, & Afflict.
in decisio. 335. num. 23. In tantum quod si non
interuenit vnum ex illis tribus contentis in leg. 3.
C. de nouat. poterit cedens alteri cedere. & cessus
debitor poterit rectè soluere cedenti, licet scierit
cessionem factam, ex quo requirebatur vnum ex
illis tribus contentis in d. l. 3 secundum glos. in
l. nomen C. quæ res pign. oblig. & Docto. in d. l. 3
Afflict. in d. dec. 335. circa finem; ideò cessiona-
rius debet denunciare debitori cesso ne soluat ce-
denti, & quando denunciat debet eum certiorare
de cessione, & debet ostendere instrumentum
cessionis, & legere, & copiam dimictere, secundú
Bart. in leg. prima num. 20. ff. de nou. oper nunc.
Quando auté debitor liberetur soluendo cedé-
ti; vel cedens possit aliquid facere post cessioné,
quod tendat in præiudicium cessionarij; dic si
apud creditorem cedentem nullum ius remansit,
quia habebat vtilem, & illam cessit, & tunc agere
non potest, & ille contra quem facta est cessio po-
terit repellere; idem si ibi remanserunt directæ
actiones, sed inutiles, vt contingit, quando habés
directas actiones cedit ex necessitate, vt in hære-
de rogato de restituendo, & in procuratore, qui
acquisiuit nomine domini, si verò pœnes ceden-
tem remanserunt directæ non omninò inutiles,
quia ex voluntate cessit, tunc in tribus casibus, de
quibus in d. leg. 3. C. de nouat. non potest agere,
præter illos, hoc est si vnum ex illis non interue-
nit potest, quia sine actione non agit:
Verum tamen est quod illud, quod exigit te-
netur restituere cessionario si ad commodum
cessionarij fuit facta cessio; Aut cessio fuit facta
ad commodum cedentis, vt quando illud, quod
venit exigendum per cessionarium venit resti-
tuendum cedenti, quia sic conuentum, & tunc
quic quid facit cedens sibi nocet, & tenet, & etiá
confessio ipsius cedentis nocet cessionario, quod
secus esset, si ad commodum cessionarij cessio fa-
cta esset, secundum Alexan. in consil. 109. volu. 5.
Afflict. in decision. 163. in fine, vide Castr. in l. fa-
cta §. si hæres ff. ad treb. & Guid. Pap. in decision.
530. & decisio. 567. vers. est necesse; Sed an ipse
debitor cessus possit opponere istam exceptioné
cessionis factæ ad finem excludendi cedentem,
vide Bartol. in l. facta circa princip. ff. ad Trebell.
Bal. in leg. prima in quinto colum. in vers. quin-
to quæritur, C. de act. & oblig. Gui. Pap. dec. 567.
num. 2.
Qualiter autem denunciatio fieri debeat in
materia d. leg. 3. C. de nouatio. dic quod in tali de-
nunciatione debet exhiberi, & declarari debitori
delegato, iuxta cap. causam electionis circa prin.
ibi porrecto valet scriptura extra de elect. Bar. in
l. non solum §. morte ff. de nou. oper. nun. & Gui.
Pap. dec. 530.
Vndè si venditor hæreditatis facit pactum de
142 non petendo debitori hæreditario, antequam
emptor denunciauerit tali debitori venditionem
sibi factam hæreditatis, vel antequam litem cum
eo sit contestatus, vel antequam debitam partem
receperit; quod tale pactum præiudicat emptori
hæreditatis habenti vtiles actiones, quia sicut po-
test intentare actiones in præiudicium habentis
vtiles, ita poterit eas remictere, sed postquam al-
terum de illis tribus interuenit, sicut non potest
agere, ita nec remictere d. l. 3. C. de nouat. & licet
venditor hæreditatis, pœnea qué remanserunt di-
recta

rectæ actiones, possit facere pactum de non petendo, antequam vnum ex prædictis interuenerit tamen secus est in hærede post restitutum hæreditatem fideicommissario vniuersali, quia cum directæ remaneant penes eum inefficaces l. prima, §. quamquam ff. ad Trebel. etiam antequam interueniat aliquod de illis tribus, non potest facere pactum in præiudicium fideicommissarij, limita vtrumque dictum, scilicet quando debitores liberati per pactum ignorabant hæreditatem venditam, aut restitutam, tunc propter probabilem eorum ignorantiam pactum eius prodest, & præiudicat emptori hæreditatis, vel fideicommissario, text. est qui de vtroque loquitur in l. final. ff. de transact. qui est singul. secundum Bald. in leg. prima, vltim. colum. C. quando prouocare non est necesse; Et quamuis Bart. in l. si cum emptore ff. de pact. dicat gloss. ibi in se ipsam contrariari, dum facit primo differentiam inter emptorem hæreditatis, & fideicommissarium, sed postea in fine parificat, nam verè gloss. non est contraria,
143 cum gloss. in fine loquatur, quando hæredes ignorabant, tunc veritas est, quod non est differentia, nec in personis, nec in tempore, vt in fine glo. secus si scirent; Benè verùm est, quod alia est contrarietas, nam gloss. vult, quod pactum cedentis, non noceat cessionario, quando interuenit vnum de tribus positis in dict. leg. 3. inter quæ est denunciatio, & sic gloss. vult quod requiratur denunciatio, vel protestatio ipsius emptoris, vel fideicommissarij, prout etiam tenet gloss. in l. nomen, C. quæ res pignor. sed postea gloss. in fine vult quod sufficiat qualitercumque debitor sciat; & sic vult non requiri notificationem emptoris, vel fideicommissarijs dic secundum Ias. in d. l. si cum emptore nu. 7. aliquando cessio fit in totum ad vtilitatem cessionarij, vt est quando hæreditas donatur, vel venditur alicui, quo casu omnis vtilitas, quæ percipietur ex tali hæreditate est ipsius cessionarij, & tunc qualitercumque debitores hæreditarij sciant sufficit; absque eo, quod emptor hæreditatis sibi denunciet, ita loquitur lex fin. cum gloss. ff. de transact. & ita loquitur gloss. ibi in fine d. l. si cum emptore; Aliquando cessio est facta in totum ad commodum, & damnum cedentis, & si nihil exigatur fit damnum cedentis, & tunc requiritur denunciatio, & de tali cessione propriè loquitur dict. lex tertia, C. de nouat. & ita tenent omnes, secundum Iaso. ibi. Et ex prædictis datur limitatio ad dict. leg. 3. & aliam tradit Angel. ibi, quam colligit ex differentia d. gloss. in d. l. si cum emptore, inter emptorem, & fideicommissarium, nam in fideicommissario non requiritur aliquod ex illis tribus d. l. 3.

Eo quia ponitur loco hæredis leg. qui quatrin-
144 genta ff. ad Trebell. limita d. l. 3. non procedere, quando in instrumento cessionis diceretur, quod cedens non solum transfert omnem actionem, quam habet contra debitorem suum, sed etiam cedit, & transfert omnem spem, & exercitium actionis, ita quod apud cedentem nullæ remaneant actionum reliquiæ, tunc cedens nullo modo posset agere, etiam antequam vnum de illis tribus interueniat Cepoll. in sua caut. 242.

Secundo limita d. l. 3. vt procedat in cessione facta inter viuos, secus si fieret ex vltima voluntate, text. est in leg. si pecuniam vbi Bald. & Paul. de Castr. ff. de leg. primo.

Tertiò limita quando habens directas est nudus minister, vt procurator, iuxta l. in causæ §. fin. cum leg. sequent. ff. de proc. tunc non habet locũ d. l. 3. secundum Bald. in d. l. si cum empt.

Quartò limita d. l. 3. vt procedat, quando apud eum, qui cessit remanent directæ actiones, secus si apud eum nihil remaneret, vt quia cedens haberet tantum vtiles; ita Barto. in l. ex asse, & in l. facta §. si hæres ad finem ff. ad Trebell.

Quintò limita quando cedens non est soluendo, & debitor sciret, secundum Alber. in leg. fina. C. de procur. Alia datur limitatio per Bald. in auth. sed iam per illum text. C. depos. Alia etiam per Bald. in l. 3. C. mand. Et alia per eundem Bal. in l. qui alij de hæred. vel act. vend. Alia datur limitatio per Angel. in leg. si post constitutum C. de const. pecun. Aliam tradunt Bald. & Salyc. limitationem add. l. 3. in l. pacto successorum, C. de pact. Amplia d. leg. 3. si cedens posuisset cessionarium in locum suum, secundum Castr. in dict. leg. si cum empt. Alexand. in leg. in prouincia §. si ego secunda column. vers. quinto fallit ff. de noui oper. nunc. Angel. in leg. qui quatrigenta ff. ad Trebellian. Secundo vt procedat etiam è contra, quia cedens, & sic habens iura directa potest denunciare debitori ne soluat cessionario, quando sua interest, text. est in l. hæres cum deberat, & ibi ponderat Raphael Cum. ff. ad Trebell. & Iaso. in dict. l. si cum empt. num. decimo, ff. de pact. Quando etiam liberetur debitor soluẽdo cedenti non obstante denunciatione sibi facta à cessionario ne soluat, vide benè Socc. in reg. 79. & 80.

Ponè quod denunciatio fuit facta testatori sic patri ne soluat cedenti, quo mortuo hæres, & sic filius soluit cedenti, an liberetur non obstante denunciatione facta eius patri mortuo, quia iustã habuit causam ignorantiæ, cũ in ius alterius successit, dicerem eum liberati, vide Deciũ in l. qui in alterius ff. de reg. iur. & Paul. de Castr. in l. de pecul. ff. de trib. act.

Hinc nota quod si cessi tibi actionem contra
145 Caium, & antequam intentares vnum ex tribus in dict. leg. tertia, C. de nouatio. contra Caium, liberaui eum à nexu debiti cessi, an detur tibi cessionario actio reuocatoria contra dictum Caium liberatum, quod sic, Bald. in rubr. C. de reuoc. his quæ in fraudem creditorum, Aretin. in §. item si quis in fraud. num. vndecimo, versic. secunda conclusio institut. de actio. adde Vrsil. in decisio. citat. 335.

Sed an valeat cessio prædicta iuris hypothecæ
146 existentis super rebus feudalibus sine regio assensu, quod sic, nam prohibitus donare, non censetur prohibitus obligationem remittere, vt leg. prima, §. primo, & l. Lucius ff. quibus mod. pign. vel hypot. sol. Quid si habet ius, & actionem ad vendicandum feudum, an valeat cessio iuris prædicti, absque assensu, Afflict. in decisio. 232. tenet, quod sic, de qua quæst. vide Capyc. in decisio. 156.

Et



AVREA COMMENTARIA
SVPER
PRAGMATICA REGNI IX. Cap. 2.
DE OFFICIO IVDICVM.

LVCAE MATTHAEI DE APICELLA I. C.

IN QVIBVS DILVCIDE PERTRACTATVR materia Suspition. Official.



SVMMARIVM.

1 IVDEX iudicare non potest in causa, in qua aliquis filius, frater, vtrinque coniunctus. & alij affines sunt Aduocati, nec interesse discussioni, si commissarius nō est. & ibi text Pragm.

Aduocari non potest, neq; publicè, & secretò per eos vbi aliquis est officialis in tali gradu coniunctio.

2 Iudex non debet esse partialis, nec se debet moueri prece, spe, odio, vel amore, & qualiter se gerere debet, & quæ ei conueniant, & quando illa non seruat potest recusari, & in dubio præsumitur bonus.

3 Iudex ordinarius de iure Canonico potest recusari, & cā est exprimenda. Et si est euidenter frustratoria, & probanda, sed coram arbitris.

Arbitri an sint petendi à recusante, vel à Iudice sint dandi ibid. ver. verumtamen.

4 Arbitri sunt eligendi à Iudice allegata causa suspitionis coram quibus probationes sunt faciendæ, & qualiter sint eligendi & quo in loco eligendi. & infra nu. 12.

5 Causa suspitionis si probata non fuit in termino Iudex poterit ad vlteriora procedere.

Et an causa non proposita sit coram illis probanda.

Et si fuerit probata Iudex non procedet.

Cardinales, & totum Collegium an possint recusari suspe. cis ver. & nedum.

Pontifex an possit recusari suspectus ibid.

6 Iudex ordinarius recusationis causa probata debet alteri causam committere. vel superiori remittere alteri delegandam.

Arbitri non possunt nisi causam suspitionis cognoscere, de causa principali nequaquam alteri committendo, nisi de consensu recusantis, & alterius, ver. & sic & ille consensus recusantis an sit necessarius respectu commissionis fiendae, vel autem personæ eligendæ ibidem, vt arbiter possit pronuntiare eo inuito alteri committendam.

Verba, quæ de sui natura sunt præceptiua exponuntur cōsultiuè ibid.

7 Ordinarius licet possit alteri causā delegare, tamen eo recusato non potest nisi de consensu partis recusantis respectu eius interesse ne committeretur alteri suspecto, vt præsumitur.

Et sic eo absente requiritur consensus tām respectu commissionis, quàm personæ eligendæ.

8 Causa suspitionis si vna est allegata, & postea alia probata coram arbitris an sufficiat ad recusandum, & quid in appellatione an idem sit.

9 Arbitri eligendi an sufficiat vnus, vel plures sint eligendi.

10 Princeps an possit rescribere, vt coram suspecto Iudice litigetur.

11 Causa suspitionis scandalum adferens si exprimitur an exprimenda sit; sic & agens actione iniuriarum.

12 Arbitri eligendi sunt non suspecti præstita lite, alias possent recusari.

Et an debeant esse Clerici, ver. & hi.

recuſatur; & officialis errato ordinario recuſatur, ſed nõ appellatur.

Recuſatio an cenſeatur ſublata, vbi eſt remota appellatio de iure Canonico, tàm de iure communi, quàm ſpeciali, & qualiter iure antiquo cauebatur in materia appellationis, ver. aduerte tamen, & quid de iure ciuili.

38 Delegati ſi ſunt plures in cauſa cum clauſula quod ſi nõ omnes. ſi vnus recuſatur an arbitri ſint eligendi, vel eorum collega ſit proponenda, & probanda.

Et ſi ſunt cum clauſula & eorum cuilibet an idem ſit.

39 Cauſa recuſationis in delegato an ſit proponenda ante litis conteſtationem, & quando poſteà opponi poteſt, & quomodo, & antè conclusionem in cauſa quando ſit admittenda ſi orta ſit ante, vel poſt concluſionem illam & quomodo.

40 Recuſatio an proponi poſſit ante prolationem ſententia. ſi quidem Iudex ſententiam ab eo ſcriptam, vel ſubſcriptã ordinario legendam tradidit.

41 Minores, & priuilegiati an reſtituantur in integrum ad recuſandum Iudicem ex cauſa orta poſt concluſionem.

42 Suſpitio an eadem allegari poſſit in ſucceſſore in officio, ſicuti in prædeceſſore.

43 Suſpecti an poſſint allegari omnes de vna Prouincia, Ciuitate, loco, vel parentela & quando.

Et quæ cautela per Iudicem adhiberi poſſit.

Electio an ſit facienda de confidatis datis à parte Iudici, ver. & licet.

Et approbatum, vel non ſuſpectum allegatum, vel impetratum, & conceſſum an recuſare poſſit litigans, ver. & ſi quis, & n. 44. ver. & ſi Iudex.

44 Delegati ſi plures ſunt dati in cauſa an omnes poſſint recuſari. & quando.

Et quid ſi debet aſſiſtere tempore deciſionis. & de materia propoſitionis libelli, & coram quo, & qui ſint recuſandi, & arbitrorũ, electione, & tẽporis præfinitione, & ſuſpitione probata quid agendum remiſſiuè.

45 Suſpitionis allegatio an impediat curſum fatalium pendẽte diſcuſſione illius.

Papa an poſſit cauſam committere recuſatione remota, ver. & an Papa. & nu. 40.

Et ſi poterit adhuc recuſari.

Et quid de plenitudine poteſtatis.

46 Appellatio ſi ſit à ſententia ſubdelegati ſubſtituti recuſati ad quem ſit facienda, ſit in ſubſtituto ab ordinario Iudice.

Et ſi poterunt adiri in delegando cauſam appellationis, ſicut. & delegationis; & quæ cautela ſit ad euadendam illius recuſationem.

47 Delegatus Epiſcopo poteſt recuſari ſuſpectus, & ſi contingit appellari an ad eundem Epiſcopum ſit appellandũ, & quando.

Et an ad eius Vicarium, & quando.

Archiepiſcopus, Papa, & ſimiles, quando, & quomodo allegantur. ver. Papa autem.

48 Iudex recuſatus an in facto notorio illa non obſtante poſſit procedere.

Sententia lata per delegatum, per quem executioni demãdabitur per ipſum delegatum, vel Iudicem delegantem ſuſpectum ibid.

49 Appellatio ſi fuit remota in reſcripto de qua intelligitur, ſic in recuſatione: ſic in attentatione, ſimiliter de collatione alteri facta de beneficio, de qua ſentijſſe videtur. Et quid de plenitudine poteſtatis.

50 Ius Canonicum ſeruandum eſt in foro Eccleſiæ in recuſatione Iudicis.

In Ciuitate Cauæ in ipſa recuſatione quale ſeruetur ibidem.

51 Iudex impetratus à Procuratore, an poſſit recuſari à domino, ſic quando eſt commune conſenſu obtentus. & numero 63.

52 Synodus an poſſit recuſari ſuſpecta, ſicut totus Senatus; vel caput Collegij, vel Concilium generale, & quando.

53 Recuſatio iuriſdictionem delegati peremit quando legitimè eſt propoſita.

Suſpecti poſſunt allegari omnes iuriſdictionem habentes, ver. & non tantum.

54 Cauſa, quæ ſufficiunt ad recuſandum ordinarium. ſufficiens ad recuſationem delegati, ſed non è contra quæ ſunt plures. prima ſi dominus ſit impetrantis; ſecunda ſi familiaris, vel commenſalis, tertia ſi Canonicus, quartò ſi Iudex ipſe impetrauit. quinta ſi conſimilem cauſam habet, ſexta quando ad inuicem impetrati ſunt vnus, contra alium. ſeptima ſi ſit ſuffraganeus, octaua ſi ſit de eadem terra oriundus, nona ſi ſit conſanguineus, vel affinis, decima ſi fuerit Aduocatus in eadem cauſa, vndecima ſi fuerit ab eo appellatum duodecima ſi Comes ſit decimatertia ſi ſit inimicus domini mei, & ibi declarantur quomodo procedant.

55 Arbitri electi ſi nolunt ſuſcipere onus an cogi poſſint à delegato.

Et ſi duo ſint electi, & diſcordant quid agendum.

Et ſi in electione tertij concordare nequeant ibid.

56 Examinator ſi non obſtãte ſuſpitione allegata proceſſit ad receptionem teſtium an examen ſit validum.

57 Conſultor quando dicitur vt aſſeſſor ordinarius, vel aſſumptus. & qualiter recuſatur.

Et ſi ſecularis eſſe poteſt Iudicis Eccleſiaſtici.

Et ſi in electione poſſunt recuſari omnes ſapientes Ciuitatis & nu. 59. ver. in foro.

Et ſi fuit electus in contumaciam, vel de non ſuſpectis ſi deindè allegari poteſt. & nu 67.

58 Arbitri neceſſarij, qui eliguntur in cauſa inter affines compromittenda an poſſint recuſari & dicantur potius Iudices delegati, & an idem ius in eis ſeruandum ſit, & ſemel electis præuia liſta an allegari deindè poſſint, & quando.

59 Appellari an poſſit à ſententia illorum, quomodo, & quãdo, ver. & à ſententia Et quo iure Canonico, vel ciuili, & qualiter de iure Ciuili procedatur.

60 Sindicatores an poſſint per ſindicandum ſuſpecti allegari, & cauſa requiratur, & ſi procedant vt ordinarij.

61 Et ſi vt delegati à lege, vel ſtatuto, vel conſuetudine, an idem ius ſit.

Et ſi cauſa requiratur. & quo iure.

62 Et cauſa ſuſpitionum prima eſt ſi ſyndicatores fuerunt à ſindicando inquiſiti. puniti, vel carcerati. Secundo ſi ad aliqua verba minatiua proceſſit tempore officij electus ille.

Iniuria an dicatur ſi fuerit dictũ al ſindicato t'aſpetto ver. Imo.

Iudex quando per verba dura, vel contumelioſa prolata contra aliquem recuſetur ver & illud.

Cauſa ſuſpitionis contra ſindicatores erit ſi ipſe conuocauit querulantes ver. 3. 4. quando eadem ex verbis illius proferentis coniecturari poſſit, & quando ver. 4.

Familia ſindicandi an vti poſſit eiſdem cauſis in recuſãdo illos, & ſi dicatur ſuſpecta, vt dominus ver & non ſolum.

63 Sindicatores ſi plures ſint, & vnus eſt ſuſpectus, an ille allegari poſſit.

Et ſi tempore electionis ſindicandus dixit neminem habere ſuſpectum, an poſſit poſteà illos allegare, & quando, ver. & aduerte.

Sindicandus an non obſtante cautione finito officio præſtita de parendo ſindicatini poſſit illos recuſare, & infra quantum tempus.

Et an cauſa non ſufficiens ad eam cauſandam, ſemiplenè ſufficiat ad ſuſpitionem inducendam in fin.

64 Delegatus ad vniuerſitatem cauſarum quando dicitur, & quando particularis.

Et si recusetur suspectus, & assimiletur Iudici ordinario.

65 Iudex ordinarius, vel delegatus ad vniuersitatem causarum de iure ciuili quando allegantur suspecti an in totum remoueantur, vel detur adiunctus. & quando in totum recusatur. & ille adiunctus quis esse debet.

Et an de iure Canonico idem sit.

66 Delegatus particularis, etiam si non sit Principis qualiter recusetur & eligendus Iudex per quem sit, & electo quo iure procedendum sit Canonico, vel ciuili, & libellus coram quo offeratur, & arbitri per quem eligendi, & eorũ sententia exequenda. & ab eius sententia ad quem appellatur.

68 Suspitio quando proponitur hodiè intus Ciuitatem Neapolis qualiter, & coram quo sit proponenda.

Iudex recusatus, neq; relationi, vel discussioni adesse debet ver. & adeò.

Suspecto capite S.C vel alio magna Prehemiuentia an alij recusari possint, si ei nemo audet contradicere vers. & si maior.

69 Auditores Prouinciales suspecti coram quibus recusantur.

70 Officiales Regij, vel Baronales, coram quibus recusantur.

71 Suspitio quando proponitur seruatur ius Canonicum, vt probetur illa dato termino in causa.

72 Causa an sit specificanda proxima. vel remota in recusatione Iudicis de iure Ciuili, & quid de iure Canonico quod ius seruatur in illius recusatione.

73 Iudex si est suspectus de iure, sed non recusatur, potest in causa procedere, & acta valent.

Et si pars illum allegauit, & posteà adhuc coram eo litigauit an remissa censeatur.

Et si minimè post allegationem institit, & Iudex adhuc processit an acta sint nulla.

74 Suspecti quando allegantur Iudices hodiè non obseruatur, vt coram diœcesano probetur, sed nouella Pragmatica, vt coram superioribus vel Collegis Regijs, tàm in Iudice ordinario, quàm delegato.

75 Suspitio quo tempore litis sit allegãda, an post litem contestatam & post conclusionem in causa. & quando.

76 Minor post conclusionem in causa factam per viam restitutionis in integrum an restituatur ad illum suspectum recusandum.

77 Appellari an possit à sententia declarante Iudicem suspectum.

78 Allegans suspectum Iudicem, & non probans pœnam soluit, an extra Ciuitatem Neap. & per procuratorem quando potest allegari suspectus, & nu. 87.

79 Iudex causæ principalis recusato Iudice, an possit causã finire ex probationibus receptis per recusatum pendente suspitione allegata.

80 Suspitio quando allegatur capitis Collegij. vel Senatus, cui Officiales non audent contradicere, vel maior pars Officialium debet proponi coram superiore illius.

81 Suspitio quando proponitur hodiè quid seruandum sit secundum ius Regni in ipsius prosequutione.

Et si terminus statuendus per Iudicem recusatum sit ei arbitrarius.

Et si à principio aderat, sed nõ fuit opposita, vel si ex post facto superuenit.

Et si comparuit cum protestatione de non consentiendo.

Et si potuit confirmari sententia lata post illam recusationem, si iusta erat remissiuè in fine.

82 Iudex quando est recusatus, vt suspectus, qualis sit alius eligendus & à quo.

Baronis Officialis quando allegatur suspectus qualiter sit procedendum illo recusato in alia electione facienda. & si Baro adhuc est suspectus. & si est Assessor suspectus & non Capitaneus ibid.

83 Appellari quando contingit à Consilio Doctoris electi per Baronem in locum recusati ordinarij ad quem sit appellandum ad Regios Officiales superiores, vel ad Iudicem secundorum causarum Baronis.

Appellari quando contingit à sententia lata per electum Episcopo recusato ad quem sit appellandum, ver. & in hac.

84 Sententiam latam per delegatum subrogatum in locum delegati recusati quis exequitur.

Et an sit delegatus suspectus etiam in exequendo.

Et si suspitio extendatur etiam post latam sententiam à subdelegato.

Et quando delegatus sententiam exequi potest.

Præses Sacri Consilij suspectus in iudicando, an dicatur etiam in delegando.

Et si ille electus à domino Præsidente dicatur delegatus ver. sed an suspectus.

Sententia lata à Iudice notoriè suspecto an præiudicet, ver. & an sententia.

85 Iudex suspitione allegata non potest procedere in causa, fallit in pluribus casibus.

Episcopus potest petere immissionem tenutæ in bonis relictis pauperibus coram eius Vicario vers. sexto fallit, vbi quando non redditur suspectus si actio tempore est peritura, in causis vilissimis inter pariter coniunctos, in Officiali delinquente in officio, si consuetudo aliter dictaret, in Episcopo in causa eius Ecclesiæ. in retractatione rei venditæ per Episcopum, in viro magnæ sanctimoniæ, si est compater quando compaternitas suspitionem arguit.

Suspitio quanta sit Iudicis arbitrio relinquitur vers. sic quando dicitur.

86 Episcopus si allegatur suspectus quid faciendum. & si lis est inter Episcopos suffraganeos & si est inter Episcopum, & subditos.

A sententia Arbitrorum quando eliguntur in causa inter Episcopum, & subditum ad quem appellatur ibid.

88 Causæ suspitionum in Iudice ordinario sunt plures, vt si est dominus aduersarij, si esset vassallus vnius partis, si esset consanguineus, & quando, & vsq; ad quem gradũ tàm affinitatis, quàm consanguinitatis, & an consuetudo attendatur.

Et si magis præualet linea masculina.

Et si esset vtrique parti in pari gradu coniunctus. & an in consanguineo consanguinei mei.

Et si contentiosa est iurisdictio.

89 Et si non opponitur à parte an acta valeant quando est suspectus suspitione iuris.

Et quid in Iudice affine.

Et quid si Iudex est consanguineus impetrantis, causa tamen non est sua, sed Ecclesiæ, cuius nomine agit ver. quid si Iudex.

90 Episcopus in causa eius Ecclesiæ an possit recusari, vt suspectus, & quando potest esse Iudex.

Et si potest procedere per censuras contra delinquentem externum in eius Diœcesi, vel turbantem in visitatione, & iurisdictione.

Consanguineus in causa Ecclesiæ consanguinei an possit recusari ver. sed an consanguineus.

Suspectus an possit recusari si filius, consanguineus, vel commensalis Iudicis fuit Aduocatus in causa illa. vers. quid autem.

92 Suspectus an sit Iudex si successit posteà in ea causa in causa appellationis.

93 Et si per priùs fuit Aduocatus in illa causa.

94 Et si litigat in alia simili causa; & qua dicatur similis.

Et si fuit testis in eadem causa, vel si fuit Arbiter, & sic laudauit.

95 Et si est pars nimis familiaris, vel Amica Iudici Et quanam amicitia repellit.

Et qua inimicitia sufficiens erit ad testem repellendum.

Et

96 Et an inimicus, & si extendatur ad personas de familia, & si est præsumptus, vel si iustam causam habet inimicitiæ præsumenda, & si ignorat esse commissam.

97 Et si causa sum Iudice habet tanquam priuato. Et si fuit minatus accedi parti. Et si debet esse capitalis.

Et si est Iudex consanguineus inimici alterius partis, vel copulauit amicitiam, vel parentelã cum inimico, & infra ver. & non tantum.

Et si est subditus inimici contendentis

98 Et si fuit de præterito, sed modo reconciliatus, & si idem est in testimonio.

99. Et si Iudex est imperitus, & causa est subtilis.

Et si est nimis seuerus, vel si animosè, & iniustè procedit & extraiudicialiter.

100 Et si est indiscretus. & si est ingratus.

Et si appellatum est ab eius sententia an in illa, & alia possit recusari.

Et si donationem aliquam accepit ab alia partium ver. item redditur.

Et si est compater partis.

101 Et si Iudex est socius, vel commensalis alterius partis. ver decimatertia est causa. & ibi si est conterraneus alterius partis.

Et si esset electus de contraria factione in Ciuitate versic. decimaquarta est.

102 Et si antè propalauit eius votum.

Iudex an possit ius dicere extra locum, in loco tamen suæ iurisdictionis ibid.

103. Et si occultè loquitur cum parte. & an in causa sui scholaris.

Episcopus quando dicitur suspectus, recusato Vicario, ver. nota tamen.

Et si succedit in causa appellationis an possit esse in causa, in qua prius fuit Iudex à quo ver. & si Iudex.

104 Et an si est fideiussor in causa sui debitoris, & vbi damnum, vel commodum sentire potest, & nu 106.

Et si ab altera parte fuit corruptus ver. redditur.

105 Et an in causa propria, & quid in Rege, & Imperatore.

Et si impetrauit in Iudicem dominum meum ver. 19. est causa.

Et si ipse Iudex se impetrare procurauit ver. vigesima causa est.

106 Et si nolit audire aduocatum in causa in 23. causa.

Causa sufficiens ad remouendum Procuratorem, vel Arbitrum, vel testem, an sufficiat pro Iudicis recusatione ver. sic etiam.

107 Et an ex alijs in iure non expressis possit recusari.

Iudex an possit leges extẽdere interpretando, & quomodo & si ius facit vniuersale ibid.

108 Et si est Iudex illius, qui filium præsentauit in aliquo iure patronatus.

Interrogari an possit Iudex recusatus per arbitros de causa suspitionis.

109 Et si habetur, vt priuatus eo casu. & quid in causa criminosa.

110 Suspectus de iure communi non reddebatur Iudex vbi erat Aduocatus vnius partis filius, vel coniunctus Iudicis.

111 Pragmatica, vel lex, sententia, etiam interlocutoria Principis an faciant ius vniuersale in toto eius Regno.

112 Pragmatica de suspitione loquens de Patruo, de quo intelligitur, & Patruus, qui propriè dicitur. & qui Patruus magnus dicatur, vt omnes alios comprahendisse videatur & nu. 113 114 115. & 116.

Verba Pragmatica propriè, & strictè sunt intelligenda, maximè in materia odiosa ver. eo magis.

113 Et si est pronepos Aduocatus an extendatur ad illum. & si veniat appellatione Nepotis.

N. potes ex fratre an veniant in institutura pro se, & nepotibus, & qui propriè dicantur. & quando cæteri comprehendantur. nu. 116.

114 Et consobrinus in ea expressus, qui dicantur vt comprehensus dicatur, & qui consobrini propriè dicantur.

Patrueles, qui dicantur, & qui amitini, Et si illi veniant in illa.

Verba Pragmatica quando extenduntur ad alias personas non expressas, sed comprahendi possunt ratione studiasta materia ver. & licet, & nu 111.

Et an in causa publica vtilitatis possit extendi. ver. & St.

115 Et an ex identitate rationis.

Et quando casus verus, & fictus æquiparantur si extenditur.

116 Communis vsus loquendi etiam in materia odiosa, & pœnali semper attenditur ibidem. & etiam in legibus peritorum, & alijs dispositionibus conditis à iure petitiæ ver. & prædicta.

117 Et qualiter probetur ille communis vsus loquendi.

118 Filius, qui nominatur in Pragmatica illa an intelligatur etiam de naturali tantum. & appellatione filiorum in legibus, si veniant naturales tantum. in familia, domo, & casata, & in statutis cum seqq. & nu. 121.

119 Et quid de incestuoso, vel nefario. Et si sunt in potestate, & si legitimantur per subsequens matrimonium ex dispensatione Apostolica. & quid si pater ignorabat impedimentum.

120 Et si est legitimatus an ille comprahendatur, & si dicitur legitimè natus.

Et si esset frater bastardus, vel nati ex eo, patruo Iudice existente an comprehendatur.

Et si nepotum appellatione veniunt spurij, & si legitimatus dicatur quoad agnatos.

Et si veniat ille ad exclusionem fœminarum in Regno. ver. & si legitimatur.

121 Spurij, Doctores an fieri possint.

122 Et si filius sit emancipatus Aduocatus, & Pater Iudex an idem sit, vt in filio in potestate, & si filius emancipatus an ad hoc, vt filius habeatur in materia legis, vel statuti aliquid disponentis in personã filiorum, vt in pragmatica per excellentem, & in compromisso, & agnationis.

Iura sanguinis sunt immutabilia ibid.

Nepos natus, & conceptus post emancipationem filij an sit agnatus Aui ver. & nepos

123 Et si filius sit arrogatus an idem sit, & si transit in potestatem arrogantis. Et si comprahendatur in materia Pragmatica per excellentem.

124 Et si est adoptatus ab extraneo, vel ab ascendenti an idem sit.

Et si habeantur, vt filij in quauis materia.

125 Cognatus Aduocatus Iudicantis an dicantur etiam si sola sponsalia contracta sunt de futuro, vt Pragmatica extendatur.

Et si sponsus de futuro comprahendatur in materia legis vel statuti de affine loquentium, et ibi affinitas quando propriè contrahitur.

126 Et si contracta est affinitas ex coitu illicito an adhuc ille comprahendatur in hac materia suspitionis.

127 Et an affinitas dissoluatur per mortem vxoris, itaq; nõ obstet eo casu Pragmatica ista, sic & pragm. de compromissis. & 132. in fin.

128 Gener si est Aduocatus vbi socer est Iudex an idem sit. & si est loco filij, & si potest stipulari pro patre absente.

129 Aduocatus si est consanguineus, sed in gradu remotiori posito in pragmatica an comprahendatur in illa.

& si est Compater Iudici, an esse poterat. & etiam testis.

130 Procurator an comprahendatur, vt Iudex affinis suspectus recusetur, & in quibus differat ab Aduocato. & in qua ætate esse debet. & de officio vtriusque quod nam magis laudabile.

Et si eorum salarium dicatur peculium quasi Castrense.

& si large modo Aduocatus dicitur Procurator. & si veniat appellatione Aduocati.

Et si Pragmatica extendatur in Magistris Actorum, & Procuratoribus.

191 *Gradus qualis sit in illa Pragmatica expressus dum de quarto gradu loquatur. & si filij coniugum diuersi matrimonij, vt affines comprahendantur in illa.*

192 *Affinitatis gradus, & genera quot sint, & quomodo nobis dicantur affines, & in quo gradu per carnis copulam attinenti. & si dicitur in eo gradu nobis affinis, sicut est persona cui attingit illa.*

Priuignus, & vitricus an comprahendantur sub illa pragmat. loquenti de filio, & patre, & an soluta affinitate per mortem vxoris. ver. in tantum.

193 *Sponsalia contracta per pueros an causent affinitatem, & quomodo, vt pragm. ad illos extendatur.*

194 *Gradus affinitatis quomodo probandus sit in ista materia, & an per testes de auditu. & an per verba enunciatiua in libello prolata, & quasi possessio articulata sufficiat, & an per famam.*

195 *Ratio quare hæc Pragmatica vetauit iudicare consanguineos attinentes in eo gradu expresso.*

196 *Gradus de iure ciuili aliter computatur, quàm de iure Canonico, & secundum quale ius computandus sit in ista materia suspitionis, & in alijs negotijs.*

197 *Iudex si est coniunctus in æquali gradu vtrique litiganti, vel Aduocatis ambarum partium an suspectus recusari possit & si in dispari gradu.*

Suspectus an sit Iudex appellationis si in ea causa est Aduocatus de contentis in illa Pragmatica, vel si attineret Iudex appellationis Iudici à quo in gradu ibi expresso ver. redditur.

198 *Suspitionem an poterit tertius in iudicio comparens opponere pro eius interesse si principalis opponere non potuisset. Et si alias opponere possit, & in qua parte iudicij.*

Et an impedire executionem sententiæ transactæ in rem iudicatam tam in causa assistentia, quàm actione hypothecaria dicendo pignus esse sibi prius obligatū, & quid faciendum.

Et an ad instātiam secundi creditoris possit fieri venditio pignoris non dimisso primo creditore.

Et in quibus alijs tertius opponere possit exequutionem in materia proprietatis vel possessionis, cæterisque alijs.

Et opponens in iudicio lite pendente an audiatur in terminis, in quibus causa reperitur.

Et quid differt comparere ad adiuuandum litigantē, vel pro suo tantum interesse ad infringendum iura competitoris, & quando facit differre iudicium.

1 *HILIPPVS DEI GRATIA REX, &c. In primis itaque statuimus, quod nullus Iudex maior, siuè minor, & Regentes supremi Regij Collateralis Consilij, & cuiusuis alterius Tribunalis, etiam si esset caput, seù Præsidens Tribunalis possit votare, nec interesse relationi, & discussioni quarumuis causarum ciuilium, criminalium, siuè mixtarum, nec etiam feudalium quibus fuerit Aduocatus aliquis filius, siuè frater vtrinque coniunctus, vel ex altero latere coniunctus, consobrinus, cognatus, vel nepos, siuè patruus suus, licet non sit ipse Commissarius causæ, & nemo Aduocatus coniunctus alicui ex Iudicibus in prædictis gradibus possit secretè, vel occultè aduocare, seù consulere in causa aliqua, in qua aliquis ex prædictis Iudicibus sibi aliquo ex prædictis gradibus coniunctus iudicaturus est: Pœna namq; contrauenientis est toties, quoties contrauenerit pœnam Regiæ Indignationis, & ducatorum mille Fisco applicanda, & alia puniatur pœna arbitrio Proregis reseruata.*

2 Iudex enim præcauere debet, vt non sit partialis, sed communis, atque vndique, nam vt dicit Berracch. in tract. de gabell. non debet honesto viro aliquod dictorum nominum partialitatis assumere, maximè in eo, qui ius reddere debet est abhominabile, cum sicut lex est communis, ita etiam debet esse Iudex; vndè dolendum de eo, qui per partialitatem, & pecuniam, atque fauores, & insuper absque eo, quod insufficientia sit approbatus, (vt decet) ad Tribunal vbi ius reddi debet se intrusit; Intentio enim Iudicis debet esse in vtilitatem communem (hoc est, quod in Iudice non debet esse particularis consideratio vnius personæ) sed nulla habita consideratione ad personam debet legem effectui tradere, aliàs nō diceretur legis exequutor, sed transgressor; Quare Iudex euitare debet omnem occasionem, ne eius intentio in alteram partem declinetur; nec debet fauere vni parti magis quàm alteri, aliàs recusari posset, secundum Innoc. in cap. accedens, vt lite contest. Taliter enim se debet habere, vt apud eum non sit exceptio personarū, secundum Speculat. in tit. de leg. vers. 8. Et proindè debet carere passionibus animi, quod non debet moueri prece, pretio, & odio, vel amore clem. 1. glos. 2. ibi Card. de hæret. 11. quæst. 3. cap. quatuor; Debet etiam esse fortis, & æquus vt libra, nec declinans, nec claudicans ad dexteram, nec sinistram, sed æqua lance debet esse medius inter partes, & debet habere truncū fortitudinis, corticem veritatis, medullā veritatis, quam quilibet Iudex antè oculos habere debet, vt not. ff. de eo quod certo loco l. quod si æphasi, frondes humilitatis, folia sagacitatis, flores honestatis, fructus bonæ operationis, sicut in canticis, iustus, vt palma florebit; Hinc testatur Valer. Max. in li. 6. c. 3. Hystò. de Cambise Rege, qui quendam Iudicem de falso conuictum excoriari fecit, & pellem extendi super chatedram, vbi filius qui ei successit in officio prò Tribunali debuit sedere, vt patris pellem videndo exemplū acciperet, nec malos liberandi, nec bonos condemnandi voluntatē haberet, vbi addit versus.

Sede sedens iusta, Iudex inflexibilis.
Stasit tibi lucerna, lux, lex, pellisq; paterna
Manibus se secans munus, ab aure preces.

& refert de Nigr. super c. Reg. incip. pridē quadā. Quam non omni tpe ministrabat, & operabatur, non mirū si suspectus iudicabatur Iudex, & à iudicando repellebatur. Quia tñ rō omnis suspitio repellit Iudicē à libramine iustitię, cum pſumatur vtique bonus; Non inutile iudicaui de suspitione aliqua dicere; q̄ nā sint causæ suspitionū, q̄ valeāt suspectū reddere Iudicē, ne maledicentiū linguis ob leuē, & nullam cām videntes se iustitiæ gladio regere, valeat bonus aliquando Iudex suspectus

A iudicari, quod ferri non potest, nec debet. (A)

3 Quia de iure Canonico diuersū ius statutum est circa suspitionem officialium, diuersoq; modo proceditur, quàm de iure ciuili; Ideò videndum est prius qualiter procedatur de iure Canonico;

Quo

Quia iure ſtatutum eſt poſſe Iudicem ordinariũ ſuſpectũ allegari, & recuſari c. cum ſpeciali, & ibi gloſſ. & Doct. de appell. & cap. ſi quis contra clericum de foro competenti, & capit. ſuſpitionis de officio delegat. & cauſa ſuſpitionis allegari, & probari debet, non tantum allegari, & probari, ſed debet eſſe legitima, & iuſta, alias ſi euidenter eſſet fruſtratoria, Iudex debet ſpernere, & ad vlteriora procedere d. cap. cum ſpeciali, & ibi Abb. circa finem, ipſaque cauſa ſuſpitionis allegari debet coram ipſomet Iudice recuſato, non autem tenetur coram eo offerre probationes ſuſpitionũ, cum probatio ſit facienda coram arbitris.

Verum tamen eſt, quod ille tertius ſtatuendus eſt per ipſum Iudicem, nec tenetur ipſe recuſans petere, vt arbitri eligantur, ſed iſtud eſt officium Iudicis, vt probatur in cap. 2. requiris de appellat. Inno. & Abb. in d. c. cum ſpeciali circa fin. per illũ
B text. (B)

Vndè allegata cauſa ſuſpitionis, Iudex ipſe de-
4 bet eligere arbitros, coram quibus talis ſuſpitio allegata probari poſſit, & iſta electio arbitrorum debet fieri partibus auditis, præuia liſta ſuſpectorum, vt practica docet, & iſta electio non debet fieri in eodem loco, in quo Iudex recuſatus reſidet, & iuſtitiam miniſtrat, cum ſæpè Iudex ſit ita potens in loco, maximè ſi eſt prælatus loci, quod
C recuſans non habet idoneos arbitros in loco. (C) ſed debet fieri de arbitris alibi exiſtentibus, dummodò non ſint valdè remoti, & dicuntur valdè remoti, qui diſtant vltra duas dietas, argum. cap. nõnulli de reſcript. vel hodiè vltra vnam dietam, arg. cap. ſtatutum eodẽ tit. libr. 6. ſecundum Abb. in d. cap. 2. requiris 2. col. de appell. & ſi intra terminum competentẽ à Iudice aſſignandum probata non fuerit cauſa ſuſpitionis allegata, Iudex ex tunc in cauſa procedit.

5 Et nota quod non ſufficit probare coram arbitris cauſam ſuſpitionis coram Iudice non propoſitam, ſecundum Ioan. Andr. in cap. poſtremo de appell. & Specul. in tit. de recuſ. §. fin. verſ. quid ſi vnam, & Abb. in d. cap. 2. requiris de appellat. ſed ſi ſuſpitio fuerit probata, Iudex in cauſa non procedet, quia ſuſpecti, inimici, Iudices eſſe non debent, d. c. 2. requiris.

Et nedum Iudicem ordinarium ſic ſuſpectum allegari poſſe, ſed etiam Cardinales, imò totum Collegium Cardinalium cum cauſa; Papa verò, & Imperator, & alij non recognoſcentes ſuperiorem ſuſpecti allegari non poſſunt, Caualc. deciſ. 28. 2. par.

6 Sed quid erit tunc agendum probata cauſa ſuſpitionis cũ deſinat Iudex eſſe: dic quod eo caſu dictam cauſam ipſemet ſuſpectus, & recuſatus Iudex ordinarius poterit alteri cauſam committere, vel eam ad ſuperiorem remittere, ſecundũ gloſ. & Abb. in d. cap. 2. requiris, & ſic probata ſuſpitione arbitri ipſi, qui cognouerunt de cauſa ſuſpitionis, non cognoſcent de cauſa principali, ſed erit in electione Iudicis recuſati cauſam remittere ad ſuperiorem, vel ſi vult alteri delegare, & ſi delegat debet habere conſenſum recuſatoris, & etiam actoris, ſecundum gloſ. in d. cap. cum ſpeciali, & ibi Ioan. Andr. intelligit, vt illa clauſula referatur ad commiſſionem faciendam, non autem ad perſonam, cui facienda eſt commiſſio, quaſi ſi velit dicere, quod conſenſus recuſatoris non eſt neceſſarius reſpectu perſonæ, cui fienda eſt commiſſio, ſed ſufficit, quod conſentiat commiſſioni fiendæ, Ant. de Butr. tamen ibi videtur tenere, quod ante pronunciationem poſſit cauſam cõmittere, etiam inuito recuſatore, ſed poſt pronunciationem non, quia pronunciatio inficit iuriſdictionem Iudicis, Abb. verò in cap. ſi quis contra clericum de foro compet. dixit quod illa clauſula de recuſatoris conſenſu, quatenus refertur ad ordinarium, ſtat potius conſultiuè, vt euitetur infinitas recuſãdi cauſas, quàm neceſſitatiuè, quoniam nullibi probatur, quin ordinarius ſuſpectus non poſſit committere cauſam alteri non ſuſpecto, etiam inuitis partibus, nam ſecundum ſubiectam materiam verba, quæ ex ſui natura ſunt præceptiua, exponuntur conſultiuè, in cap. vero cum ſpeciali, dicit Abb. quod ſecundũ communem intellectum dicta clauſula ſtat ibi neceſſitatiuè, & quod limitet omnia iura de hac materia loquentia, vndè propoſita recuſatione non poteſt etiam ordinarius committere alteri cauſam ſine conſenſu recuſatoris, quoniã ex quo Iudex eſt parti ſuſpectus reſpectù cognoſcendi,
7 poteſt prætendi ſuſpectus reſpectu etiam delegandi, quia poſſet delegare alicui magis ſuſpecto, qui tamen non poſſet probari ſuſpectus, ideò ille text. requiſiuit conſenſum recuſatoris, non quod neceſſitetur ad committendum ad libitum recuſatoris; ſed vt poſſit committere ſine conſenſu recuſatoris, nec exigit conſenſum alterius partis, prout ibi exigit gloſ. cum in delegatione non videamus neceſſarium eſſe conſenſum partis, cum quilibet ordinarius habeat à iure facultatem cauſam delegandi, vt in cap. litigantes de offic. ordin. in 6. Sed conſenſus recuſatoris requiritur, & exigitur propter ſuſpitionem, hinc text. in cap. Iudex de offic. deleg. in 6. facit mentionẽ dumtaxat de ſolo recuſatoris conſenſu, & ſecundum hoc poteſt hæc clauſula referri etiã ad perſonam, cui fienda eſt cõmiſſio, nec ſequitur aliqua abſurditas, cum Iudex ad hoc teneatur.

8 Quid ſi allegaui vnam cauſam ſuſpitionis dũtaxat coram Iudice recuſato, ſed coram arbitro electo non probaui illam, ſed aliam, an ſufficiat cauſa probata, quidam tenuerunt quod ſic, moti ex l. Scio ff. de appell. vbi dicitur, quod ſi in appellatione diffinitiua expreſſi vnam cauſam, poſſũ aliam proſequi coram Iudice ad quẽ, licet ſecus ſit in appellatione ab interlocutoria, vt in clem. appellanti de appell. ſed alij omnes communiter tenent contrarium, quia iſta non eſt appellatio à diffinitiua, ſed potius trahitur ad naturam interlocutoriæ, item iura mandant cauſam recuſationis coram Iudice recuſato exprimi, vt in d. cap. 2. requiris, & cap. cum ſpeciali, ergo non ſufficit allegare cauſam non allegatam, & Specul. in tit. de recuſ. §. fin. refert, & ſequitur Abb. in c. poſtremo vlt. col. de appell.

9 Quia text. in d. cap. 2. requiris mandat quod propoſita cauſa ſuſpitionis coram Iudice recuſato, eligendi tamen poſtmodum ſunt arbitri, coram quibus cauſa ipſa ſuſpitionis probari debet, ipſique ius habent ſtatuendi, & decidendi, ſi

cau-

causa ipsa militat, & sic in numero plurali annuit text. electionem arbitrorum esse faciendam, an sit de essentia electio plurimorum, vel sufficiat electio vnius, & in electione, & arbitrio Iudicis esse, quot habeat eligere, glos. in d. cap. 2. requiris dicit arbitrum in singulari, & sic quod non sit de substantia, vt arbitri eligendi super suspitione sint plures, Spec. in tit. de recus. in §. effectus vers. sed numquid vna pars, vbi dicit, quod vbi partes non possunt conuenire in vnũ, tunc eligendi sunt plures, aliàs sufficit vnus, quia satis est Iudici, quod partes ad concordiam reducantur, vt in l. 1. ff. de nou. oper. nunc. & facit c. ad hæc de appell. & est casus in terminis in l. cum specialis C. de iudic. dum dicit arbitrum, vel arbitros, & ita sequuntur Doct. in d. cap. 2. requiris, vbi Abb. nu. me. 12.

10 Et istud remediũ recusationis etiam per Principem tolli non potest in rescripto, quia durum, & periculosum est coram suspecto Iudice litigare, de quo vide quod not. glos. in cap. si autem, §. si quis in quacumque 2. quæst. 6. & Abb. in dict. cap. 2. requiris 2. col. de appell. hinc solet concedi exemptio ab ordinario per breua prò huiusmodi suspitione, si subditus dicit suum ordinarium sibi fore suspectum, & inimicum occasione fortè litis, quam cum eo habet, & ob id conceditur huiusmodi exemptio, quia ratio naturalis dictat, quod inimici, & suspecti Iudices esse non debent, quæ exemptio in casu prædicto lite illa duntaxat durante, procedit argum. c. ad hæc de appell. Staph. in tract. grat. & iustit. in vers. de rescript. in form. breu. in vers. datur per breue.

11 Quid si pars litigans habet Iudicem suspectũ, & non potest causam suspitionis exprimere sine scandalo, quia pars recusans est riualis Iudicis, vel ex alia causa, an standum sit iuramento super legitimitate causæ, Doctores communiter non admittunt, cum iura mandant exprimi causas, ipsasque probari, nam videmus, quod volens agere iniuriarum tenetur specificare causam quantumcunque sit turpis, l. prætor edixit ff. de iniur. dicit Abb. quod illa lex loquitur quando agitur de graui præiudicio partis, sed hic de modico præiudicio, & quasi de nullo, præsertim eo considerato, quod de iure ciuili admittitur recusatio causa non probata, nec specificè allegata, vndè valde æquum putat Abb. in d. cap. 2. requiris, vt stetur iuramento suo habito respectu ad qualitatem parsonæ, per id, quod in simili not. in c. Nicolao de appell. & ratio naturalis dictat, & facit in argum. c. statutum §. cum vero de rescript. in 6. & ego vidi aliquando ad aures Principis allegari causas suspitionis, ipsasque admitti, & prouideri

D de Iudice non suspecto, ax causa. (D)

12 Et hi arbitri eligendi non debent esse partibus suspecti, aliàs possent sicut Iudices recusari, ideò dictum fuit, quod electio fiat præuia lista suspectorum, adhoc vt de non suspectis prouideri possit, secundum glos. in cap. legitima in vers. formá

E iuris de appell. in 6. (E) Et hi arbitri vt supra eligendi non debent esse laici, quia cum habeant testes compellere, & alia facere, quæ pertinent ad hunc articulum, talis spiritualis iurisdictio, nõ caderet in eos, secundum Ber. in cap. bene quidẽ 96. distinct. & cap. decernimus de iudic. ita glos.

F in d. cap. legitima in vers. formam iuris. (F)

Et aduerte, quod si hi arbitri sic electi nolunt, vel dilatant pronunciare in causa ipsa suspitionis propositæ, statuit Papa, vt ipsis arbitris per Iudicem competens terminus prefigatur, intra quem in idem conueniant, vel tertium concorditer aduocent, cum quo ambo, vel alter eorum, eiusdem suspitionis negotium terminare procurent, alioquin Iudex ex tunc in principali nego-

G tio procedere non omittat. (G)

13 Et à sententia horum arbitrorũ, seù ab his arbitris an detur appellatio, siuè in sententia, putà quia iniquè pronunciant illum suspectum, quia suspectus probatus non est, vel è conuerso, vel antè sententiam, puta nimis breuem dilationem dando, secundum glos. in cap. ab arbitris de officio delegat. in 6. & licet text. in cap. à iudicibus 2. quæst. 6. & l. 1. C. de recep. arb. dicant quod non appelletur ab arbitris, tamen aduertè, quod quidam sunt arbitri, qui compromissarij vocantur, & voluntate adeuntur, & ab istis non appellatur, & sic loquuntur contraria, sunt & alij, qui de necessitate iuris habent assumi, de quibus in casu nostro, iuxta dispositionem d. cap. cum speciali, & cap. postremo de appellat. & à talibus benè appellatur, ita glos. in d. cap. ab arbitris, & sic rectè datur appellatio ab his arbitris; Sed ab eorum sententia ad quem appelletur, dic ad Papam d. c. ab arbitris, & ratio est secundum glos. ibi in ver. iuris, quia cum isti arbitri, secundum iuris formã sint electi, ad ipsum ius à quo potestatem habent oportet appellari, & sic ad Papam, qui est lex animata in terris, & est tex. & ibi Bart. in l. fin. C. de iudic. & Abb. in d. cap. 2. requiris in fine de appellat. & est glos. in d. cap. legitima in ver. non omittat in fine de appell. in 6. Sicut dicitur in arbitris electis ad decidendum causam vertentem inter Episcopum, & subditum, casu quo subditus est reus, quia tunc à sententia huiusmodi arbitrorũ non appellatur ad Archiepiscopũ, sed ad Papam, Marant. in suo Specul. in 6. par. in ver. appellatio ou. 376. fol. 536.

14 Et nota quod si Iudex recusatus non vult contendere de iustitia recusationis, non deuenitur ad electionem arbitrorum, sed potest ipse partes cõpellere, vt Iudicem eligant, cui ipse committat vices suas, & est limitatio ad d. c. cum speciali, vide

H Abb. in cap. ad hæc de appell. in fine. (H)

15 Itaque causa suspitionis in scriptis danda est, & nota modum, & practicam quando Iudex recusatur vt suspectus, & libellandi in hac causa recusationis Iudicis, per glos. in l. apertissimi C. de Iudic. & si Episcopus est suspectus, & recusatur, dicta suspitio coram arbitris probanda erit, d. cap. cum speciali de appellat. sed in officiali ipsius Episcopi recusato vt suspecto, ipsius suspitio coram Episcopo probabitur cap. si contra vnum, eum glos. in ver. idem in fine de officio deleg. & dicit Gemi. in d. cap. legitima col. 2. in fine, & dict. cap. si contra vnum, & ibi Phi. Franc. quod licet sit suspectus Vicarius Episcopi, vel delegatus ab Episcopo, non propter hoc censetur suspectus Episcopus, & ideò cognoscit de suspitione Vicarij sui, vel delegati, & arbitri tunc non

eli-

eligentur ad cognoscendum suspitionem ipsam, nisi causa suspitionis concernat pariter Episcopum, & Vicarium, vel delegatum, similiter si est suspectus Episcopus, seù principalis, non censetur suspectus Vicarius, nisi causa suspitionis concernat pariter vtrumque, vt plenè per Phi. Franc. in d. cap. si contra vnum; & ibi etiam ponit, quod suspitio quæ concernit dignitatem, ita censetur suspectus successor in dignitate, sicut prædecessor.

I (I) Episcopus an iudicet pro offensa facta suæ personæ, vel dignitati contra offendentem, Abb. in cap. 1. de maled.

16 Et si plures sunt Iudices ordinarij eiusdem Tribunalis, & vnus ipsorum suspectus allegatur, probatio suspitionis coram quo fieri debet, & quis pronunciabit in dicta causa suspitionis, si duo essent Iudices, vel plures, Felyn. in cap. cum super de officio deleg. dicit quod ille solus, seù alij non recusati coniudices cognoscēt de huiusmodi causa suspitionis, & ab eo, seù illis expediri debebit, si potestatem habent insolidum, & facit text. in cap. si contra vnum de officio delegat. in 6. sequitur Anton. de Nigr. in cap. Regni incip. prolixitatem nu. 49. docet etiam pragm. incip. statuimus etiam.

17 Nota vnum ad limitationem prædictorum, quod suspectus Iudex allegatus, debet procedere ad electionem arbitrorū, & nō procedere, quando suspitio solum esset proposita, & non essent electi arbitri, vel antequam suspitio esset probata, quia tunc Iudex ordinarius posset alteri non suspecto causam delegare, etiam inuitis partibus, ita Aret. in cap. 2. requiris, & ibi Felyn. refert, & sequitur de Nigr. in d. cap. prolixit. nu. 58. vers. limita tamen, ad vnum tamen aduerte, quod quādo causa suspitionis esset euidenter iusta in iure, & in facto, tunc nō esset necesse eligere arbitros, vt tenet Abb. in cap cum speciali in fin. de appellat. Phi. Franc. in cap. Iudex col. pen. vers. 2. limita de officio deleg. in 6. Sed procedere debet ad remissionem causæ ad superiorem, vel electionem faciet alterius, cui committat, vt supra est declaratum.

18 Et eo casu, quo supra notatum est, quando duo Iudices sunt insolidum, tunc alter non suspectus cognoscet, verum tamen est, quod causa ipsa suspitionis coram ambobus proponenda est, & coram collega probanda est, secundum Gemi. & Phil. Franc. in d. cap. si contra; Sed numquid medio tempore, pendente probatione coram collega, poterit ipse collega in principali causa procedere, & videtur quod sic, quia medio tempore ille cognoscere non potest, ergo cognoscet ipse collega, contrarium tamen tenet glos. in d. cap. si contra in ver. probari, quam ibi sequútur Gemi. & Phil. Franc. quia primo constare debet de impotentia, antequam solus procedere possit, cap. prudentiam de officio deleg. in 6. Sed pendente causa suspitionis, ille vult interesse, nec adhuc apparet eum non posse, igitur collega in principali nō procedet, & sic expectari debet finis causæ suspitionis allegatæ, & facit text. in l. duximus circa princ. ff. de excus. tut. Sed si non omnes insolidū habent iurisdictionem, ex quo simpliciter dati sunt, quo casu vnus sine altero procedere non poterit, iuxta cap. causam matrimonij, & cap. vno delegatorum, de offic. deleg. in 6. & d. cap. si contra vnum, cum glos. ibi in ver. clausula, impedito ergo vno, ita quod non possit procedere, nec cōmittere, alius procedere nequit; & vide not. in l. duo ex tribus ff. de re iud. tunc debet ad arbitros recursus haberi, prout supra est notatum, coram quibus causa ipsa suspitionis terminanda erit; Aduerte ne æquiuoces, nam non eo ipso, quod simpliciter statuti sunt duo Iudices simpliciter, nō videantur insolidum habere iurisdictionem, intellige procedere in Iudicibus statutis ad vnam causam tantum, tunc sic simpliciter statuti non censentur insolidum iurisdictionem habere, & procedunt quæ modo dicta sunt; Sed si sunt Iudices ordinarij ad vniuersitatem causarum, tunc videntur insolidum statuti, prout sunt omnes Iudices ordinarij, quia ab initio quilibet per se potest incipere, exemplo plurium exercitorum, seù institutorum, quibus vniuersitas quædam committitur, & in dubio intelligitur insolidum, vt l. 1. §. si plures ff. de exerc. act. quo casu vno impedito ex causa recusationis, alius procedere poterit, cum quilibet posset per se iudicare, iuxta not. per Bar. & alios in l. si vni ex pluribus circa princ. ff. de re iudic.

19 Iudex ciuilis Ciuitatis Cauæ, quem Vicarium appellant, ex quo eligitur, & depēdet ab Episcopo Cauensi virtute suorum priuilegiorum, an Regius dicatur officialis, vel Baronis, ita quod in casu suspitionis prædictæ, sit iudicandū secundū ius ciuile, seu regiam dispositionē, vel secundū ius canonicū, cum simus in terris Ecclesiæ, & in hoc dicimus esse in casu prædicto iudicandum, prout iudicamus in Terris Baronum, cum ille officialis creatus, & nominatus ab Episcopo non recognoscit ab ipso Rege, sed ab Episcopo, vndè non potest dici Regius Officialis, sed Baronis, secundū D. de Franch. dec. 274. & dec. 131. & ab eius sententijs appellatur ad Regiam Audientiam, Magnam Curiam Vicariæ, & Sacrum Consiliū, cum non habeat secundas causas, & adduco dictum Bart. in l. 1. §. si quis in appellatione nu. 14. ff. de appell. & relat. vbi si aliquis Episcopus, vel alius clericus non cognoscit vt Episcopus, sed vt Comes alicuius Comitatus, quis erit superior; an inspiciemus superiorem respectù clericatus, vel Episcopatus, & refert Canonistas, dicit tamen ipse, quod veritas est ista, quod siquidem illa dignitas Comitatus est incorporata in patrimonium Ecclesiæ liberè, nec pro illa dignitate recognoscit dominum temporalem, quod appellatur ad forum Ecclesiasticum, vt cap. Romana 6. debet autem de appell. in 6. si verò recognoscit dominum temporalem, quod appellatur ad forum seculare, vt d. cap. Romana, vt quia haberet in feudum; Et idem dicit ipse si vnus Rex haberet Comitatum, & in illo iudicaret vt Comes appellaretur ad superiorem ipsius in quantum Comes, non ad superiorem in quantum Rex, vt l. si quādo decurio C. de appell. & ibi etiam Bart. & Roman. in cons. 422. & ita extat obseruantia, quod à sententijs talis Iudicis appellatur ad prædictos superiores, nec amplius ipse Episcopus se intromittit in ipsa iurisdictione, vt ego testor cum

iam

iam iudicaſſem in dicta Ciuitate illudque
officium exercuerim, vt ſupra notaui tempore
Reuerendiſſimi Domini D. Cæſaris de Cardo-
nes de Alamagna meritiſſimi Epiſcopi Cauen-
ſis, & ſic ſeruanda erit diſpoſitio iuris ciuilis, ſeù
L. pragm. Regni de qua infra. (L.)
20 Et ſi recuſans, & ſuſpectum allegans Iudicem,
ipſamque ſuſpitionem non probet punitur arbi-
trio Iudicis, cum actione iniuriarum teneatur Iu-
dici ſuſpecto allegato, vt dicit Bal. in cap. ſuper 9.
de officio deleg. & ex hoc ſequitur, quod cum
ex allegatione ſuſpitionum nõ probatarum inci-
dat quis in pœnam, Iudex ſuſpectus allegari de-
bet per principalem, non per procuratorem, niſi
habeat ſpeciale mandatum, vt dicit Rebuff. in
tract. recuſ. articul. 1. gloſ. 1. num. 1. vol. 3. ratio eſt
ſecundum eum, quia procurator non poteſt ali-
quid facere per quod Dominus incidat in pœ-
nam, ſi ad id non fuit ſpecialiter conſtitutus, vt
dicit Bart. in l. ſi procurator nu. 6. & 7. per illum
tex. ff. de cond. indeb. dicit tamen ibi Rebuff. fuiſ-
ſe deciſum, ibiq; ſeruatum, quod ſi Dominus eſ-
ſet abſens, & Iudex eſſet ſuſpectus, poſſet allega-
re ſuſpectum, offerendo Dominum ratum habi-
turum, & petendo terminum ad habendam rati-
ficationem, & ſpeciale mandatum, & interim
ipſe Iudex deberet abſtinere, ſed hodie in om-
nibus procurationibus ſolet opponi in ſpecie
iſtud, prout iſtud refert, & ſequitur Carau. in Rit.
265. nu. 24. & 25. & qua etiam puniatur pœna
non probans, eſt etiam Nouella Pragmatica
M incip. (M)
21 Et quod dictum eſt de Iudice, an procedat in
actuario, ſi officialium appellatione veniant,
& in hoc dicimus actuarium ſuſpectum allegari
poſſe, ſecundum Bal. in l. apertiſſimi §. ſæpè C. de
iudic. & Lanfranch. in cap. quoniam contra nu. 6.
in ver. recuſationes de prob. & Iudex ſine ſcriptis
informet ſe de cauſis ſuſpitionum, & eis veris re-
pertis, prouidet de alio actuario partibus non ſu-
ſpecto, & licet ſecundum Anchar. in conſ. 263. &
Alex. in conſ. 104. nu. 2. vol. 5. & Afflict. in conſtit.
Regni Iuſtitiarij per Prouincias 4. not. nu. 5. ſuf-
ficiat ſolum iuramentum, quia non infert ma-
gnum præiudicium, tamen ſecundum Carau. in
d. ritu 265. nu. 8. ſemper aliqua cauſa requiritur
ad remouendũ eum, quamuis non curetur, quod
ſit nimis vrgens, & in hoc valdè verſatur arbitriũ
Iudicis, qui multoties ex leui ſuſpitione remouet,
quia vt dicunt Anchar. & Alex. in locis prealle-
N gat. ſufficit in hoc pro ratione voluntas. (N)
22 Nota adhoc vnum caſum, in quo Archiepiſco-
pus poteſt cognoſcere inter ſubditos ſuffraganei
ſui citra remedium appellationis, ſcilicet quando
Epiſcopus iuſte recuſatus remittit ad eum nego-
tium, nam per iuſtam recuſationem tollitur iſtud
remedium, ita Abb. in d. cap. cum ſpeciali nu. 5. de
appell.
23 Si Iudex allegatus ſuſpectus, non obſtante ſu-
ſpitione allegata procedit in cauſa, numquid acta
erunt valida, in hoc articulo varij varia dixerũt
in cap. cum ſpeciali, vbi Abb. refert omnes de
appell. nu. 12. quia ſecundum ius canonicum non
ſufficit proponere recuſationẽ, ſed oportet, quod
probetur, ideò ante probationem ſaltem debet
validitas proceſſus ex futuro euentu pendere, &
ſi pronunciabitur contra Iudicem, proceſſus in-
terim pendente recuſatione, & poſt recuſationẽ
propoſitam factus erit nullus, ſicut in ſimili dici-
mus in attentatis per Iudicem, à quo poſt appel-
lationem ab interlocutoria, vt in cap. non ſolum
de appell. in 6. & ſic acta facta per Iudicem alle-
gatum ſuſpectum nõ ſunt nulla, ſed venient an-
nullanda poſt modum, vt dicebat Innoc. in d. cap.
cum ſpeciali, hoc eſt poſtquam fuerit decretum
ſuſpitiones militari, & Iudicem ſuſpectum debe-
re abſtinere, cum recuſatio, & appellatio à pari
procedant, & Rom. in conſ. 220. nu. 3. vbi validi-
tas, & inualiditas actorum factorũ per Iudicem
allegatum ſuſpectum dependet à futuro euentu,
vt ſi ſuſpitiones militauerint, acta erunt nulla, ſi
verò ſecus valida, & hanc opinionem tenet La-
pus in cap. Iudex de officio deleg. in 6. & in ſua
O alleg. 1. ſequitur Carau. in d. ritu 265. nu. 30. (O)
in tantum, quod licet Iudex ſit ſuſpectus, ex pro-
babili ſuſpitione, tamen ſi illa ſuſpitio non alle-
getur, procedet iudicium coram eo factum.
Sicut dicimus in patre, qui poteſt eſſe Iudex
in cauſa filij 3. quæſt. 7. cap. infames §. cognito-
res, & l. in priuatis ff. de iudic. & tamen poteſt re-
cuſari vt ſuſpectus, vt not. in cap. cum contingat
de foro compet. ita Abb. in cap. ad audientiam
nu. 9. de appellat. quia tamen ad hanc regulam
multæ dantur limitationes, quando ſcilicet mili-
tat ſuſpitio iuris, quæ à parte non opponitur, ſi
ſententia lata per talem Iudicem ſuſpectum ſu-
ſpitione iuris valeat in Iudice ordinario, & quid
in delegato, vide Iaſ. qui ponit 13. limitationes,
quando quis poſſit eſſe Iudex in cauſa propria,
filiorum, vel ſuorum, ſuſpitione non allegata, &
quando ſententia indè ſequuta valeat, quid in
iuriſdictione voluntaria; quid in Epiſcopo reſpe-
ctu Eccleſiæ ſuæ, & ſi ſuſpectus eſt Epiſcopus, an
coram eius Vicario litem mouere poſſit, & quid
facere debet Iudex quando iniuria ſibi illata eſt,
an ipſe iudicare poſſit, vel remittere debeat ad
ſuperiorem; Et inter cæteras nota, quod ſi Iu-
dex, qui fuit in cauſa principali, ſuccedit in cauſa
appellationis in eadem cauſa, quod etiam ſi non
opponitur à parte, ex quo ius facit eum ſuſpectũ,
licet à ſuperiore eſſet facta delegatio, quod ſen-
tentia erit nulla ex mente Bald. in l. eos 2. colum.
C. de appell. Iaſ. in d. l. qui iuriſdictioni ff. de iuriſ-
dict. omn. iud. Et quia iam redditur ſuſpectus
in cauſa conſanguinei ſui cum limitat. prædictis,
vſque ad quem namque gradum detur talis ſu-
ſpitio, aiunt Doct. quod vſque ad illum gradũ,
vſque ad quem datur ſucceſſio, & ſi eſſet conſan-
guineus conſanguinei, Iaſ. ibi nu. 6. qui concor-
dantes allegat, & idem Iaſ. in l. patre col. antepen.
verſic. 20. facit ff. de his qui ſunt ſui, vel alien.
P iur. (P)
24 Et iſta Iudicis ſuſpitio, ſeù recuſatio debet op-
poni ante litis conteſtationem, imò debet eſſe
prima, quæ opponi debet ante omnes dilatorias,
quia ſi opponitur alia dilatoria, cenſetur prouo-
cari Iudex, vt ſuper ea pronunciet, & ſic induci-
tur conſenſus in Iudicem, vndè poſteà non po-
teſt recuſari, ita dicit Lanfranc. in d. cap. quoniam
cõtra de prob. in ver. recuſationes in princ. per ea,
quæ

quæ not. Bar. & Doctor. in l. quidam conſulebant ff. de re iudic. & gloſ. & Doct. in cap. inter Monaſterium de re iudic. niſi ſimul, & ſemel plures exceptiones opponat, videlicet contra perſonam actoris, contra libellum, & contra Iudicem; quia tunc licet vltima exceptio oppoſita ſit in ſcriptura contra Iudicem, tamen intentione proponentis intelligitur prima in ordine oppoſita contra Iudicem, non attento ordine ſcripturæ: cæteræ autem videntur oppoſitæ ſub conditione, ſi apparuerit eum eſſe Iudicem, arg. l. tale in princ. ff. de hær. inſt. tutius tamen eſt, ſecundum Bar. in d. l. quidam conſul. ſi prius exceptio contra Iudicem opponatur ſub conditione, & Innoc. in d. cap. inter monaſterium dicit, quod ſi competunt plures exceptiones, puta vna ex cauſa ſuſpitionis, alia ex cauſa incompetentiæ, vel priuilegij, quia ſcholaris, vel ex cauſa concernente mandatum, puta quia non eſt procurator, quod ſemper in ordine exceptionum prima debet eſſe exceptio ſuſpitionis, ſequitur de Nigr. in d. cap. prolixit. nu. 12. & proptereà datur conſilium ſecundum Bald. poſt Innoc. & Abb. in d. cap. inter monaſterium de re iudic. vt nunquam pars, cui Iudex eſt factus ſuſpectus, videatur in eum conſentire, vt in Iudicem, quòd in qualibet eius ſeſſione proteſtetur, quòd non intendit in eum, vt in Iudicem conſentire, ex quo nominet eum Iudicē, nec conſentiat alicui aſſignationi, tunc exercendo aliquē actum coram eo, non videtur perſonam Iudicis approbare, ſequitur de Nigr. in d. cap. prolix. nu. 6. dicit tamen ibi, quod bonus Iudex factis dictis proteſtationibus contra eum, ſtatim reſpondere debet, & ego authoritate, qua fungor, contumacem te reputo, verum tunc datur alia cautela per Iaſ. & alios in l. ſi conuenerit ff. de iuriſdict. omn. iud. & in d. l. quidam conſul. quod cōſentiat pars, ſeù quando comparet, & aliquas opponit exceptiones, quod conſentiat, ſi & in quantum: Et hæc procedere intelligas quotieſcumque talis ſuſpitio occurrit ante litem cōteſtatam, quia tunc poſt
25 modum allegari non poteſt: ſed ſi poſt litem conteſtatam ſuperueniat ſuſpitio, tunc opponi poterit quando euidens, & notoria ipſa cauſa ſuſpitionis ſuperuenerit, vt optimè facit tex. in l. nō diſtinguemus §. cum quidam, iuncta gloſ. ff. de arbitr. & Innoc. in d. cap. cum ſpeciali de appellat. vbi dicit, quod quando aliquis allegat omnes litteratos ſuſpectos, & vnum approbat, non poteſt illum approbatum allegare ſuſpectum, niſi cauſæ ſint euidentiores, idem tenet Hoſt. in tit. de officio iud. deleg. §. cui delegari verſ. illud autem, quia quæ de nouo emergunt, nouo indigent auxilio l. 1. in princ. ff. de ventr. inſpic. Et ſic in quacumque parte litis poteſt opponi, etiam poſt cōcluſionem, ſi poſt ſuperuenerit, ſecundum Felyn. in cap. inſinuante col. penult. in fin. de officio deleg. & in cap. paſtoralis num. 17. verſ. excipiuntur certi caſus de except. & Hyppol. in l. maritus nu. 28. ff. de quæſt. & Mar. in ſuo ſpecul. in 6. par. 2. act. nu. 74. & vide gloſ. in d. cap. 2. requiris in ver.
Q coram eodem de appell. (Q)

26 Et licet poſt litis cōteſtationem talis exceptio recuſationis modo tamen prædicto opponi non poſſit, & lis dicitur conteſtari per illum primum actum, qui ſolet immediatè ſequi per reſponſionem negatiuam, vel affirmatiuam, vt not. Spec. in ſuo ſpeculo in par. 6. 10. memb. in princip. tamen iſta concluſio pluribus modis limitatur.

Primò quando ſimul proponerentur plures dilatoriæ exceptiones, & inter eas proponeretur exceptio recuſationis, ſeù ſuſpitionis contra Iudicem, etiam ſi talis recuſatio, ſeù ſuſpitio vltimo loco proponeretur, nihilominus valet, & tenet, & non cenſetur in Iudicem conſentitum, quia ſeruatur ordo iuris, vt primo cenſeatur oppoſita recuſatio, & ſuſpitio, & præpoſteratio non noceret, ita Bald. & ibi Felyn. col. 5. num. 5. verſ. prima declaratio in d. cap. inter monaſterium.

27 Secundò limita, niſi exceptiones dilatoriæ oppoſitæ ante recuſationem eſſent declinatoriæ cōcernentes iuriſdictionem Iudicis, vt eſt Iudicis incompetentia, & ſimiles, quia tales exceptiones, licet ante oppoſitæ non impediunt recuſationem Iudicis, & ſuſpitionem contra Iudicē proponendam, quia tales exceptiones ſemper tendunt ad declinandam perſonam Iudicis, & oſtendunt ani-
R mum excipiētis diſpoſitum ad diſſentiendū, (R) ita tenent Abb. & cæteri in d. cap. inter monaſterium.

28 Tertiò limita dictam concluſionem non procedere, quando diſputaretur ſuper dilatoria oppoſita prouocatus ab aduerſario, puta ſi reus opponeret recuſationem contra Iudicem, & actor contra talem exceptionem replicaret, & reus ſuper hoc reſponderet, vel ſi reus à principio petijſſet copiam libelli, vt poſſet deliberare, ſi vult cedere, vel contendere, & ſuper hoc actor replicaret, quod non debet dari, & ſuper hoc diſputaretur, certè in his caſibus non cenſetur præiudicatum recuſationi Iudicis, quia non dum deliberare poterat, ſi volebat cedere, vel contendere, alias eſſet in poteſtate actoris excludere aduerſarium à recuſando Iudicem, quia ſemper moueret controuerſiam, ita Abb. in dict. cap. inter monaſterium in 6. oppoſ. & ibi Felyn. colum. 6. verſic. tertiam.

29 Quartò limita dictam concluſionem nō procedere, quando excipiens proteſtaretur, quod nō intendit conſentire in Iudicem, niſi quatenus iuris eſſet, vel ordo poſtulat rationis; quia quando apponitur talis proteſtatio, non videtur in Iudicem conſentire, nam talis proteſtatio tollit tacitum conſenſum, ita Bald. poſt alios in d. cap. inter monaſterium col. 6. verſ. quarta declaratio nu. 8. Et aduerte, quia oportet neceſſario ponere illa verba in proteſtatione, niſi ſi & quatenus de iure tenetur, & ordo iuris poſtulat, quia aliàs eſſet fatuus proteſtans, vt dicunt Innoc. & Felyn. in d. cap. inter monaſterium, & talis proteſtatio poteſt fieri in principio, vel in fine actus, vt dicit Felyn. in cap. in. colum. 11. de elect.

30 Quintò limita dictam cōcluſionem non procedere, quando reus dediſſet fideiuſſorem de iudicio Siſti, quia non dicitur in Iudicem conſentire, & poteſt Iudicem tanquam ſuſpectum recuſare, non obſtante fideiuſſione præſtita, Bald. in cap. 1. col. 1. extra de iud. & Bart. in l. ſi pupillus ff. de priuileg. cred. idem in eo, qui ſatiſdat de parendo mandatis Iudicis, quia nō videtur renunciare

clare priuilegio fori,& subintelligitur conditio, si
de iure tenetur,& tenet Felyn.in d.cap.inter mo-
nasterium col.6. vers. quinta declaratio de re iu-
dic. Et prædicta intellige, quando iussus à Iudice
talem fideiussionem præstitisset,secus si sua spon-
te,vt tenet Innoc. in d.cap. inter monasterium,
dummodò talis, qui præstitit satisdationem, sci-
uisset quod non tenebatur coram illo Iudice liti-
gare, secus si errasset in iure, putans se tenere ibi
litigare, & in dubio talis error non præsumitur,
nisi in personis, quas iuris ignorantia excusat, vt
per Felyn. in dict. cap. inter in quinta declara-
S tione, (S) Item intellige prædicta non procede-
re in eo,qui fuit contumax,& postea satisdedit ad
reuocandam tenutam, quam passus fuit ex pri-
mo decreto propter suam contumaciam; quia
odio suæ contumaciæ est inductum, vt non pos-
sit vlterius declinare forum,secundum Felyn.in
T d.cap.inter monast.& Bar.in d.l.si pupillus. (T)
31 Sextò limita dictam conclusionem non pro-
cedere respectu aliarum exceptionum declina-
toriarum, quia licet per tacitum consensum sibi
præiudicasset circa recusationem, & suspitionem
Iudicis, non tamen perdit alias declinatorias iu-
dicij, Bald.in cap.exceptionem col.fin.extra de
except. nisi procederet ad aliquem actum, qui se
non compateretur cum illa declinatoria, vt tenet
Felyn.in d. cap. inter monasterium col.6. in fin.
vers.6. declaratio, & ibi etiam dicit Felyn. quod
qui consentit in Iudicē prorogando iurisdictio-
nem, non per simplicem prorogationem, sed fa-
ciendò alium actum coram eo,non potest pœni-
tere ,etiam ante litem contestatam, vt ibi latius
V per Felyn. (V)
32 Septimò limita dictam conclusionem nō pro-
cedere, quando exceptio recusationis Iudicis cō-
cerneret defectum naturæ Iudicis, puta quia Iu-
dex est mutus, furiosus, vel infans, quia talis ex-
ceptio potest opponi etiam post litem contestatā,
Innoc.in cap. suscitatus de rescript,& Felyn.in
d.cap. inter monasterium col.7. vers. octaua de-
claratio,& in cap. exceptionem 8.limit. extra de
except.
33 Octauò limita dictam cōclusionem non pro-
cedere,quando Iudex inquireret in casu prohibito,
quia hoc posset opponi contra processum,etiam
post litem contestatam, quia ista exequutio red-
dit iudicium retro nullum, Bald.in l.licet C.de
procur. quia licet dicto casu Iudex esset compe-
tens,tamen modus procedendi erat incompetēs,
ideò iudicium nullum, & idem Bald. in l. 2. ff. si
quis in ius voc.non ierit, quod exceptio, quæ in-
fert iurisdictionem funditus nullam,potest quan-
documque opponi, quia ex quo litis contestatio
non valeret,dicitur semper esse in principio iudi-
cij,& vide Felyn.in d.cap.inter monaster. col. 7.
vers.decima declaratio de re iudic.
34 Nonò limita dictam conclusionem non pro-
cedere,quando reus conuentus peteret copiam
libelli ante oppositam recusationem, quia non
dicitur in Iudicem consentire, l.non videntur la
2. ff.de iudic.quia secundum Bart.ibi ex hoc non
concludit,quod Iudex aliquid faciat, sed vult de-
liberare,& si super hac petitione disputat prouo-
catus ab actore,nihil sibi nocet, tenet Felyn.in
d.cap.inter monaster.col.7.vers.vndecima, & ibi
35 etiam in ver. nona declarat. ponit an consti-
tuens procuratorem ad respondendum coram
Iudice,vel ad disputandum super exceptionibus
videatur in Iudicem consentire ,& allegat Anto.
de Butr.in cap.1.col.25. vers.nota primo, glos.de
iud. qui tenet quod non videtur consentire , sed
Innoc. in d.cap.1. tenet contrarium ; quia non
est ratio diuersitatis inter respondentem per se,
vel per procuratorem,& cum ista opinio videtur
transire Felyn.vbi supra,sed sit cautus constituēs
procuratorem ad respondendum, vt ponat clau-
sulam,saluis exceptionibus recusatorijs.
36 Decimò limita,vt etiam supra est dictū,quan-
do exceptio recusationis de nouo superuenisset,
quia tunc non solum post litem contestatam,sed
etiam post conclusum in causa posset opponi , vt
dicit Dec.in cap.pastoralis col.5.vers.& retenta
extra de except. vbi ait, quod si exceptio recusa-
tionis fuisset orta de nouo, post conclusionem
admittitur , & hoc quando dilucidè , vel notoriè
appareret , quod post litem contestatam,vel post
conclusionem superuenisset,& tenet Phil.Franc.
in cap.Iudex col.2.de officio deleg.in 6. vbi dicit
quod licet Iudex non possit recusari vt suspectus
post conclusum in causa,hoc procedit, nisi exce-
ptio recusationis esset notoria , vel nisi habuisset
ortum post conclusum in causa, quia tunc possit
proponi , & probari, vt ibi per eum, & congerit
X latè de Nigr.in d.cap.prolixit. (X)
37 Aduerte tamen,quod si quis post oppositam
recusationem litigat coram Iudice recusato , vi-
detur per hoc renunciare recusationi, secundum
Abb.in d.cap.inter monasterium in 3.not.de re
iudic. Et sic vbi post nouam causam suspitionis
ortam ipsum Iudicem adiuerim eius iudicium
subeundo, puta ponēdo,vel allegando,vel leuius
interloquutoriam audiendo,vel petendo,vel re-
cipiendo diem, vel producendo testes,vel instru-
menta, tanquam coram Iudice, d.cap. inter mo-
nasterium de re iudic. de Nigr. in d.cap. prolixit.
nu.5. Mar.in d.suo specul.in 6.par. 2.act. princi-
pali nu.75.in tantum quod Iudex impetratus per
aliquem,non potest per eundem recusari,nisi no-
ua causa superueniat,vt est glos. & ibi Abb. in
fine in cap.insinuante de officio deleg.& Mar.in
A cit. loco nu.76. (A) Quia videtur pars patiendo
Iudicem procedere ad vlteriora , renunciare ex-
ceptioni recusationis, secundum Abb. in d. cap.
cum speciali nu.14.de appel.
38 Declarauimus huc vsque modum recusandi
Iudicem ordinarium,& qualiter procedendum
sit in causa ipsa suspitionis : conueniens visum
est nobis tractare respectu Iudicis delegati , an
ipsemet delegatus recusari possit vt suspectus, &
qualiter ipsius recusatio proponenda sit , quia
tamen non bene cognitio ipsius recusationis ha-
beri posset, si prius non declarabimus,& videbi-
mus quis dicatur Iudex ordinarius,& quis dele-
gatus, & quomodo cognoscatur vnus ab alio, &
in quibus differat ordinarius à delegato , quia
aliud est iudicium ordinarium,& aliud delegatū,
cum ordinarium iudicium dicatur illud, quod
ventilatur coram Iudice ordinario,de quo loqui-
tur totus tit.de iud.ordin. Aliud delegatum,quod
vere

ventilatur coram Iudice delegato, de quo loqui-
tur totus titulus de offic.deleg.& ſic cognito quis
dicatur ordinarius, & quis delegatus,cognoſce-
mus poſtmodum qualiter ſuſpitio procedat re-
ſpectù ipſius delegati, poſtquam iam explicaui-
mus de ſuſpitione reſpectu ipſius ordinarij.
29 Ordinarius ergo Iudex,ille dicitur,qui à Prin-
cipe, Papa,Rege,vel Imperatore, vel ab alio ſu-
periore habente poteſtatē concedendi ordinariā
iuriſdictionē eligitur,vt præſit vniuerſali iuriſdi-
ctioni alicuius Ciuitatis, vel Prouinciæ, eo enim
ipſo, quod alicui committitur vniuerſitas nego-
tiorum per habentem poteſtatem cenſetur crea-
tus ordinarius,ita Alex.in l.prætor ff.de iuriſdict.
omn.iud. & per Bar.in l.more maiorū ff.eodem,
niſi expreſsè dicatur in cōmiſſione,quod delegat
ſibi cauſas, vel quod facit eum delegatum, nam
tunc eſſet delegatus ad vniuerſitatem cauſarum,
ſecundum Alex.in d.l.prætor, & in his delegatis
ad vniuerſitatem cauſarum eſt idem,quod in or-
dinarijs, ſecundum Bart. in l.ſi vni ff. de re iudic.
& ibi etiam gloſ. & Alex. dicit eſſe communem
opinionem,& ſic cognoſcitur ordinarius à dele-
gato ad vniuerſitatem cauſarum, poteſt tamen
creari ordinarius non ſolum cum Territorio,ve-
rum etiam ſine territorio,vt declarat Felyn.in
cap.poſt ceſſionem in princ.de prob.
Delegatus vero is dicitur, cui à Principe, vel
ab ordinario, vel à delegato Principis cauſa cō-
mittitur Vices gerens delegantis,& propriū nihil
habens,ita Alex.in rub.ff.de offic.eius cui mand.
eſt iuriſdict. Delegatus enim dicitur habere ſolū
vſum iuriſdictionis delegātis,& nihil habet pro-
priū quoad iuriſdictionem, & cognoſcitur ordi-
narius à delegato vltra Alex. in d.l. prætor, vide-
licet quando in commiſſione diceretur, procedas
authoritate noſtra, vel delego, vel committo tibi
talem cauſā,vel quando additur cōmiſſioni aliqua
clauſula, quæ non ſpectat ad ordinariam iuriſdi-
ctionem, vt ſi dicatur procedas appellatione re-
mota,vel alia ſimili clauſula vtatur, tunc enim
ſemper præſumitur delegatus, ſecundū Abb. in
cap. licet de offic. ordin. ſi verò hoc non apparet
ex circumſtantijs,& tunc ſi vniuerſitas cauſarum
conceditur, præſumitur ordinarius; Si verò vna
cauſa,vel plures diſtinctæ,& ſeparatæ concedan-
tur præſumitur delegatus,ſecundū Bal. & Alex.
in d.l.more maior.in 3.col.in fine.
30 An autem Locumtenens,ſeu ſubſtitutus alicu-
ius officialis,dicatur ordinarius,vel delegatus,ad
cognoſcendum differentias,quæ ſunt inter ordi-
nariū, & delegatum; videndum eſt quis dicatur
ſubſtitutus, ſeu Vicarius,vel Locumtenens; Se-
cundò an talis ſubſtitutus ſit ordinarius,vel dele-
gatus; Tertiò verū inferior à Principe poſſit ſibi
conſtituere Vicariū,ſeu Locumtenentē; Quòad
primum dic, ꝙ tres reperiuntur ſpecies Vicario-
rum, ſeu Locumtenentiū; Primo modo dicitur
Vicarius,qui conſtituitur ipſo iure à lege ſine fa-
cto hominis, prout eſt Archidiaconus, qui ab-
ſente Epiſcopo, eſt Vicarius Epiſcopi ipſo iure
c.1.de offic. Archid. Secundo modo dicitur Vica-
rius,qui cōſtituitur ab eodē ſuperiore,à quo fuit
conſtitutus ille ordinarius,in cuius locū ſubroga-
tur, de quo in l.2. C.de offic.eius; Tertiò modo
dicitur Vicarius is, qui ſubſtituitur ab aliquo in
locū ſui ipſius ſubſtituētis,& hęc de mente Alex.
in d. rub.ff.de offic. eius, qualiter autē cognoſca-
tur Vicarius à delegato,declarat Bar.in l.1.§.1.in
fin.ff.quis,& à quo appell.vbi dicit,ꝙ ſi Vicarius
ſedet in eodem Tribunali,in quo ſedebat conſti-
tuens,cenſetur Vicarius,ſi verò ſedet in alio loco
dicitur delegatus; Ex quo infert ipſe,ꝙ ſi ordina-
rius ſcribat alicui,ꝙ ſit ſuus Vicarius in tali cauſa,
vel in tali loco particulari,talis nō erit Vicarius,
ſed delegatus,vt habetur in c.Romana de appell.
lib. 6. vndè à tali ſubſtituto appellatur ad ſubſti-
31 tuentem; Secundò videndū eſt an talis ſubſtitu-
tus dicatur ordinarius,vel delegatus,& in hoc di-
demus, ꝙ in primis duabus ſpeciebus Vicegerē-
tium,ſcilicet qn̄ quis conſtituitur à lege,vel à ſu-
periore dicitur ordinarius,ex quo lex,& talis ſu-
perior poterat dare ordinariā iuriſdictionem, ſm̄
Alex.in d.rub.ff.de offic.eius; in tertia vero ſpe-
cie, ſcilicet qn̄ conſtituitur ab aliquo officiali in
locū ſui ipſius, quo caſu diſtingue,aut talis Vica-
rius ſubſtituitur ab ipſo Principe in locū ſui ip-
ſius, prout eſt Prorex, vel delegatus de latere, &
ſine dubio talis Vicarius habet ordinariā iuriſdi-
ctionē,vt eſt tex.in c.tua,& ibi per DD. de offic.
Vicar. vndè in Regno idem dicendum eſt de iſtis
ſubſtitutis Comitū,& Baronū, quos appellamus
Vicecomites, prout in Ciuitate Potentiæ, vbi in
anno 1586.exercui officiū Vicecomitis,quem ſic
ibi appellant,& habent priuilegiū, ꝙ officialis ſit
Doctor, & certè meritiſſima eſt Ciuitas dotata,
& decorata tot licteratis hominibus,& patritijs,
& ſic iſti habent ordinariā iuriſdictionē, quia ex
forma priuilegiorū omnes Barones Regni habēt
merū,& miſtū imperiū ſibi conceſſū à Rege cū
poteſtate creandi ordinarios Iudices, & Capita-
neos ad iuſtitiam,ſm̄ Andr.de Iſer.in Conſt.Reg.
incip.in locis demanij la prima, & iſti qui habēt
priuilegiū, dicuntur exercere iuriſdictionē de li-
centia Principis,vt not.idem Andr.in Conſt.ea
B quæ: (B) Si verò talis ſubſtitutus creatus ab in-
feriore à Principe, qui tamen non ſit Comes,vel
Baro habens merum imperium ex priuilegio, vt
ſupra, vt quia ſumus in Capitaneo,qui vult ſub-
ſtituere aliquem in locum ſui ipſius, in hoc eſt
differentia inter ius ciuile, & ius Canonicū, quia
Vicarius Epiſcopi habet ordinariam iuriſdictio-
nem,vt not.Abb.in d.cap.tua de offic. Vicar.quia
lex dat ſibi ordinariam iuriſdictionem, ſecundū
32 Alex. in d.rub.col.4. circa fin. ſed Vicarius Re-
ctoris Ciuitatis, vel Præſidis nō habet ordinariā,
quia nec lex ei dat,nec ipſe dare poteſt,ex quo ta-
lem authoritatē non habet, imò prohibetur à le-
ge d. §.adhoc prohibemus in auth. collat.3. &
quod Vicarius Epiſcopi dicatur ordinarius, ex
quo Epiſcopus æquiparatur Comiti,vel Baroni,
ſecundum Bart.in l.5.in princ.& ibi etiam Alex.
ff.de verb.oblig. vndè ſicut ſubſtitutus Comitis,
vel Baronis dicitur ordinarius, ita & ſubſtitutus
Epiſcopi, quia ex cōmuni forma bullarū, eandē
habet poteſtatē Epiſcopus in diœceſi à Papa ſibi
conceſſa,quā habet Baro in Baronia,& probatur
in cap.cū Epiſcopus de offic.Vic.in 6. & iſtud qd̄
dicitur de Vicario Epiſcopi, intellige procedere
in Vicario generali, quia ille dicitur ordinarius;

secus in Vicario speciali dato in vna Terra diœcesis, vel in certa parte causarum tantũ, qui dicitur Vicarius foraneus, vel ruralis, quia ille est delegatus, non ordinarius, glos. est in clem. 2. in ver. foraneo de rescript. & Fely. in rub. de offic. deleg. vndè à tali Vicario foraneo appellatur ad Episcopũ, vel ad Vicariũ generalem, vt habetur in c. Romana de appell. in 6. & sic obseruabamus in d. Ciuitate Potentiæ, tempore quo ibi aderã officialis Vicecomes, ex quo similiter tẽpore prædicto eram penes Reuerendũ Vicarium consultor ordinarius, ex ordinatione admodũ Ill. Domini D. Sebastiani Barnabæ meritissimi Episcopi dict. Ciuitatis, quem omnes ibi diligunt propter eius benemerita, & ego testor, quam sit meritissimus, quem amo, diligo, & veneror: licet secus sit in Vicario generali, quia ab eo non appellatur ad
33 Episcopũ, ex quo est idem Tribunal, vt d. c. Romana, & ex hoc semel habui de facto in S. C. in causa venerãdi mei patris Magnifici Ioannis Petri, cũ quodã Andrea Palumbo, Actuario Roppulo, dum tres sentẽtias cõformes contra eundẽ obtinuisset in Curia Ill. Ducis Amalphię, dum in eius priuilegio tertiũ Iudicẽ appellationis habeat & dum fuisset appellatum ad S. C. pro parte dicti fuit instetum pro exequutione dictarũ triũ sententiarum, & q; de cætero appellari non poterat, toto tit. C. ne liceat tertio prouocare, referẽte Domino Pinario fuit dictũ, illum tit. non habere locum in sententijs Baronũ, ex quo est vnũ Tribunal, & omnes Iudices repræsentant eandẽ personam Baronis, per d. cap. Romana, & per not. per Bar. in l. 1. §. s. ff. quis & à quo appell. & Io. Fab. in §. 1. inst. de pup. subst. & sic fuit denegata exequutio, vndè postmodũ transigerunt; Limita etiã secundò, & intellige procedere in his, quæ de iure cõmuni, & generali cõceduntur Vicario Episco-
34 pi, quia in illis tantũ est ordinarius, puta in causis ciuilibus, nam causas criminales nõ potest de iure exercere Vicarius, nisi specialiter sibi cõmittatur per Episcopũ, vt est text. in c. 2. de offic. Vic. in 6. Item minimè potest conferre beneficia, nisi specialiter sibi concedatur potestas conferendi per Episcopũ cap. fin. de offic. Vic. in 6. & Abb. in d. c. tua de offic. Vic. vndè sequitur, q; si ista, quæ non veniunt in generali concessione concedãtur specialiter Vicario per Episcopũ, in istis erit delegatus, nõ ordinarius, & appellabitur tunc ab eo ad Episcopũ delegantem, ita tenet Fely. in c. licet col. 1. de offic. ord. & in rub. de offic. deleg. col. fin. an autẽ possit vnus Vicarius, alium Vicariũ sibi substituere, dic q; non, vt est text. in c. clericos de offic. Vic. q; procedit etiam in Vicario Papæ, secundum Card. in clem. 2. in 2. quæst. de rescript. quod intellige verum, vt non possit facere Vicarium perpetuum sibi similem, sed ex causa, puta absentię, potest ad modicum tempus facere Vicarium, secundum glos. in clem. 1. in ver. locum de regul. & Fely. in cap. perpetuus col. 1. de fid. instr.
35 Delegatus autẽ ab ordinario in quibus differet, quia late tractatur per Mar. in suo Spec. in 4. par. 3. par. princ. nu. 23. ad eum recurres, & inter alias differẽtias nota vnã, quia fuit de facto; Iam scis, q; Sede vacante Capitulum succedit in iurisdictione ordinaria c. 1. de maior. & obed. lib. 6. & c. 2. ne Sede vac. & not. in c. 2. ne prælat. vices suas & Capitulũ prædictum eligit Vicariũ loco sui, qui habet dictam iurisdictionẽ, quam habet Capitulũ prædictum, & solet creari Archidiaconus tamquã prima dignitas, & ipso iure absente Episcopo est Vicarius Episcopi cap. 1. de offic. Archidiac. Et Capitulũ ipsum, & successiuẽ Vicarius ipse Sede vacante non succedit in iurisdictione delegata, secundũ Card. in clem. 1. ver. duro nu. 8. de hære. & Gem. in d. c. 2. de maior. & obed. in 6. Io. And. in cap. cũ olim col. pen. de maior. & obed. & habetur in cap. ad abolendam de hære: & in d. cap. cum olim notantur omnia, in quibus succedit dictum Capitulum Sede vacante; Vndè si in vita Episcopi aliqua delegatur causa ipsi Episcopo, vel Vicario, quod eo mortuo Capitulũ prædictum non succedit in dicta causa delegata, secus si vt ordinario delegata esset, & qualiter cognoscatur, an vt delegatus, vel vt ordinarius procedat, ipsiq; fuerit commissa, iam supra explicauimus; sed quoad materiam nostram suspitionis videndum est, quando delegatus suspectus allegari possit, & an ea, quæ notata sunt in Iudice ordinario, habeãt locum in ipso Iudice delegato,
C & de iure canonico dicamus (C)
36 Sciendum est, q; delegatus dicto iure canonico potest in totũ recusari vt suspectus, prout potuit, & põt allegari, & remoueri ipse Iudex ordinarius cap. si quis contra clericũ, & ibi Abb. & Doct. de for. comp. & idẽ Abb. in cap. cũ speciali in 1. not. de appell. dummodo causæ legitime inferatur, & probetur, alìàs recusatio non admitteretur, vt ibi dicit Abb. & in c. super quæst. §. quẽ vero de offic. deleg. & est tex. in c. 2. requir. de appell; differunt tamen in hoc ordinarius, & delegatus, quia ordinarius postquã est recusatus, vt suspectus, potest causã alteri delegare, cap. si quis contra clericũ de for. compet. & d. c. cum speciali, & ibi Abb. delegatus verò recusatus, non põt causam cõmittere, c. Iudex ab Apostolica de offic. deleg. in 6. & glo. in c. 2. requiris in ver. coram eodẽ de appell. cum distinctione tamen, de que ibi, scilicet, aut non dũ est proposita recusatio, & potest committere, aut est proposita, sed non dum fuit pronunciatũ super ea, & tunc non potest cõmittere, nisi de consensu partiũ, aut est pronunciatum, & tunc etiam de consensu partium non potest cõmittere, quia post pronunciationem desijt esse Iudex, vt d. cap. Iudex ab Apostolica, & Abb. in d. cap. cum speciali; Et nota q; illud, quod dispositum est in Iudice ordinario circa modum proponendi causam suspitionis, procedit, & in delegato; nam sicut corã ipso ordinario Iudice proponenda est causa legitima suspitionis, & demũ procedendũ ad electionẽ arbitrorũ, coram quibus causa ipsa suspitionis proposita probanda erit; sic & in delegato dicendũ est, sm̃ Abb. in d. c. cũ speciali nu. 9. vers. in glos. in ver. cũ Iudex; & si ipse Iudex ordinarius, vel delegatus non vult admittere legitimam recusationẽ, potest ab eo appellari, vt in c. super quæstionũ in fin. de offic. deleg. & Abb. in d. c. cũ speciali nu. 6. de appell. in tantum vt remedium recusationis non possit in rescripto per Principẽ tolli, vt per Abb. in d. cap. 2. requiris nu. 9. de appell. vndè si delegatus fuerit quis in certa causa,

cum

cum clausula appellatione remota, adhuc recu-
sari potest vt suspectus ex legitima causa, & sic
remotio appellationis incerta causa facta, nó tol-
lit facultatem recusandi Iudicem ex iusta causa
37 cap. postremo, & ibi etiam Abb. de appell. Ex
quo infertur, quod appellatio, & recusatio nó per
omnia æquiparantur ad remotionem, ergo appel-
lationis, nó sequitur remotio recusationis ex iu-
sta causa, cum appellatio, & recusatio non in om-
nibus æquiparentur, vt in cap. ad hæc, & cap. pro-
posuit de appell. glos. tamen in cap. super eo de
appell. dicit, quod istæ æquiparantur solum quo
ad formalitatem, vt sicut in vna exigitur expres-
sio causæ legitimæ, ita & in alia, quasi dicat, quòd
sicut sine causa non licet appellare, ita nec recu-
sare: quò ad alia verò non æquiparantur, & hoc
ibi tenent communiter Doct. vndè à Iudice non
appellatur, nisi grauet, qui tamen bene recusatur,
& si non grauet: item appello à Iudice, in quem
consensi, quem tamen non recuso, vt in cap. insi-
nuante de offic. deleg. iuncto cap. causã de re iud.
item recusator officialis coram ordinario suo, ad
ipsum tamen, ab illo non appellatur, vt in cap. si
contra vnum in fine de offic. deleg. in 6. Aduerte
tamen dicit Abb. in d. cap. super eo, quia text. vi-
detur velle quod vbi tollitur appellatio, videtur
sublata etiam recusatio, & videtur velle Io. And.
ibi hoc procedere, siuè tollatur per ius commu-
ne, siuè per speciale rescriptum cap. 1. de rescript.
& cap. super quæst. de offic. deleg. quod ibi intel-
ligit Abb. procedere respectù modi proponendi,
vt sine causa non liceat appellare, vel recusare, &
illum text. dicit procedere secundum antiqua té-
pora, secundum quæ licebat appellare indistin-
ctè; vndè omnis appellatio, quæ non erat mani-
festè friuola, deferebat causam ad superiorem, vt
in cap. ad Romanam 2. q 6. & not. in cap. vt debi-
tus de appell. vndè remotio appellationis facta
per ius commune, vel rescriptum æquiparabatur
respectu appellationis friuolæ, vt sine iusta causa
non liceret appellare, quod etiã voluit glos. in l. 1.
ff. à qui. appell. non licet in fine; & illo tépore re-
mota appellatione censebatur remota recusatio,
vt sicut sine causa non liceret appellare, ita nec
recusare; hodiè autem dicit Abb. non putat illum
tex. super eo procedere, quia remotio appellatio-
nis tollit omnem appellationem, quia in iure non
reperitur specificè permissa, vt legitur, & not. in
cap. pastoralis de appell. vndè durum esset dicere,
quod per remotionem appellationis non possit
quis recusare Iudicem ex iusta causa, licet non sit
in iure expressa, non est enim præsumendũ Prin-
cipem voluisse istum litigare coram Iudice su-
specto, arg. in cap. cum inter de except. vndè cũ
ista, scilicet recusatio, & appellatio non æquipa-
rétur quò ad omnia vt supra, ergo remotio vnius
non extenditur ad remotioné alterius in materia
odiosa, qualis est ista, arg. in c. statutũ de elect. in
6. quod secus est de iure ciuili respectù delegati
prædicti remotio appellationis in rescripto exté-
ditur ad recusationem, quia de iure ciuili non est
opus exprimere causam recusationis, vt not. in l.
apertissimi C. de iud. & suo loco declarabimus, &
ideò sicut non licet sine causa apppellare, ita nec
recusare, sm̃ Abb. in d. cap. super eo ante nu. ...

38 Sed si causa fuerit delegata pluribus Iudicibus
cum clausula, ꝙ si non omnes, & vnus ex eis re-
cusetur, non sunt arbitri eligendi ad tractandam
causam recusationis, sed collegæ, qui non recu-
santur, de eadem poterunt, & debent cogno-
scere, text. in cap. si contra vnum de offic. deleg.
D in 6. (D) Modò quæritur, an idem sit iudican-
dum, vbi causa pluribus Iudicibus delegatur cũ
clausula, & eorũ cuilibet, & quidam existimabãt
idem propter eandẽ rationem, quæ expressa est
in d. c. si contra vnum, siquidé ad collegam re-
cusati ratione dictæ clausulæ debet cognitio cau-
sæ pertinere; quæ quidé ratio itidé obtinet, quo-
ties causa pluribus committitur cum clausula, &
eorum cuilibet, nam vno ex Iudicibus impedito,
qui de causa cœperant cognoscere, alter de eadẽ
cognoscere poterit cap. cũ plures de offic. deleg.
in 6. contrariam tamen sententiam tenet Couar.
pract. quæst. cap. 26. nu. 5. ꝙ in casu prædicto eli-
gédi sunt arbitri, prout dictũ est in vno delegato
recusato, non obstante dicta clausula, & eorum
cuilibet, quia in d. cap. si contra vnum in specie
scribitur, secus esse in alijs Iudicibus, qui dati non
fuerint cum dicta clausula, ꝙ si non omnes: hi
autem dantur sine illa, vt constat; imò cum alia
clausula differenti, igitur nó erit in his Iudicibus,
de quibus agitur seruanda eadem responsio; Se-
cundò dicit ipse esse animaduertendum, ꝙ Iudi-
cibus datis cum clausula, & eorũ cuilibet, compe-
tit iurisdictio insolidũ, nec est necessarium, simul
eos de causa cognoscere, nec possunt simul causã
examinare, si quidem vnus tantũ ex eis potest de
causa cognoscere: Idcirco dum iste impeditus
non est, cæteri non possunt causã ipsam tractare,
quia carent iurisdictione, ergo nó poterit vti iu-
risdictione quoad recusationem, quia non dum
apparet alium impeditum esse, qui verè cœperat
iurisdictionem exercere, quod si semel pronun-
ciatum fuerit, Iudicem illum esse suspectũ, tunc
poterit alius Iudex ex collegis causã ipsam exa-
minare d. cap. cum plures; Tertiò adducit ipse
aliam rationé, nam in priori clausula omnes iu-
risdictionem habent, & ideò mirum nó est, quod
de vnius recusatione cognoscant cœteri, in poste-
riori autem non habent omnes iurisdictionem
ab initio actualem, sed tantum is, qui ea vti cœpe-
rat, & alias ibi adducit rationes ad comproban-
dum, quod in vltimo casu non obstante illa clau-
sula, vt eorum cuilibet in casu recusationis recur
rendum est ad electionem arbitrorum.
39 Et ista recusationis allegatio debet proponi an-
te litis contestationé, prout dictum est in Iudice
ordinario, cum omniũ dilatoriarũ prima cẽsea-
tur, ne per alterius exceptionis obiectũ videatur
quis in Iudicẽ consensisse, ipsumq; recusare non
valeat, glo. in cap. inter monasteriũ de re iudic. &
glo. in c. pastoralis in vers. potestate de excep. quã
opinioné communé esse fatentur Aret. & Dec. in
cap. 1. de iudic. & optimè Fely. in d. c. inter mona-
sterium; verum tamen est, quod si causa recusa-
tionis post litem contestatam cognita fuerit ipsi
recusanti, & is non habuerit prius eius causæ
scientiam poterit post litis contestationem, præ-
stito huius ignorantiæ iuramento Iudicem recu-
sare, quod in recusatione æquissimum est, arg.

tex.in cap. insinuante de officio deleg. præsertim quia, & aliæ exceptiones, quæ iure sunt ante litis contestationem proponendæ, admittuntur post litem contestatam, etiam si prius fuerint ortæ, modò ipse reus post litis contestationem, earumdem cognitionem, ac scientiam habuerint, text. est in cap. pastoralis de except. & id expressè probat glos. in l. error in vers. facti C. de iur. & fact. ignor. Abb. & cæteri in d. cap. pastoralis, vbi Dec. nu. 18. fatetur hanc esse communem opinionem; sic & post conclusum in causa recusatio admittitur, & vbi causa probanda est; dummodò dicta causa sit orta, & habuerit originem post ipsius litis contestationē; text. in cap. insinuante de officio deleg. & ibi Fely. nu. 15. & in d. cap. pastoralis nu. 17. & ibi Dec. num. 9. Sed si causa suspitionis orta fuerit ante conclusionē in causa, adhuc recusatio proponi poterit post conclusionē in duobus casibus. Primò vbi causa suspitionis ita notoria est, q nullam probationem exigat, tunc enim indistinctè proponi poterit; secundū Imol. & Felyn. in dd. locis alleg. alioquin si recusationis causa, quę probanda sit, & probatione indigeat, nō sit admittenda post conclusionem causæ, & litis, vt not. Io. And. & Imol. nu. 19. in capit. de ord. cogn. quia post conclusionē causæ, probationi locus nō est, cap. cum dilectus de fid. instr. Secundò quoties causa recusationis orta ante conclusionē causæ, peruenit postea in cognitionem recusantis, quemadmodū not. Franc. in d. cap. cum speciali nu. 2. nam in hoc casu poterit proponi recusatio, & causa recusationis probari; Couar. tamen in cit. loco nu. 6. in vers. sed vbi exceptio, fatetur communē conclusionem esse in contrarium, scilicet q vbi exceptio ante conclusionē orta erat, & post conclusionem venit in cognitionē ipsius excipiētis, communiter receptum est, non posse proponi, vt probatio eius admittatur post conclusionē in causa; sed si recusationis causa orta est ante conclusionē litis, etiam si post eandē conclusionem, qui Iudicē recusare vult, eius cognitionem habuerit, non est admittenda ex ea causa, recusatio post cōclusionē in causa, vt probari causa possit testibus, sed tantū iuramento ipsius Iudicis recusati, qd eisdē Constitutionibus respondetur, eaq; responsio constat iure cōmuni ex conclusione Io. And. & Imol. in d. cap. 2. de ord. cogn. nu. 19. nam probationi locus non est, benè tamen iuramento Iudicis recusati, quia iuramenti delatio non est propriè, nec verè probatio, & pōt in quacumq; parte litis fieri, maxime in causa recusationis, quę nō est principalis, & nec principaliter examinatur, sed incidenter, ac summariè, si quidē in causis summarijs Iudex potest post conclusionem in causa exigere iuramentū, & interrogare litigantē, etiā ad petitionē aduersarij, glos. in clem. sæpè vers. interrogabit de verb. signif. sequitur Hypp. in l. 1. §. si quis vltro nu. 66. ff. de quæst. Carau. in Ritu Magn. Cur. 93. nu. 2. & Couar. in cit. loc. num. 3.

E vers. quod si recusationis causa. (E)

40 Ibidemq; in ver. cæterum quæritur an sit locus recusationi Iudicis, quoties sentētia ab eo est scripta, & subscripta, traditaq; tabellioni, vel actuario, vt pronuncietur, & refert Rupell. lib. 1. forensi. instit. 48. tenere non esse admittendam hanc recusationem, cum iam res sit iudicari cœpta, dicit tamen Couar. ibi, quod apud Hispanos admittitur talis recusatio, & quod apud Gallos, illud fortassis frequentius est, ac deniq; vtilius ad tollendas tot calumnias, quibus in Iudicum recusationibus passim litigantes vtuntur.

41 Sed an minor, vel Ecclesiæ, aliæq; personæ, quæ habent beneficium restitutionis in integrū recusantes Iudicē ex ea causa, quæ orta fuit ante conclusionē litis, & tamen eam proponunt post ipsā cōclusionē, petuntq; admitti ad probationē causæ per testes, petita ad hoc restitutione in integrū sint admittendi concessa prædicta restitutione ad probationē ordinariam causæ, & licet aliqui teneant aliquibus rationibus hanc in integrū restitutionē non esse concedendam, tamen Couar. in d. cap. 9. vers. vidi tamen non semel sub nu. 4. dicit nō semel, sed frequentissimè contrarium in illo Granatensi Prætorio fuisse seruatum, admissosque minores, & Ecclesias, aut Rempublicam beneficio restitutionis in integrum ad probandas post conclusionem in causa recusationis causas, quæ ante eiusdem litis conclusionem ortæ fuerunt, quam opinionē multis rationibus comprobat Io. Maur. in tract. de in integr. rest. c. 263. ex eo potissimū, quod durum sit coram suspecto Iudice litigare, l. apertissimi C. de iudic. nec minori obesse debet, q causam concluserit absque obiectione, & recusatione Iudicis propter causas, quæ tunc aderant, & eo tempore ante litis conclusionem, nam hoc inconsultè prætermisisse minor censetur, quod si in re fuisset diligentius bonus paterfamilias versatus, vt cum semper subsistat eadem suspitionis causa, debet simili ratione minor restitui. (F) [illegible]

F

42 Et si delegatus, vel ordinarius esset suspectus, & recusatus vt suspectus, an etiam, & successor illius in iudicatura similiter sit suspectus, dic quod si suspitio inhæsisset dignitati, tunc eadem suspitio, quæ erat respectū prædecessoris, militat in successore, secus si personæ, secundum Alexandrin. in cap. cum speciali 12. col. de appellat. idest quando fuisset causata respectū dignitatis, vnde si Iudices Magnæ Curiæ prædecessores me in vna causa grauassent, possum successores in eadem causa refutare, refert. & sequitur Capyc. in dec. 138. nu. 6.

43 Diximus modo data suspitione esse procedendum ad electionem arbitrorum, coram quibus causa suspitionis allegatæ probari debet, dummodo non sint de suspectis, an in electione facienda ipsorum arbitrorum allegari possint suspecti omnes de vna Prouincia, Ciuitate, loco, vel parentela, Alber. in 2. part. statut. quæst. centesima incip. an autem possit quis dicere omnes Iudices, &c. dicit quod vidit seruari in practica omnes Sapientes vnius Ciuitatis posse, vt suspectos recusari, refert, & sequitur Ias. in l. apertissimi 3. col. vers. adde etiam, & quod tota Ciuitas possit dari, Phil. Franc. in cap. cum speciali 6. col. vers. 10. quæritur de appell. & Alber. in d. l. apertissimi in vlt. col. dicit quod totū Collegiū vnius Ciuitatis non potest recusari suspectum in genere, immò expedit, quod specificentur nomina illorum, quos quis habet suspectos, nisi causa

effet

esset Ecclesiastica, quo casu posset dicere omnes
Iudices Collegij suspectos, qui ignorarent ius
Canonicum, indè ipse subdit, audiui etiam ma-
gnos proceres tenentes totum vnum Collegium
Iudicum non posse dici suspectum, refert Capy.
in d. dec. 138. & licet partes ipsæ debeant dare
suspectos, & non est necessè dari confidatos, si ta-
men darentur suspecti, & confidati per partes,
Iudex non arctatur ad eligendum de confidatis,
satis enim est, quod non eligat de suspectis, sequi-
tur Capyc. in d. dec. in fine, & si quis allegat om-
nes litteratos suspectos, & vnum approbat, non
potest illum approbatum allegare suspectum,
nisi causæ sint euidentiores, secundum Innoc. in
cap. cum speciali de appell. de Nigr. in d. cap. Re-
gni incip. prolixitatem nu. 3. Nota tamen reme-
dium obuiandi fraudibus ipsorum, qui allegant
omnes litteratos Ciuitatis suspectos, secundum
Specul. in tit. de requi. consi. in princ. vers. quod si
forte, quod Iudex debet partem hoc allegantem
facere iurare, quod hoc non malitiosè facit, verū
dicit ipse, quod Iudex hanc recusationem admit-
G tere non debet passim, & sine causa. (G) Item
potest Iudex talem multitudinem restringere in-
specta personarum, & negotij qualitate, dicens
quælibet pars det mihi suspectos vsque ad decē,
vel quindecim, præsertim vbi est copia peritorū,
arg. cap. sedes extra de test. & subdit idem Specul.
quod plerumq; partes in personis eligendis hoc
modo concordant, videlicet præcipiendo vtrique
parti, quod sibi nominaret in scriptis 10. aut 12.
bonos expertos, & litteratos viros in tali loco ha
bitantes, ex quibus possit eligere vnum, quam
scripturam in actis secretè poni faciebat, vnde
cum vere tot, & tales in loco inueniebantur, sæ-
pè partes in nominando concordabant, quod est
prouide consilium de consensu partium commit
tere, & delegare, quia postea non poterant recu-
sare, secundum Host. de officio deleg. §. quæ dele-
gari vers. vnde 1. vide, & attende tu qui das no-
mina suspectorum, vt facias in scriptis redigere,
ne Iudex ex illis aliquem fortè eligens valeat ma-
lignari, sequitur de Nigr. in dict. cap. prolixit. nu-
me. 18.

44 Et si plures sint delegati Iudices in aliqua cau-
sa, an omnes possint vt suspecti recusari, & dicit
Paris de Put. in tract. synd. in vers. suspitio col. 4.
in princip. quod si sunt plures officiales, & vellet
omnes allegare suspectos, quod non debet audi-
ri, quia præsumitur in fraudem facere, quod dicit
procedere, quando causa esset parua, vel si nō co-
modè posset mitti extra Ciuitatem, vel ibi, & de
Nigr. in d. cap. num. 46. & in casu, quo recusatur
vnus ex delegatis suspectus, taliter quod alij pos
sunt cognoscere de causa suspitionis stante illa
clausula, quod si non omnes iuxta cap. si contra
vnum de officio deleg. in 6. quod quando causa
ipsa votatur non debet is, qui est suspectus inte-
resse in votando, etiam si non det votum, secun-
dum Alex. in d. cap. cum speciali 12. col. de ap-
pell. & Capyc. dec. 138. nu. 5. & sic debet exire
auditorium, quando causa illa votatur, & de
Nigr. in d. cap. prolixit. nu. 48. & in hac materia
suspitionis Iudicis ordinarij, & delegati, vide
Papiens. in tit. de declinat. iurisdict. & de allegat.
suspit. vbi ponit formam libelli proponendi su-
spitionem, & coram quo proponenda sit, & qu
delegati suspecti allegari possint, & infra quan-
tum tempus allegata suspitione procedendum
sit ad electionem arbitrorum, & infra quantum
tempus ipsi arbitri debeant procedere ad expe-
ditionem causæ suspitionis, & subsistente suspi-
H tione, quid agendum sit, recurre ad eum. (H) Et
si Iudex impetratus per aliquem, non potest per
eundem recusari, nisi noua causa superueniat, vt
est glos. & ibi Abb. in fine in cap. insinuante de
officio deleg. sicut si ad instantiam vnius partis,
& eius petitionem fuit datus Iudex, quia ex hoc
solo potest per alteram partem recusari, vt habe-
tur in d. cap. insinuante, & Phil. Franc. in cap. po-
I stremo col. 8. nu. 22. de appell. (I)

45 Sed an ista allegatio suspitionis impediat cur-
sum fatalium pendente discussione ipsius, latè
per Bald. in cons. 26. 1. vol. & vide eundem Bald.
in auth. ei qui C. de tempor. appell. & an Papa
ex certa scientia possit committere causam recu-
satione remota, latè per Felyn. in c. cum inter in
vers. verum Papa 4. col. de except.

46 Quia supra fuit conclusum Iudicem recusatū
alteri causam ipsam principalem committere, in
Iudice ordinario iam est text. in c. cum speciali,
& cap. 2. requiris de appell. & in delegato est tex.
in cap. Iudex de officio deleg. in 6. cum distinct.
tamen de qua ibi, quid si cōtingat à tali delegato
subrogato in locū recusati appellari, ad quē ap-
pellabitur Io. de Lig. in cap. si quis contra clericū
de for. comp. est in opinione q̄ respectù delegati,
ex quo facta pronunciatione super recusatione
extinguitur ipso iure iurisdictio, & sic rectè pro-
cedit cum distinct. dict. cap. Iudex in ordinario
verò remanet adhuc firma eius iurisdictio post
pronunciationem suspitionis, & sic ad ipsum de-
legantē Iudicem esse appellandum, nam sicut re-
spectù commissionis fiendæ in prima instantia
non euanescit iurisdictio recusati, adeò quod eo
prætermisso nequeant partes adire superiorem,
quia sicut actor habens ordinarium legitimè su-
spectum ipsum adit, non vt ipse de per se cogno-
scat, sed causam deleget, ita & appellans debet ad
eum appellare, non vt cognoscat, sed vt appella-
tionis causam alteri deleget, sicut enim non iu-
dicatur suspectus in cōmittendo causam in pri-
ma instantia, ita non debet iudicari suspectus in
commissione causę appellationis, & hanc opinio-
nē sequitur Abb. in d. cap. si quis contra clericū
num. 26. per illum text. vbi si recusatur delegatus
subrogatus in locū recusati, aditur ipse Episcopus
recusatus, & non superior, & si ille est legitimè
suspectus deputet alium, multo fortius si appel-
latur à tali delegato debet appellari ad ipsum de-
legantem, cum hoc casu agatur de Iniquitate Iu-
dicis delegati, vndè Iudex ad euadendū hoc sub-
terfugium recusationis debet de communi con-
sensu partium delegatum constituere, quo casu
non possunt partes illum recusare, in quem se-
mel cōsenserunt nisi legitima superueniente cau-
sa, vt not. Innoc. in cap. 1. de re iudic. & Abb. in
d. cap. si quis contra clericum nu. 9.

47 Sed circa prædicta dubitari contingit, an à de-
legato Episcopi recusati, qui recusari potest, iuxta

d. cap. ſi quis contra clericum de foro compet. poſſit appellari ad ipſum,& ſicut poteſt ad ipſum appellari,poterit tunc etiam appellari ad eius Vicarium,quia ex perſona ipſius Epiſcopi Vicarius adhuc redditur ſuſpectus,vt in cap. inſinuante de officio deleg. in hoc Abb. in d. cap. ſi quis contra cleric.num.30. ſic diſtinguit,quod aut Epiſcopus eſt præſens,& tunc debet appellari ad eum,& dicitur præſens, quãdo eſt in diœceſi, vel loco propinquo,& adhuc allegat bonum tex.in cap. ſi cõtra vnum de officio deleg. in 6. & quod ibi dicitur, quod ſi recuſatur Epiſcopi delegatus , debet recuſatio probari coram ipſo Epiſcopo , non tamen poteſt negari ; quin vocetur quædam ſuperioritas in cognitione appellationis , cũ ſit à minori Iudice , ad maiorem prouocandum , vt in c. 3. de appell.in 6. Hinc eſt quod à Vicario Epiſcopi non appellatur ad ipſum Epiſcopum, vndè cum Vicarius quo ad illam cauſam non ſit maior delegato, non poteſt ab eo ad illum appellari, aut Epiſcopus eſt abſens , & tunc poterit appellari ad ipſum Vicarium , arg. in l. ſi hominem ff. mandat. Vndè facit ibi Abb. duas concluſiones ; prima eſt quod à delegato Iudicis ordinarij recuſati appellatur ad ipſum ordinarium recuſatũ, non vt cauſam diſcutiat,ſed vt alteri diſcutiendã, & finiendam committat : Item in delegato recuſato ſi non in totum, ideſt de partium conſenſu , cauſam delegat , à delegato Epiſcopi recuſati ad ipſius Epiſcopi Vicarium appellari non poteſt ; ipſo præſente, ſecus ſi in remotis exiſtat ; Papa autem, Archiepoſcus,& ſimiles,quando,& quomodo allegari poſſint , declarat Abb.in d.cap. ſi quis contra cleric. nu.21.

48 Et nota quod Iudex ipſe ſuſpectus allegatus poteſt non obſtante ſuſpitione in facto notorio procedere, ſecundum Abb. in d.cap. ſi quis contra clericum nu. 17. Sed illud dubitari contingit ſententia lata per ipſum delegatum , per quem exequutioni demandabitur, per ipſum delegatũ , vel Iudicem delegantem ſuſpectum , & in hoc Abb. in d.cap. ſi quis contra cleric. ſic diſtinguit, aut quæritur numquid Vicarius Epiſcopi poſſit ſuam ſententiam mandare exequutioni , aut de inferioribus habentibus iuriſdictionem à lege vel à conſuetudine,aut de delegato Principis,aut de delegato inferioris;primo caſu dicit ipſe,quod poteſt, quoniam Vicarius habet ordinariam ad ea, quæ ſunt mixti imperij,& hæc in Vicario principali, qui facit idem conciſtorium cum Epiſcopo, talis enim habet ordinariam,foranei verò nõ habent ordinariam , ſed delegatam , nec faciunt idem conciſtorium cum Epiſcopo , vndè ab his appellatur ad Epiſcopum , & an poſſint excommunicare , cum ſit mixti imperij ibi ; Secundo vero caſu principali, ſcilicet de inferioribus prælatis,ſeù Iudicibus, Hoſt.in c.cũ contingat de foro compet.dicit ꝙ per fideiuſſores,& pignora talia, contra quẽ lata eſt ſententia poterit coerceri, vel ordinarius loci exequetur,ſicut exequetur ſententiã arbitri l.3.§.1. ff.de arbitr. in tertio principali caſu,videlicet in delegato Principis dicendũ ſimpliciter,quod poteſt , vt in c. ſignificaſti cum ibi not.de officio deleg. & hoc dicit procedere , ſecundum merum ius canonicum , ſed de iure ciuili,videtur dubitare,prout ſuo loco dicemus ; Vltimo caſu,ſcilicet in delegato inferioris à Principe,dicit Abb. quod poteſt exequi de iure canonico,etiam ſi non committatur principaliter , & expreſsè per text. in cap. ex literis de officio deleg. vbi expreſsè dicitur delegatum poſſe iuriſdictionem , quam habet alteri demandare in exequutione ſententiæ, quia exequutio eſt meri imperij,vt not. Innoc. in cap. tranſmiſſam de elect. & nihilominus tranſit ſub generali commiſſione , probatur in d. cap. ex literis, & ſic cum exequutio veniat acceſſoriè ad cauſam principalem, certum ſit de iure canonico , ea quæ ſunt mixti imperij,& meri,poſſe delegari,vt in cap.quod ſedem de offic. ordin. ergo tranſibit exequutio facta delegatione cauſæ principalis.

49 Et illud quod diximus ſupra,ſi Papa, vel ſuperior poſſunt committere cauſam remota recuſatione Iudicis ſuſpecti , ſicut poſſunt committere cauſã appellatione remota,& glo. in l.apertiſſimi C.de iudic.tenet ꝙ ſic,dicit tamẽ Speculator, quẽ ibi refert Iaſ.nu.17. quod iſto caſu, quando Papa committit cauſam alicui recuſatione remota , quod adhuc poterit recuſari vt ſuſpectus,ex cauſa legitima in iure expreſſa,ſecus ſi eſſet dubia cauſa , ſicut quando committitur cauſa appellatione remota, intelligitur de appellatione friuola,& iniuſta cap.paſtoralis, & cap.vt debitus de appell. & hanc concluſionem ex tribus ibi confirmat Iaſ. primo ex eo,quod vult gloſ. not. iuncto text. in cap. lator in verb. excuſatione de appell. & ibi Gem. quod ſi Papa iubet aliquid fieri ceſſante omni mora , & excuſatione, intelligitur de iniuſta , ſecus de iuſta ; Secundò per text. in cap.audientie de reſtit.ſpoliat. & ibi Panor. in penul. col. quod ſi Papa mandat immutari quicquid à certo tempore citra fuerit attentatum , intelligitur de attentatione iniuſta, non de attentatione legitimè facta. Tertiò facit,quod voluit Io. And. & alij in c.cauſam quæ de reſcript. quod ſi Papa confert alicui beneficium cum clauſula, non obſtante collatione huius beneficij alteri facta , in-
L telligitur de collatione inualida; (L.) Imò gloſ. in cap. adhæc in gloſ. magna in fine de reſcript. quam ibi Panor.not.quod Princeps etiam de plenitudine poteſtatis non poteſt committere cauſam ſuſpecto ſine facultate recuſandi , & dicit Panor.ſe neſcire alibi, refert tamen, quod Doct. tenent contrarium in cap. cum inter de except. ſed quod ipſe ibi ſequitur ; dicit etiam Iaſ.in loc. cit. quod illa gloſ. ſolet reprehendi in locis prædictis,quia quando Papa,vel Princeps aliquid facit de plenitudine poteſtatis, nihil ei reſiſtit , aut obuiat, ſecundum Bald.in proem. decret.in pen. col. & Iaſ. in l. reſcripta C. ſi contra ius vel vtil. pub. nam de plenitudine poteſtatis poteſt Princeps ius diſpenſare cap.propoſuit de conceſſ.præbend.vide Hypp.de Marſ. ſing.193.

50 Et illud,quod diſpoſitum eſt de iure canonico in hac materia ſuſpitionis,ſeruandum eſt in foro canonico,& in Terris ſubiectis Eccleſiæ,ſecundũ Bart.in l.quia poterat ff.ad trebell. Iaſ.in d.l.apertiſſimi num. 5.C.de iudic. in Ciuitate Caue quid ſeruandum ſit,cum videatur ſubeſſe iuriſdictioni Epiſcopi , tamquam Baronis ; & tandem vt vaſſ

licet

licet respectu ciuilis iurisdictionis subsit Episcopo, attamen iurisdictio criminalis dependet à Rege, & sic Regia denominatur, vndè in casibus occurrentibus seruari vidi ius ciuile, & Regias sanctiones, & in dies tempore quo ibidem iudicabam, ita obseruabatur, & obseruatur, vt suprà diximus.

51 Diximus suprà, quod quando Iudex est delegatus ad instantiam, & petitionem vnius partis, quod non possit amplius per eum recusari vt suspectus, ex quo semel in eum consentit; adde etiã quod si procurator impetrasset delegatum in specie, quod Dominus non posset eum vt suspectum recusare, glos. est not. in cap. cum olim in glos. 2. de causa possess. & propriet. intelligẽ tamen secundum Ias. in d. l. apertissimi in princ. nisi noua causa superueniret, sicut quando esset delegatus de consensu vtriusque partis, quo casu recusatio esset temeraria propter cõsensum vtriusque partis, ideò licet tunc de iure ciuili recusatio posset fieri sine causa, tamen isto casu non teneret recusatio sine iusta causa, ita Angel. in l. quia poterat ff. ad trebell. & Ias. in d. l. apertiss. in principio nu. 2. (M)

52 Sed an tota Synodus suspecta recusari possit, sicut potest totus Senatus, & aliqui Doct. dicunt, quod si Metropolitanus, vel Maiores, qui praesunt suspecti sunt, tunc Synodũ posse recusari affirmant, secundum Bald. in l. 2. C. si rector. prouinc. vbi propter caput suspectum potest totum Collegium recusari, quod intelligit verum Felyn. in cap. 1. de iudic. col. 3. si caput sit tale, cui vniuersitas non auderet contradicere; Secundò intelligit, etiam quando vniuersitas subest ei, secus si non subest, Abb. tamen concludit quod si remotis suspectis remanet Synodus in perfecto numero, qui requiritur secundum qualitatem causae, quod propter suspitionem quorundam, non poterit recusari tota Synodus, arg. cap. fi. de procur. quod intelligit procedere in inferiori Synodo, secus in concilio generali, in quo praeest Papa quod non possit recusari, & Doct. in cap. postremo de appell. subdit tamen Bal. in d. cap. 1. de iudic. quod consilium, cui commissa est causa potest recusari tanquam suspectum, sicut singularis persona, de quo dicto vide plenè dicta per Boer. decisio. 169.

53 Vndè ista delegati iurisdictio iam finitur per recusationem, & est propriè ipsa recusatio, quae ob iustam cautam suspitionis contra ipsum Iudicem propositam audientiae eiusdem Iudicis declinatio, canonicè allegata, vt colligitur in cap. suspitionis de recusat. & cap. cum speciali de appell. Et non tantum ipsi ordinarius, & delegatus recusari possunt, sed etiam omnes, qui iurisdictionem habent, & etiam Auditor, secundum Host. in cap. 1. §. quis recusetur de recus.

54 Causae enim quae subsistunt ad recusandum delegatum, sunt quae modò declarabũtur, & aduerte, quod omnes causae, quae repellunt ordinarium Iudicem, repellunt etiam, & sunt aptae, & sufficientes ad repellendum delegatum, sed non è contra, secundum Host. in d. cap. 1. quae sunt iustae causae, ver. hae causae, & ratio est secundum eum, quia delegata iurisdictio accidentalis est, sed ordinaria est naturalis, non est ergo mirum, si accidente fortior sit natura §. sed naturalia inst. de iure natural. vndè exprimam tantum iustas causas, quae sufficiunt ad recusandum delegatum declarabuntur, & aliae contra ordinarium; Prima namque causa iusta est, si delegatus sit Dominus impetrantis cap. causam quae de recus. Secunda si nimis familiaris, vel commensalis c. insinuante eodem, sed nocet si Aduocatus aduersae partis sit familiaris Iudici cap. 1. de officio Iudic. Tertia si est canonicus, cap. cum R. canonicus eodẽ. Quarta si is qui Iudex est hoc impetrauit, vel impetrari procurauit, argum. l. quae omnia ff. de procur. Quinta si habet causam consimilem, cap. causam quae de iud. Sexta si vnus est Iudex alterius, puta impetraui te Iudicẽ contra Titium, & tu me contra Seiũ, hic Seius recusabit me ex eo, quod sum Iudex tuus in causa Titij, & Titius te ex eo, quod es Iudex meus in causa Seij, & tales Iudices vocat Host. in d. §. quae sint iustae, taxionarios, quasi taxatum sit inter ipsos, & conuentum qualiter vnus in causa alterius procedere debeat: Septima si sit suffraganeus, & haec potest esse notoria, & ideò non requiritur probatio: Octaua si sit de eadem Terra oriundus, maximè quãdo sunt in Regione extranea, tunc enim compatriotae eiusdẽ Regionis diligũt se tamquam fratres, ita Host. in d. §. quae sunt iustae: Nona si sit consanguineus, vel affinis l. lex Cornelia ff. de iniur. Decima si fuerit aduocatus in eadem causa l. fin. ff. de post. & de vtroque probatur in cap. postremo de appell. Vndecima, si ab eo sit appellatum cap. ad haec, & cap. accepta de appell. Duodecima si comes sit, arg. l. 2. & 3. ad l. Iul. repetundar. & de officio Praesid. l. Senatus; haec tamen causa in ordinaria iurisdictione non semper locum habet: Tertiadecima, si sit inimicus Domini mei, nam propter dominum recusat tota familia iurisdictionem alicuius N l. vnic. C. si quacumque praed. potest. (N)

55 Propositis namque suspitionibus, vt dictum est procedere debet ipse delegatus, seu Iudex ad electionem arbitri, coram quo causae suspitionis probandae erunt. Quid si arbiter non vult recipere arbitrium, dic quod per Iudicẽ cogi possit ad suscipiendum, cum sit arbiter necessarius, nõ autem voluntarius, & sic intelligitur text. in l. sancimus C. de aduoc. diuer. iudic. scilicet de arbitro necessario, prout est iste, cum nec aliter iurisdictio expediri possit, cap. cum speciali de appellat. quid si duo electi arbitri non possunt se ad inuicem concordare, dic quod debent aduocare tertium, & compellantur per delegatum cap. suspic. de recus. quid si non possunt concordare de tertio, dic quod delegatus debet eis assignare terminum, infra quem concordent, vel tertium aduocent, quo elapso delegatus iurisdictione sua vtatur cap. legitima §. fin. de appell. Host. in d. cap. 1. §. qualiter recusatio circa medium.

56 Et an illud, quod dictum est de processu facto coram Iudice suspecto si tenet, procedat in delegato ad receptionem testium, & sic ad vnum actum, vt si per Iudicem Magnae Curiae, habitis nominibus suspectorum officialium, seu actuariorum à partibus, procedit ad electionem vnius ex suspectis, qui deinde procedit ad examinationem

tionem testium, si dicti testes faciant fidem ; dic quod aut recusatio eiusdem Examinatoris fuit admissa per Iudicem, tamquam iusta, & tunc omnis processus per eundem Examinatorem factus post recusationem est nullus, per text. in d. cap. Iudex de officio delegat. in sexto, aut super recusatione fuit processum seruata forma iuris, & tunc quia iurisdictio est translata in eos, qui habent cognoscere de suspitione allegata, & tunc idem, quia processus factus per Examinatorem, electū pendente discussione super recusatione erit idem, & residet Cauēs. super Pragm. incip. responsionibus nu. 34. ver. sed pone.

Quid dicimus de Consultore, voto cuius, eius-
57 demq; consilio procedit Iudex ordinarius, quia per superiorem sibi non datur, nam alias esset ordinarius. non assumptus, prout loquitur Paris in tracta. synd. in verb. potestas, Bald. in rubr. de pœna iudic. & Salycet. in fine eodem titu. quo casu, quod dictum est in potestate ordinaria, dicendū est in isto Assessore, seu Cōsultore, quod intellige procedere inter laicos, seu inter clericos in causa tamen prophana, seu mixta, tūc esse potest Assessor, & Sapiens sæcularis, sed in causis ecclesiasticis, & spiritualibus, sæcularis nō potest esse Assessor, quando Iudex ecclesiasticus dicti Sapientis consilium sequi debet, Caualcan. dec. 28. secunda par. num. 117. & 121. an autem omnes Sapientes Ciuitatis possint suspecti allegari, & in fraudem censeatur facta, vide Iaso. in l. apertissimi num. 10 C. de iud. alleg. Bald. tenente, quod non, & vt refert ibi Alber. tenere contrarium, & vidisse omnes Sapientes Ciuitatis fuisse suspectos allegatos, vide Capy. decisio. 138. sed si electus per ipsum officialem, & tunc potest iam recusari per partem solo iuramento, absque probatione causæ suspitionis, secundum Alexand. in cons. 104. volum. 5. & Vrsill. decisio. 317. verum si Iudex processit ad eius electionem de voluntate partium expressa, vel tacita, vt quia in eorum contumaciam processit ad eorum electionem, & sic taciti, & expressi eadem est ratio, ex ficta electione, quo casu recusari non posset, prout dicimus in Iudice delegato electo, & delegato de consensu partium, nisi noua causa superuenisset suspitionis, & super noua causa debet præstari iuramentum per recusantem, scilicet de nouo superuenisse, secundum gloss. in l. apertissimi, quam ibi sequitur Bald. C. de iudic. ne detur materia calumniandi Angel. &
O Alex. in l. quia poterat ff. ad treb. (O)

Quid dicendum de Arbitris, non dico volun-
58 tarijs, sed necessarijs, qui eliguntur volente, & disponente sic statuto, vt causæ compromictantur, maximè inter consanguineos, prout disponit in Regno Pragmat. incip. Odia litium, an hi suspecti allegari possint, & dicimus quod sic, per text. in l. non distinguemus §. cum quidam ff. de arbitr. quia isti dicuntur potius Iudices delegati, quàm arbitri, quia sunt electi necessitate cogente, not. Barto. in l. fin. C. de iud. quem approbat Alexan. in l. si quis arbitratu ff. de verborum obligatio. & Iaso. in d. leg. fin. num. 9. aduertendum tamen est circa suspitionem allegandam arbitrorum, quia debet esse iusta, & verificari oportet d. cap. cum speciali, & cap. secundo requiris de appellatio. & vtrobique per Abb. cum quibus concordat Cap. Regni Incipien. Item si contingat, quod iubet seruari ius Canonicum in hoc, & licet loquatur illud cap. generaliter de suspitione iudicum, tamen comprahendit arbitros in terminis not.
P ita Cauens. in d. prag. odia litium n. 75. (P)

Et sic quæ disposita sunt in materia Iudicis delegati habent locum in his arbitris, Verum quia hi eliguntur prævia lista suspectorum, ideò facta electione ipsorum, prout dictum est de Consultore, non cadit suspitio, nisi noua causa suspitionis superuenerit, quæ probari debet, delato prius recusanti iuramento, quod illa de nouo superuenerit, vt in Consultore dictum est, & idem distinguemus §. cum quidam vbi Barto. & alij ff. de arbitr. & Cauens. in loco citato, quæ suspitio superuenerit sine culpa recusantis, secundum prę-
Q dictos. (Q)

Et à sententia horum datur appellatio, quod
59 secus est in sententia arbitrorum electorum per voluntate leg. prima, & l. 2. C. de recept. arbit. & gloss. in cap. cum ab arbitris de officio delegati in sexto, de qua materia necessariò tractandum est ad sententiam in d. pragmat. odia litium, & Iaso. in d. l. fin. de iure ciuili licet appellare à sententia arbitri, cum de iure Canonico statutum sit quod sic, ideò ad euidentiam dicti articuli dicimus, cum iam de hac materia sim tractaturus in foro ciuili, secundum Barto. in prima consti. Cod. in prima colum. circa fin. quod à sententia talis arbitri electi ex necessitate statuti appellari non possit, eandem opin. tenet Iaso. in d. l. fin. C. de iud. num. 6. & dicit hanc esse magis communem opinionem, nam ideo à sententia arbitri non appellatur de iure ciuili, quia partes non potuerunt tribuere aliquā iurisdictionem arbitro l. priuatorum C. de iurisdict. omnium iudicum, & ideò arbitri nullam habent iurisdictionem, sed notionem tantum l. 1. ff. prætor in princip. ff. de re iudicat. & hac causa eorum sententia nō est propriè sententia, sed laudum, nec oritur actio, ideò non appellatur C. de arbitr. l. prima, quando ergo arbitri eliguntur ex necessitate statuti, cum ibi non sit solus consensus priuatorum certè iurisdictio attribuitur. De iure verò Regni aliter est dispositum per Pragm. incipie. & si aliqua partium Pragmat. 22. quæ disponitur posse haberi per eum qui se grauatum senrit recursum ad Iudicem ordinarium, quinquditis partibus infra mensem de dicta grauaminis causa sine figura iudicij visa facti veritate, & ex eisdem actis, si dolus ex proposito, vel re ipsa arguatur, si autem alia læsio allegetur per alias probationes iustificare possit infra terminum dicti Iudicis arbitrio statuendum, dummodo causa infra dictum mensem, & ad plus alium mensem sententiam arbitrorum approbet, improbet, seu modificet, & quod per eum fuerit iudicatum exequutioni mandetur, nec audiatur se grauans, nisi facta reali exequutione cum fideiussore de restituendo in casu retractationis, postquàm exequutionem Magna Curia de grauamine cognoscat, & similiter obseruantia locum habet in compromissis, & laudis inter extraneos factis post compromissum voluntariè factum, & per arbitros acceptatum, & sic hodiè habemus de iure ciuili legem

gem scriptam circa modum appellandi à laudis factis ab arbitris, tam electis ex necessitate statuti, quam ex voluntate. (R)

In foro tamen Ecclesiastico serua quod dictum est, & circa istam allegationem, suspectorum arbitrorum aduertendum est, quod non sit generalis, puta omnium de Ciuitate, quæ sic facta non valet, & in fraudem præsumitur, & non est admittenda, quia forte causa non poterat commode expediri extra Ciuitatem, secundum Castr. & alios in l. hoc modo ff. de cond. & demonst. & Capens. in lo. cit.

Syndicatores Officialium an suspecti allegari
60 possint, & qualiter: & videbatur dicẽdum quod non, ex disposit. Prag. Incip. Regiæ Dignit. quia officialis debet stare ad sindicatum coram Syndicatoribus, In contrarium tamen est veritas, quia quando quis est obligatus stare iuri, intelligitur arbitrio boni viri, & bonus vir non arbitrabatur quem stare iuri coram Iudice suspecto, vt l. vir bonus cum ibi not. per gl. ff. iud. sol. & clem. pastoralis de judic. iuxta consi. Bar. 105. ver. suspitio in princ. imò post allegationem suspitionis sententia lata per Syndicatores erit nulla l. apertissimi, & ibi Barto. & Bald. C. de iud. & taliter allegans suspitionem erit exemptus ab eorum iurisdictione, Host. in summa de officio delegat. §. primo, & sic quamuis ita Cauen. in d. Pragmat. num. 7. & licet ipsi officiales promiserint stare ad sindicatum coram Syndicatoribus, quod non tenerentur stare coram sibi suspectis inimicis; quia verba debent intelligi ciuili modo l. si cui ff. de seru. & Bal. in cap. primo, de Capit. qui cur. vend. sequitur Paris de Put. in tract. sind. in versi. suspitio.

Et nota quod quandoq; isti Syndicatores sunt ordinarij, vt est de iure communi Præfectus prætorio, Episcopus, Vicarius, vel successor in officio vt in l. prima, C. vt omnes causæ, & Bald. in l. obseruare §. proficisci ff. de officio procons. vel certi officiales per statuta, vel priuilegia deputati, vt quando sindicatus Capitanei committitur Potestati, vel è contra, vt quia Iustitiarij Regionum habent sindicare alios officiales; & tunc aut sumus in Terris subiectis Ecclesiæ, & seruandum est ius Canonicum, iuxta superius dicta, vt scilicet in allegatione ordinarij Iudicis requiratur legitima causa, quæ deduci debet ante eos, & demum probari coram arbitris eligendis, & si subsistit procedetur modo, quo superius est declaratum; aut sumus in Terris Imperij, & tunc seruandum erit ius ciuile, de quo infra tractabimus, & ibi quod seruandum est, secundum ius nouissimum Rituum, & Prag.

Si autem isti Syndicatores sunt delegati, vt
61 sunt ciues, vel alij, qui ex forma priuilegiorum, vel statutorum, vel ratione vetustæ consuetudinis, eliguntur, prout sunt nonnullæ Ciuitates, & fere omnes in Regno, quæ habent ius eligendi Syndicatores, & est Ciuitas ista Regnidæ Minoris, secundum Afflict. in const. Regn. incip. volumus 3. not. eliguntur anno quolibet, vel delegati specialiter à Principe, & isti de iure ciuili possunt allegari suspecti, & remoueri, & probatur talis suspitio per iuramentum, vt not. in d. l. apertissimi, & l. fin. C. de iudic.

Et licet isti Syndicatores sint delegati ad vniuersitatem causarum, non possunt regulariter recusari, quia sunt redacti ad instar ordinariorum, tamen Iacob. Butr. & Bald. tenent contrarium, & contra gloss. quia facilius eliditur iurisdictio extraordinaria, & sic delegata, quæ reputatur odiosa, quam iurisdictio ordinaria, quæ est fauorabilis, & solo cohæret, declarat Bald. in l. iudic. C. de iudic. Vnde quando Ciuitas haberet priuilegium eligẽdi Syndicatores, & eligerentur suspecti potetrunt, vt suspecti allegari, siuè sint ordinarij, siuè delegati, & in tali casu procedendum est in terris Imperij, secundum ius nouissimum Regni, prout prouidetur in cæteris officialibus suspectis allegatis, de iure ciuili, de quo latius inferius tractabimus, & ita resident etiam Par. in d. tract. in ver. suspitio.

Videndum est modo, quæ nam sint iustæ cau-
62 sæ suspitionis contra Syndicatores, & hic recensendæ sunt, cum differant ab alijs causis proponendis in materia suspitionis contra alios officiales, de quibus suo loco dicemus: Et prima causa suspitionis aduersus Syndicatorẽ est, & si Syndicatores fuissent ipsi, vel aliqui de sua familia tempore officij sindicandi per ipsum inquisiti, vel puniti, aut carcerati, licet pro Iudice præsumatur, cap. ea quæ de re iudicat. in sexto, & l. 2. de offic. o iud. & iuris exequutio non habet iniuriam: Secundò erit etiam iusta causa suspitionis, quando Syndicator ipse ad aliqua verba minatiua processisset contra ipsum Iudicem sindicandum, dicendo quod in sindicatu expectabo eum; vel alia similia, quia erit iusta causa suspitionis, argumen. text. in l. prima, C. si quacumque præd. pote. vbi ordinarius ratione contumeliarum recusatur ab illo, cui intulit verba contumeliosa, & per totam suam familiam, Imò per illa verba, *a sindicato te aspetto*, punitur actione iniuriarum, secundum Scagl. in Ritu Magnæ Curiæ 291. allegat Bartol. in l. si tutor, ff. de auth. tut.

Et illud quod dicitur, quod Iudex recusatur propter aliqua verba dura, vel contumeliosa prolata contra aliquem non habere locum, si illa verba protulerit ex causa, vt videretur terribilis illi, tamquam delinquenti, vt dicit Bald. in l. prima, in sexta colum. C. de confess. sequitur Paris in d. tractat. in versi. suspicio versi. & erit etiam iusta; Tertiò erit iusta causa suspitionis, quādo Syndicator se ingessisset contra Iudicem conuocando alios, vt querelarent, per not. per Bart. & Bal. in l. quæ omnia ff. de proc. & Bar. in d. loco in ver. & habes supra. Quarta erit iusta causa, si quibuscumque verbis ipsorum perciperetur odium l. dolum, ff. de dolo; quia nemo præsumitur dicere, quod mente non agitur leg. labeo §. tuber. ff. de supp. leg. in quibus non fit differentia, an illa verba proferens fuerit consuetus illa dicere cum effectu, secundum Bal. in l. metum, C. quod metus causa; quinimò dixisset, quod cum non diligebat præsumptiuè illius probatur inimicitia, secundum Inno. in cap. inquisitionis de accus.

Et non solum hæ suspitiones, quæ repellunt Syndicatores respectu domini sindicādi, sed etiā

respectu suorum familiarium, secundum Bald. in l. prima, C. de Episcop. & cler. vbi dixit quod tota familia, domini contemplatione eximitur à iurisdictione Iudicis suspecti; aliæ enim dantur causæ suspitionum dicit Par. in d. loc. in versi. sunt enim multæ, quæ possunt opponi Syndicatoribus, sicut etiam opponuntur Iudicibus delegatis, vel ordinarijs, de quibus dicam infra.

Et si plures essēt Syndicatores, quod licēt vnus
63 ex ipsis Syndicatoribus sit suspectus non remouebitur; quia alij non suspecti supplebunt suspitionem illius, & hoc dicit Par. in d. tracta. in verb. suspitio in versi. quibus adde, & allegat tex. in ea. pic. cum plures de officio deleg. in sexto, vbi quando vnus ordinariorum Iudicum, vel delegatorum impedimento aliquo impeditur, an possit alius procedere, dicit tamen quia longa est materia, dic vt in cap. si. de arb. in sexto, & cap. prudentiam de officio deleg.

Ego autem dicerem, postquam isti Syndicatores sunt redacti ad instar ordinariorum Officialium, siuè delegatorum, vt supradiximus, ea enim ratio, quæ militat in materia suspitionis contra ordinarium, vel delegatum; de quibus supra militare debat, & In his Syndicatoribus ad instar arbitrorum, vbi autem essent plures Syndicatores electi ad sindicandum, cum successor in officio, & principalior, cum sit primus Syndicator, secundum Vrsill. in decisio. prima, essēt suspectus, tunc omnes erunt suspecti, per not. per Bal. in l. prima, C. si Rector Prouin. vbi dixit, quod si caput consilij est suspectum, totum consilium erit suspectū de qua q. iam cum Boer. declarauimus, & Par. in d. loc. versi. vbi autem essent plures.

Et aduerte quòd licet officialis tempore electionis Syndicatorum declarauerit neminem habere suspectum de Ciuibus, attamen non negatur, quod detectā causa suspitionis, quam de nouo dicit, & iurat ad sui notitiam peruenisse debeat audiri in ipsius allegatione per ea, quę not. Docto. in l. apertissimi C. de Iudic. & superius declarauimus: Vnum tamen dicit ibi Par. in fine non omicto, quod licet officialis officio finito, secundum formam iuris dedisset cautionem coram Syndicatoribus de stando ad Syndicatum, quod non esset sibi præclusa via suspitionum, si quas haberet contra Syndicatores, quia post datos fideiussores, habet 20. dies ad recusandum Iudicem, vt l. prima, C. de litis contest. & tenet Bart. in l. quidam consulebat, & l. vir bonus, ff. iud. sol. Et an illud, quod non est sufficiens ad eam causandam, probatio semiplena sufficiat ad suspitionem inducendam Socc. in consi. 214. incip. considerata versi. confirmantur prædicta in secundo volum.

Videamus de iure ciuili qualiter procedēdum
64 sit in suspitione Iudicis ordinarij, scilicet an similiter, & ipse recusari possit, prout notauimus de iure Canonico; & quod dicimus de Iudice ordinario, iudicamus etiam de Iudice delegato ad Vniuersitatem causarum, cum à pari procedant, & inter se non differant, secundum Iaso. in l. à Iudice C. de iud. & in l. apertissimi, prima colum. C. eod. & delegatus ad vniuersitatem causarum ille propriè dicitur, quando fit ei delegatio sub nomine territorij, puta delego omnes causas talis Castri, gloss. est in l. prima, & ibi Bart. Bal. & Saly. ff. quis, & à quo: Secus si vnica causa tantum delegaret, quia tunc delegatus particularis diceretur, secundum Iaso. & alios in d. l. à Iudice nu. 8.

Et aliud ius statuitur in tali delegato particulari circa huiusmodi allegationem suspitionis, vt videre est infra, & sic quando dico de Iudice ordinario, subintellige etiam de Iudice delegato ad vniuersitatem causarum, secundum gloss. in cap. cum causam de appell. & Bald. in l. si vt proponis C. quomodo, & quando Iudex, & Dec. in c. si. de offi. deleg. & in l. si. C. de iud.

Iure enim ciuili statutum est posse Iudicem
65 ordinarium, & delegatum ad vniuersitatem causarum allegari suspectum, non quod ex toto amoueatur, sed quod detur sibi adiunctus l. apertissimi, & auth. si vero contingerit C. de iud. nisi in casu l. vnicæ C. si quacumque præd. pot. & Abba. in cap. cum speciali, prima colum. de appell. & sic communis est opinio Doctorum, quod ordinarius de iure ciuili non potest recusari, vt remoueatur tamquam suspectus, sed si est suspectus potest peti sibi adiunctus, secundum Ias. in d. l. apertissi-
S mi nu. 4. (S)

Quæ conclusio fallit in certis casibus specialibus, secundum Iason. ibi, puta quando in causa prius fuisset Aduocatus, & alias enumerabim' suo loco; quia ratione adiuncti purgatur suspitio d. authen. si vero contingerit, & ibi Saly. & Iaso. Et iste adiunctus debet esse Episcopus, seù Archiepiscopus loci, qui causam amicabiliter cōponant, si possunt, aliàs cognitionaliter dirimant d. auth. si vero contingerit dicit tamen Bal. ibi, quod istud de Episcopo non est in vsu, nec seruatur de consuetudine: imò satis est, quod ei adiungatur alius probus vir, & idem tenet ibi glo. & sic illud, quod dicitur de Episcopo, non est hodie de necessitate, sequitur ibi Iaso. in prima colum. Vndè si fuisset adiunctus Archipræsbiter, vel Archidiaconus, altera parte contradicente, & allegante fieri non posse per illum text. Alexan. in consi. 183. volum. secundo, vbi consuluit cum non parua difficultate, & in casu sibi occurrenti, quod valuerit motus tribus rationibus; Prima quia Episcopus erat absens ab illo loco, vndè potuit eligi alius, quam Vicarius eius, & sic erit vna limitatio ad d. auth. si vero, scilicet quando Episcopus erit absens, quod alius eligatur; Secundò mouetur, quia ibi potestas pronunciauit Archipræsbiterum debere sibi associari, & ab illa pronunciatione non fuit appellatum, & sic amplius impugnari non potest, cum pro veritate habeatur l. ingenuum ff. de statu homin. Tertiò mouetur, quia etiam post dictam pronunciationem potestatis fuit processus ad aliquos actus coram Archipræsbytero, tamquam associato, & per consequens fuit facta pro eo, dicit tamen Iaso. in d. auth. si vero in princ. quod nō potest facere quin non admiretur de Alex. cum errauerit in iure, & in hoc cum sit expressa decisio, nam dicunt Bal. Saly. & alij ibi, quod istud de Episcopo non est in vsu, nec seruatur de consuetudine, & quod satis est, quod adiungatur alius probus homo, Et sic in hoc est differentia inter ius Canonicum, & ius Ciuile, quia secundum

ius

iut Canonicum potest Iudex ordinarius in totum recusari, etiam si sit Episcopus, vt supra retulimus, secus de iure ciuili, quia ex toto non recusatur, sed datur sibi adiunctus, vt d.authen. si verò ita etiam Abba. in dict. cap. cum speciali 1. col. de appell.

Delegatus verò particularis, nec refert an fue-
66 rit delegatus à Principe, quod omni modò potest recusari, si hoc partibus videbitur, non enim de conscientia Principis est, quod sub suspecto Iudice litigetur, eo autem recusato, & ei libello recusationis porrecto alium assumat Iudicem, & per ipsum delegatum suspectum partes compellantur alium eligere, qui perindè erit Iudex, ac si à Principe esset delegatus, coram quo eorum iura proponent, ita habetur in d.l. apertissimi C. de iudic. & in electione ipsius procedetur, prout fuit dictum supra de iure Canonico, cum iste sic electus dicatur arbiter electus, non dico in causa recusationis ad finem cognoscendi si suspitio militet: Sed ad decidendum causam principalem, vt d.l. apertissimi.

Et iste libellus recusationis debet offerri corã Iudice recusato, si est præsens ipse delegatus, aliàs si copia ipsius Iudicis delegati haberi non potest, tunc sufficit libellum recusationis porrigere coram Iudice loci, vbi est pars volens Iudicem recusare, & per eum, cui libellus porrigitur, debent partes compelli ad arbitros eligendos, quorum sententia per recusatum Iudicem delegatum mandabitur exequutioni, & ab arbitrorum sententia appellatur ad delegantem, non autem ad Iudicem delegatum suspectum, ita habetur in l. fin., & ibi Bald. & Salyc. C. de iudicijs cum gloss. ibi.

Quam conclusionem limita primò, nisi esset
67 delegatus ad instantiam vnius partis; quia ille non posset eum amplius recusare, ex quo semel in eum consensit, auth. offeratur C. de litis contestatio. & gloss. in d leg. apertiss. in gloss. prima, imò etiam si procurator impetrasset delegatum in specie, quod dominus non posset eum, vt suspectum recusare, secundum gloss. in cap. cum olim in gloss. 2. de causa poss. & propr. nisi causa superueniret, ita Iaso. in d. l. apertissimi in princ. Secundò limita etiam secundum Iaso. ibi, nisi etiam de consensu vtriusque partis esset ille Iudex delegatus, tunc recusatio esset temeraria propter consensum vtriusque partis, ideò licet de iure ciuili recusatio posset fieri sine causa, vt d.l. apertissimi, & infra dicam, tamen isto casu non teneret recusatio sine iusta causa, & ita refert tenere Angel. in l. quia poterat ff. ad Trebell. & facit, quod dicit Innocen. in cap. cum speciali de appel. quod quando aliquis allegat omnes literatos suspectos, & vnũ approbat, non potest illum approbatum allegare suspectum, nisi causæ sint euidentiores, & Barto. in l. quidam consulebat de re iudicat. & sic si noua causa suspitionis suboriatur, tunc benè potest recusari, secundum Host. in summa de officio delegat. §. cui delegari vers. illud autem; quia quę de nouo emergunt, nouo indigent auxilio, sequitur de Nigr. in c. Regni Incip. Prolixitatem in princip.

Superuenit postmodũ dispositio Cap. Reginæ
68 Ioannæ, quod incipit item si contingat, positum inter Ritus Magnæ Curiæ Vicariæ num. 265. in lib. meo, quod quando aliquis Iudex, & officialis allegatur suspectus in Ciuitate Neapol. causæ suspitionis debent exprimi, & probari coram Logotheta, & Prothonotario Regni, si verò extra Ciuitatem Neapol. in alijs Regni partibus coram Episcopo Diœcesis, vel eius Vicario, qua allegatione suspitionis proposita, Logotheta, vel Diœcesanus infra breues dies debet de causa suspitionis se informare sine scriptis, & si causæ suspitionis erunt iustæ, tunc dictam suspitionem admittet, alias non, quam cap. dispositionem licet Marant. in suo specul. in quarta part. 11. distinct. nu. 31. & de Nigr. in d. cap. prolixitat. num. 63. dicant illius quotidie seruari in pract.

Tamen hodiè dicit Carau. in d. Ritu 265. in princip. quod non seruatur; quia si suspitio allegatur de officialibus Ciuitatis Neap. puta de aliquo Regio Consiliario, Præsidente Regiæ Cameræ Summariæ, vel Iudice Magnæ Curiæ Vicariæ per dispositionem Regiæ Pragmat. incip. statuimus etiam, Pragmat. prima de suspition. official. in ipsomet Tribunali allegari debet, & corã Collegis illius, qui suspectus allegatur, ipso excepto; & casu quo suspitio omnibus, vel maiori parti apparebit militare, iubebunt suspectum abstinere, & ipsi in causa procedent, vt etiam disponitur in quadam ordinatione Regis Ferdinandi Primi in Nouissima Pragmatic. in reformationibus Sacri Consil. Pragmat. 40. de officio Sacr. Consil. vbi in isto casu, ex alijs Collegis prouidebitur, & alio cõmissario causæ non suspecto. Et ideò verum est, secundum Carau. in d. Ritu, quod ille Iudex, qui fuerit, vt suspectus remotus, sicut non potest in causa Iudex esse, pari modo, nec etiam discussioni, & relationi præsens, secundum Capy. in decisi. 138. & in cap. Regn. Incip. Voluntas libera.

Et si maior seu Caput Consilij est suspectum, an omnes possint recusari, vide Bal. in cap. primo column. 2. extra de iud. vbi tenet quod si omnes Præsidentes sunt suspecti, vel si vir aliquis magnæ authoritatis, & praeminentiæ, ita quod alij non audent cõtradicere, potest totum Consilium recusari in his casibus, & ratio est secundum Bal. ibi, quia Præsidentes in Cõsilio obtinent instar totius Consilij, sequitur de Nigr. in d. cap. prolixit. num. 47.

Adeò quod propositio suspitionum coram Logotheta facienda, iuxta formam d. c. item si conting. & sic recessit ab aula, per dictas nouas ordinationes.

Si verò suspitio allegatur de officialibus exi-
69 stentibus extra Ciuitatem Neap. distinguit, quod aut de aliquo Auditore Regio in Prouincijs, aut de aliquo alio officiali alicuius Ciuitatis, tam Regiæ, quàm Baronis, primo casu idem seruandum est, quod in Officialibus Ciuitatis Neap. diximus, & quamuis d. pragm. statuimus loquatur solum in Consiliarijs, Præsidẽtibus R. Cam. & Iudicibus M.C. & dicta ordinatio Regis Ferdinandi solum in Consiliarijs, tamen nouiter prouisum est per Illustrissimum Proregem in præalleg. pragm. 40. §. sunt, & aliæ, quod dicta, & ordinata de Sac. Cõsilio, obseruentur etiam in Magna Curia Vicar.

& Au-

& Audientijs Prouinciarum æquè,ac si principa-
liter de eis esset in ipsis Pragm.dispositum.
Secundo vero casu in Officialibus alicuius
70 Ciuitatis,licet non habeamus aliquam Pragma-
ticam,quæ in hoc corrigat dictum Ritum,& ca-
pitu.Regn.item si conting.volentè tales suspitio-
nes proponi coram Diœcesano; tamen practica
se habet,quod allegentur, & proponantur coram
Regijs Tribunalibus superioribus illius Curiæ,
cuius officialis allegatur suspectus,prout est Ma-
gna Curia,& Regiæ Prouinciarum Audientiæ,&
Diœcesani hodiè non se intromictunt, & dicit
Foller.in Add.ad Mar.in loco præallegato,quem
refert Carau.in Ritu prædicto num. 2. vidisse li-
teras Collater.Consilij directas Regiæ Audience
Principatus Citra, quod causæ suspitionum offi-
cialium per eandem audiantur, & non per Diœ-
cesanum,& dicit ibi Carau. & ego vidi, & pœnes
me habeo literas eiusdem Collat.Consil.tempo-
re Illustriss. Don Petri de Toledo expeditas,quas
dicit imprimi fecisse inter alias Pragmat. huius
Regni,& reperies in Pragma.2.incip. Reuerend.
Vir de suspit.offic. per quas ordinatur Archiepi-
scopo Acherontino ad instantiam Vniuersitatis
Petræ Perciatæ quod à cognitione suspitionum
abstineret in futurum,cum talis cognitio spectet
ad iurisdictionem Regiam,non obstante illo Ri-
tu,qui non fuit obseruatus, alias si secus ageret,
contra ipsum procederetur tamquam contra
vsurpantem Regiam iurisdictionem, & idem post
modum ordinatum fuit per pragm.3.incip. *Sæno
ausati* eod.tit.
Et prædicta intellige secundum Carau,ibi etiã
quando officialis qui allegatur suspectus esset Ba
ronis,siuè habentis in sua Terra secundas causas,
siuè non habentis;quoniam cum Barones non
aliam habeant iurisdictionem,quam quæ eisdem
ex tenore priuilegiorum conceditur,nullus Baro
reperitur,qui aliud habeat in priuilegio, quàm
iurisdictionem in suos vassallos. Et in sua Terra,
& Territorio, & propterea dici minimè potest,
quod de suspitionibus præfatis erga suos officia-
les,cognoscere valeat, cum istud in eius priuile-
gio non concedatur,nec exprimatur: & alias ad-
ducit ibi rationes Carauit.pro confirmatione suæ
T opinionis.(T)
Et licet dictus Ritus,& Cap.Regni incip.Item
71 si contig.mandet quod sine scriptis audiantur su
spitiones;non obseruatur,sed prout etiam dicitur
in d.pragmatic.40. datur terminus ad verifican-
dum suspitiones, infra quē examinantur testes,&
producuntur producenda ad probationem ipso-
rum,& postmodum fit publicatio, & ad vlterio-
ra procedetur,vt merita causæ expostulant,secun
dum Car.in d.Ritu.nu.6.& sic obseruatur in hoc
dispositio iuris Canonici.
Sed an causa suspitionis in recusatione Iu-
72 dici sit allleganda de necessitate, dic quod non de
prædicto iure Ciuili, secundum gloss. in dicta
leg. apertissimi in verss.iputat habere suspit. sed
sufficit si simpliciter asseram eum suspectum si-
ne causa,superfluo ergo quæritur,an sit probanda
cum nec dicenda, potest enim dici quod iuret se
habere suspitionem,licet causam nõ dicat, & hoc
ne calumniosè recuset, nam & iuramentum ca-
lumniæ est ideò inductum, vt calumnia euitetur,
idem sequitur ibi Bald.& Saly. Dicit tamen Ol-
drad.vt refert Nico.de Neapol. in l.quia poterat,
ff.ad Trebell.quod causa remota suspitionis non
sit de necessitate allleganda,& probanda, puta cau
sa, lex qua processit inimicitia inter Iudicem, &
partem,& ita dicit debere intelligi d.l. apertissimi
sed causa proxima,puta quod sit inimicus debet
allegari,& probari, tamen communiter tenetur
opinio gloss. in d.l. apertissimi,scilicet quod non
sit de necessitate probanda causa suspitionis pro-
xima,vel remota,& opinio Oldr. & sequacium
non videtur iure probari,& ita refert, & sequitur
Alexan.in d.l.quia poterat 2. colum. verss.tamen
Oldr.sequitur Lanfr.in c.quoniam contra in ver.
V recusationes num.11.de prob. (V)
De iure verò Canonico, vt vidistis est secus,vt
patet ex d.cap.2.requiris de appell. vt scilicet non
solum sit necesse proponere, & legitimam, sed e-
tiam debet probari, Et secundum hanc iuris Ca-
nonici dispositionem Ritus Magnæ Curiæ ordi-
nat, vt supra,quod causæ suspitionum expriman-
tur,& probentur. Idque etiam ordinatur in dict.
Pragmat.statuimus,& in prædicta pragm. 40. &
ita obseruat practica, vt refert etiam Car.in d.ri-
tu nu.6.
Et si causa suspitionis legitima est, vt quia Iu-
dex in gradu pximo consanguinitatis, vel affini-
tatis existit,attamen non allegatur suspectus;non
73 est dubium,quod tunc legitimè procedit saltim
respectù taciti consensus; in tantum quod si pro-
posita fuerit huiusmodi causa suspitionis, & ea
non obstante adhuc coram eo compareret, & pro-
cedit,quod tacitè reiecisse eam censetur, nec tunc
defectus nullitatis obstaret, prout latè prosequi-
X tur Alexand.in d.l.quia poterat,(X) alias si pro-
posita causa suspitionis de cætero coram eo non
compareret, vtique tunc dubitaretur de nulli-
tate actorum factorum post propositam suspi-
tionem,quæ nullitas quomodo, & quando mili-
tet de iure Canonico, & Ciuili recurrendum est
ad Alexa.in cit. loc. latè disputantem articulum;
Dubium tamen extat, quando causa suspitionis
est legitima, & militaret, tamen pars non com-
paret,quia forsan in eius contumacia proceditur
si postmodum aliquid opponi poterit de nullitate
Dom.de Sancto Gemini.in cap. Iudex de officio
deleg.in sexto, quem refert Alexan.in cit. l.quia
poterat verss.& istam quartam opin.dixit, quod
aut non est recusatus Iudex, licet in veritate sit su
spectus,& valet processus,aut est recusatus,& re-
cusatio non est admissa,& ab hoc est appellatum,
& non valet processus, aut non est appellatum,
de quo secundo articulo latè per eum, ad quem
recurras.
Sed iam vidistis, quod illud, quod disponitur
74 de iure ciuili in materia suspitionis, scilicet alle-
gandæ contra ordinarium Iudicem, quod tunc
Diœcesanus Ciuitatis adiungitur, est correctum
ex dispositione Cap.Regn.Ritus,& Regiæ Prag-
mat. taliter quod hodie non habet locum dispo-
sitio Auth.si vero contingat C.de iud.
Sed aduerte, quod dictæ ordinationes Regiæ
militant, & loquuntur quoad suspitionem Iudi-
cis ordinarij; nihil enim disponunt de suspecto
Iu-

Iudice delegato particulari, de quo loquuntur l. apertissimi, & l. fin. C. de iud. nec dicere possumus Regias Ordinationes debere extendi, et ad d. Iudicem delegatum particularem, ex quo correctio legis strictè interpretanda est, & in materia correctionis non fit extensio, sed restrictio l. præcipimus C. de appell. cum ibi not. vnde dicendum esset dispositiones dd. ll. apertissimi, & fina. C. de iud. habere locum, & procedere hodiè iuxta earū dispositionem: sed contrarium obseruatur.

75 Suspitio n. Iudicum, & aliorū cum eis deputatorum quotiescūq; occurrit, allegari pōt, & debet ante litē contestatā, quia postmodū allegari non pōt d. l. apertiss. & ibi cōmun. Scrib. & in d. c. Reg. incip. Prolixitatē, et q dicat postmodū emergisse, nisi dicta emergens suspitio sic lucidè liqueat, qd euidenter, atq; notoriè notabiliter se ostendat, ex quo semel in eū cōsensijt litē contestādo, de cętero nō possum suspectū allegare, nisi euidēs, & notoria cā supuenerit, q a q̄ de nouo emergūt, nouo indigent auxilio, vt cēt tex. in l. non distinguemus §. cū quidā ff. de arbit. & Lanfr. in d. c. qm cōtra in ver. recusationes n. 2. Sicut et post conclusionē in cā admittitur, si post conclusionē orta est, vt dicit Fely. in c. pastoralis n. 17. ver. excipiuntur certi casus de excep. & Hypp. in l. maritus n. 28. ff. de q̄st. Inoleuit demū Nouel. Prag. edita sub die 20. Iulij 1585. qua statuitur, q post conclusū in cā huiusmodi suspitio non admittatur, et si de nouo suspitionē ipsam ad eorum notitiā peruenisse cū iuramēto allegauerint; Aduertendū tñ est vt p̄dixi, q d. Prag. loquitur de suspitione obuenta antè conclusionē, q̄ tñ post conclusum non admittatur, et si eū iuramento, prout verba cantant ibi (et si de nouo ad eorū notitiā peruenisse allegauerint) vnde si de nouo superuenisset, tunc nō solū post litē contestatam virtute d. Cap. prolixit. sed etiam post conclusum in cā opponi posset, non obstāte dicta Prag. vt firmat Dec. in c. pastoralis col. 5. ver. & retenta extra de excep. vbi dicit q si exceptio recusationis fuisset orta de nouo post conclusionē admittitur, & hoc qñ diluedè, vel notoriè appareret q post litē cōtestatā, vel conclusionē superuenisset, & tenet Phil. Franc. in c. Iudex col. 2. de off. deleg. in 6. Vbi dicit q licet Iudex non possit recusari vt suspectus post cōclusū in cā, hoc procedit, nisi exceptio recusationis esset notoria, vel nisi habuisset ortū post conclusū in cā, quia tunc posset opponi, & pbari, refert, & sequitur de Nigr. in d. c. plixit. n. 37. & Hyp. in sua pract. crim. in §. sequns.

76 Sed an minor post conclusionem in cā factam per viam restitutionis in integrum debeat admitti ad allegandam dictam suspitionem ommissam, dic q sic, quia enormiter diceret lęsus, quia coram Iudice suspecto litigare cogeretur, q durū est l. apertissimi C. de iudic. & ita Couarr. in tract. var. q. c. 26. col. 6. nu. 4. ver. frequenter vero est, & ita fuisse decisum in S. C. Neapo. refert D. Vinc. de Franch. dec. 431.

77 Dubitari e posset an à decretis, quę proferuntur in causis suspitionum, siuè dicatur qd Iudex recusatus suspectus interueniat, siuè nō, appellari possit, dic q non ex verbis Prag. Reginæ Ioannæ incip. item si contingat not. in d. Ritu 265. ibi dū dicit stetur dicto Prothonotarij, & sic passim obseruari in S. C. refert D. de Franc. dec. 408. verūtñ dicit ipse q ab incidentibus in cās prædictis antè sñtiam datur appellatio, & hoc qñ incidens gravamen allegatum à quo appellatur, nō posset reparari in sñtia diffinitiua ipsius suspitionis, vt qa appellatur à non admissione testium, seù aliarum probationum, Sed si appellaretur à decreto q allegans suspitionem faceret depositū seruata forma Reg. Prag. q poterat in decisione prædictæ suspitionis reparari, minimè poterit, nec admittit appellatio ab hoc incidēti, sm D. de Frāch. in cit. dec.

78 Et vt dixi, qñ allegans suspitionem non probat cām suspitionis, vel decernitur cā nō militare soluit pœnam statutā in d. Reg. Prag. quę hēt locum in allegatione suspitionis Officialis Ciuit. Neapo. vt ibi, & alia punitur pęna respectū cuiuslibet, refert Car. in d. Rit. n. 23. ideo d. allegatio debet fieri per principalē, non aūt per Procuratorē, nisi speciale haberet mandatū, vel qñ allegando suspectū Iudicem stante absentia dñi offerret dñm ratum habiturū, petendo terminū ad habendā ratificationē, sm Car. ibi, & alia, quę disposita sunt in terminis iuris Canonici, de quibus supra, militant in terminis iuris Ciuilis, attenta maximè dispositione nouarum Pragm. & Cap. Regn.

79 Et ad quod dictum est, si proposita cā suspitionis coram Iudice suspecto, si pendēte discussione ipsius procedit in causa, si acta tenent, & iam dictum est supra, tñ an Iudex appellationis, seu Iudex causæ principalis, declaratus suspectus Iudex, possit ex ijsdem actis factis coram dicto Iudice suspecto, ex quibus constat de veritate negotij iudicare, vide Alex. in cons. 67. 6. vol.

80 Dicitur tñ, quod si caput Tribunalis est suspectum, puta in Consilio Præsidens, in Regia Camera Locumtenens, in Magna Curia Regens, & Audiētijs Prouinciarum Iustitiarius, suspitio sua coram eodemmet Tribunali non allegabitur, nec probabitur, quia ob eius suspitionem totum Tribunal est suspectum, vt dicit Bald. in l. 1. C. si Rector Prouinc. & in cap. 1. nu. 7. vers. tertio, & ibi et Fely. col. 2. de iud. & Par. in tracta. synd. in ver. suspitio nu. 10. & ideo hoc casu dicit Car. in d. Ritu nu. 27. suspitio proponenda erit coram Tribunali superiori, & idem etiam dicit, qñ maior pars Officialiū esset suspecta, qm sm Bal. & Bar. ibi suspitio maioris partis tutū Tribunal suspectū facit.

81 Iam declarauimus qualiter pcedendū sit in foro Ecclesiastico, & in terris Ecclesiæ, qñ Iudex allegatur suspect*, & in quo versetur tūc Iudicis officiū, Videamus Iure Regni, quid agendū, quia allegans Iudicem suspectū non aliter pcedit circa suspitiones, nec et in causa principali, nūquid Iudex ppetuò ita manebit, cū in causa procedere nō debeat, dicit Car. in d. Rit. ex mente Napod. q Iudex allegatus suspectus statim debet impartiri terminū ad eligēdū Arbitros, qui de suspitionib* habēt cognoscere, vt probat tex. in c. cū speciali de app. Et si est delegatus faciet illum statuere per Iudicē ordinarium, vt d. l. apertissimi, cum comminatione, q elapso termino procedetur in causa principali iustitia mediante, Vndè cum hodiè in Regno In Ciuitate Neap. causę suspitionum discutiantur coram eodemmet Tribunali, & extra Ciuitatem de Officialibus inferioribus corā Regijs Audien-

P tijs

tijs Prouinciarum seruari debet hoc modo, quod qñ idem Tribunal hēt cognoscere suspitiones, & videt partem differre dēt statuere certum terminum ad ꝓbandum suspitiones allegatas, aliàs eo elapso, procedetur ad vlteriora oppositis non obstantibus; Et vbi nō idem Tribunal, sed aliud superius, vt qñ allegantur suspecti Capitanei Terrarum, alijq; Officiales Baronum, tunc idem Officialis debet statuere terminum, infra quem adeat superiores, & causas suspitionis prosequatur, quare cum in allegatione suspecti Iudicis non reperiatur certus terminus ad adeundum superiores, isque debeat statui per Iudicemmet recusatum c. cum speciali de appell. ne Iudex recusatus continuò sit in pendenti sm̄ Car. ibi, & si huiusmodi suspitio euenerit allegari, & postmodum ea non obstante adhuc procedit in causa, an processus, & sententia sint nulli, Et si à principio aderat suspitio, q̄ non fuit proposita, sed in eum consensit; vel si ex post facto superuenerit suspitio, an allegari possit non obstante consensu in eum, & si cū protestatione comparuit de non consentiendo. Et si in casibus prædictis nulla esset sententia lata post propositam suspitionem, si tamē super meritis iusta est confirmari poterit per Iudicem appellationis Caual. dec. 28. nu. 112. 2. par.

82 Quis Iudex procedet in causa probatis suspitionibus, de iure iam statutum est in auth. si vero contingerit C. de Iud. idem Iudex recusatus vna cum Archiepiscopo, vel Ep̄o, vel cum alio bono viro adiunctim; De iure vero Canonico idem Iudex recusatus reassumit iurisdictionem, verum tenetur cām alteri delegare, vel ad superiorem remictere, iuxta disp. cap. cum speciali de appell. De iure vero Regni ex dispositione illius Ritus vbi Iudex, coram quo suspitiones probatæ sunt, recusationem admictat, ꝙ non aliter fiet, q̄ prouidendo, ꝙ ille abstineat stantibus suspitionibus, & ex consequenti, eo abstinente electio facienda de Iudice causæ spectabit ad ipsum, qui de suspitionibus cognouit, & potestas, q̄ de iure Canonico residebat in potestate Iudicis recusati circa Iudicis electionem ꝑ illum Ritum ad ipsum Iudicē suspitionū pertinebit, & ita seruari in Regno refert Car. in d. ritu n. 34. & hoc dicit varijs modis, ꝓut qualitas suspitionū Officialis, vel Baronis, & cāæ expostulat; qñq; Mag. Cur. stātibus suspitionibus remictit cām ad Baronē illius terræ, vbi Officialis est suspectus, cū clausula, ꝙ in cā procedat cū cōsilio alterius Officialis partibus nō suspecti, eo qa suspitio personam tm̄ Officialis sigillat, non autē Baronis iurisdictionem tollit; qñq; si adest aliqua suspitio circa ipsum Baronē dr̄ in decreto remissionis causæ, q̄ ad eum remictitur, ꝙ procedat cū consilio alterius eligendi per ipsam Mag. Cur. & qñq; sm̄ Car. ibi nimium vrgēte eius suspitione, deputatur certus Iudex, qui nomine ipsius Baronis procedat, cognoscat, & iustitiā faciat in causa. Verum qñ ille Officialis, qui allegatur suspectus non esset Baronis, sed Regius, tunc prouidetur ꝙ cā remaneat in ipsa Mag. Cur. stantibus suspitionibus, ex quo tale decretum non præiudicat Baroni, & qñq; si partes absunt de longinquo ad euitandum dispendia ne veniant ad M. C. prouideri solet de Iudice non suspecto de illis locis eqquicinis per ipsam M. Cur. Et hæc ꝓcedunt qñ Capitaneus allegatur suspectus, secus qñ eius Iudex, siuè Baronis, siuè Regius, sm̄ Car. ibi, qm̄ tunc admictitur recusatio dicti Iudicis, & remictitur cā ad Capitaneum, qui in causa procedat cum cōsilio alterius Iuris periti partibus non suspecti, ad cuius electionem procedet præuia lista.

83 Et si euenit appellari à sententia lata ꝑ illum, cuius consilio Baro processit in cā, numquid appellabitur ad Iudicem secundarum causarū eius Baronis, an vero ad Reg. Prouinciales Audiētias, vel Mag. Cur. & vt prædixi in materia iuris Canonici, ꝙ glo. q̄ ibi sequitur Abb. in c. si quis contra cler. de foro compet. in ver. exequutor dicit quod appellatur ad eundē Iudicem, qui fuit recusatus, vt ipse cām appellationis commictat, quia si appellaretur ad Iudicem secundarum cārum, vel ad Reg. Aud. seu M. Cur. ommicteretur medium, ꝙ est ille Iudex recusatus à quo gradatim dēt appellari, quia appellatio ommisso medio nō admictit per c. dilecti de appell. Host. vero, Ant. de Butr. & Aret. in d. c. si quis cōtra cler. dicunt ꝙ debeat appellari ad Iudicē secundarū cārum Baronis gradatim, & postea ad alios: & in hac opinione residet Car. ibi in d. rit. 265. circ. fi. & adducit bonū simile arg. pro hac opin. nā qñ Ep̄s fuit allegatus suspectus, & sic pronunciatus, & per eum delegatus Iudex, iux. d. c. cum speciali de appell. si appellatur ab illo delegato per Ep̄m, concludunt cōiter Docto. appellandū esse non ad Ep̄m, sed ad Archiepiscopū, & q̄uis ad Archiepiscopū non appellatur, nisi à suo medio, ꝙ est Ep̄s, tñ vt ipsi dicūt, qō primus Iudex est ꝓnunciatus suspectus, nō dr̄ facere mediū, arg. c. placuit 2. q. 6. & ex consequēti nō dr̄ appellari ommisso medio, ne aliàs sequatur Baronē ammictere cognitionē secūdarū cārū sine cā.

84 Quis nam exequtur sn̄iā latam per Iudicem delegatū in locum suspecti delegati per ipsū vltimo loco delegatū, vel ꝑ ipsum delegantē, & dicimus sm̄ gl. in l. fi. in ver. exequutore, ꝙ illā exequetur ipse delegans, quia si est suspectus in iudicādo non tñ est suspectus in exequendo, & inde Bar. in d. l. fi. C. de iud. infert ad duo; Primo ꝙ qñ delegatus recusatur intelligitur recusatus vsq; ad sn̄iā inclusiuè, sed non lata sn̄tia, cū possit exequi. Secundò ꝙ q̄uis delegatus possit recusari tamq̄ delegatus, non tñ pōt recusari qñ est exequutor, & hēt locū ꝙ dr̄, tā in delegato Principis, q̄ inferioris; Et 13. delegatus inferioris non possit exeq sn̄tiā à se latā, prout pōt exequi delegatus Principis, iux. l. à diuo Pio in princ. & ibi Docto. ff. de re iud. tñ ipse delegatus inferioris pōt exequi sententiam latam per alios loco sui, sm̄ Salyc. in d. l. fin. de quo vide Iaso. ibi, & alios; Sed an suspectus in iudicādo, sit etiam suspectus in delegando, vt si Præsidens Sac. Cons. vel Locumten. R. C. Sum. esset suspectus in iudicando, & votando, an cēseatur ēt suspectus in

A delegādo Iudice, vide Abb. in c. ad hęc de app. (A) Et ille Commiss. S. C. cui causa committitur per Præsidē dicatur Iudex delegatus, vel ordinarius, sic ēt in Iudice M. C. V. qñ Regens M. C. causam commictit, vide Carau. in d. ritu 265. num. 29.

Et an sententia Iudicis notoriè suspecti præiudicet, licet ab ea non fuerit appellatum, quod intellige quando in contumaciam eius fuerit processum

ceſſum, ſecundum Hyppo. in rub. C. de prob. nu. 355. nam ſi eo audito, & citato fuerit ſententiatũ, ex quo conſenſit tacitè in eum tunc preiudicaret.
85 Aduerte tamen, quod licet ſuſpectus Iudex, poſita, & allegata suspitione coram eo procedere non poſſit in cauſa, pendente diſcuſſione allegatę ſuſpitionis, ex quo ſuſpenditur eius iuriſdictio, iuxta not. per Docto. & Alexan. in l. quia poterat ff. ad Treb. & ſuperius notata, tamen dicta cõcluſio in aliquibus caſibus nõ procedit. Et primò fallit ſi actio eſſet tempore peritura, tunc permittitur Iudici ſuſpecto procedere, vſq; ad litis conteſtationem l. ſenatus conſ. ff. de off. pręſid. l Secundò in cauſis viliſſimis, in quibus lex non ſuſpicatur, quod debeat à recta iuſtitia declinare dict. lege ſenatus conſult. Tertiò ſi eſt Iudex inter duos pariter coniunctos, quia ratione conſanguinitatis allegatæ non redditur ſuſpectus, quia par affectio ſuſpitionem tollit l. nõ ſolum §. denuo, & ibi Bar. ff. de ritu nupt. Bar. in l. extraneo §. quæſtione quẽ legit ſub l. repeti ff. de quæſt. ſicut in teſte, qui licet non poteſt eſſe pro fratre, ſeu conſanguineo carnali, tamen ſi eſſet teſtis inter duos fratres admitteretur, ſecundum glo. in cap. conſanguinei in ver. parẽtes 3. quęſt. 5. Quartò fallit in officiali delinquente in officio, puta in Notario, vel Aſſeſſore, quia poteſtas põt eum condemnare, nec ab eius ſententia appellatur l. nulli, vbi Bart. & Angel. C. quorum appellationes non recipiantur, & eſt canonizata in cap. nulli 2. quæſtio. 6. fallit tamen per text. in cap. 1. de pæn. lib. 6. Quintò fallit ſi conſuetudo hoc induceret, quod poſſit iudicare non obſtante ſuſpitione, ſecundum Doct. in cap. cũ contingat de foro compet. cap. primo de pæn. in ſextò Sextò, fallit in Epõ, q põt eſſe Iudex in cauſa Eccleſiæ ſuæ, glo. in cap. ſi quis ergo in glo. ſin. 2. q. 7. Inno. in cap. noſti de elect. Septimò fallit quando Epiſcopus vendidit rẽ Eccleſiæ, & poſtea vult talem venditionem retractare, quia põt coram eius Vicario litem mouere, & ſimiliter quãdo Epiſcopus vult mitti in poſſeſſionem bonorum relictorum pauperibus, põt per eius Vicarium ſibi dari tenuta dictorum bonorum, ſm̃ Bal. in l. 1. & l. ſi qs ad declinãd. C. de Epiſcopis, & Cler. Octauò fallit vbi perſona Iudicis eſſet talis qualitatis, ꝙ omnis ſuſpitio veroſimiliter in eo ceſſaret, puta quia eſſet Religioſus ordinis Diui Pauli, ſm̃ Spec. in tit. de Iud. deleg. §. ſupereſt ver. quid ſi nõ eſt conſanguineus, ſequitur Abb. in cap. poſtremo in fine de appellat. idem ſi eſſet homo magnæ ſanctimoniæ, quia non eſt præſumptio, ꝙ propter coniunctionem ſanguinis, vel alio modo iniuſtè iudicet, ſm̃ Anto. de Butr. ibi; Sic qñ dicitur ſuſpectus ratione compaternitatis alterius partis, nã poſſet dubitari, & in hoc arbitrabitur Iudex ſm̃ morem Regionis, nam in quibuſdã locis hæc cognatio ſpiritualis cauſat maximam amicitiam, in aliquibus non tantam, prout in ſimili de cognatione carnali d. c. poſtremo, idem dicendo in ſimilibus, ſm̃ Abba. in cap. cum ſpeciali num. 10. de appell. & protereà dixit Anch. in conſ. 264. quem refert Add. ad Abb. in d. cap. poſtremo in ver. adde quod dicit Franc. ꝙ cauſa recuſationis rẹlinquitur arbitrio Iudicis, & infra nu. 101. & ſi Epiſcopus ſuſpectus eſt allegatus cum cauſa, lex dat tunc Epiſcopum adiunctum, vel recurrendum eſt ad ſuperiorem Capyc. dec. 187. nu. 3 & ſi lis eſt inter Epiſcopos ſuffraga
86 neos, tunc Archiepiſcopus eſſet eorum Iudex cõpetens c. ſane de foro compet. & c. paſtoralis vbi glo. in ver. inuitum de off. ordin. Sed ſi lis eſſet inter Epiſcopum, & ſubditos eius, tunc diſtinguendũ eſſet, ſi Epiſcopus eſſet reus, & ſubditus actor, Archiepiſcopus tunc erit competens Iudex Epiſcopi. Si verò Epiſcopus eſſet actor, & ſubditus reus, tunc eligendi ſunt arbitri, ad quos eligendos Eps ipſe poteſt cogere ſubditum, ſm glo. in cap. ſi clericus in ver. arbitros 11. quæſt. 1. & à ſententia horum Arbitrorum non appellatur ad Metropolitanum, ſed ad Papam, & ita in facto refert meritiſſimus ille, & doctus Thomas Zerola in ſua praxi Epiſcopali in ver. appellatio §. 16. q ob eius vitæ integritatem, ac morum probitatẽ, & ſcientiæ profunditatem à Clemẽte Octauo Sum. Pontificę nuperrimè ad Epiſcopatum Minorenſem dum hæc ad pennam haberem de menſe Nouembris 1596. electus fuit, & ſub die 13. Febr. 1597. corporalem, & pacificam cæpit poſſeſſionem, in qua Deus Optimus Maximus ſemper conſeruet,
B & ad maiora promoueat. (B)

Diximus modò qualiter procedendum ſit in
87 modo proponendi ſuſpitionem, & iam poſſe Iudicem recuſari, vt ſuſpectum ex cauſa legitima, ideò pertractandum eſt, quæ ſint hæ iuſtæ cauſæ ſuſpitionis, ex quibus recuſetur Iudex: In qua allegatione Iudicis ſuſpecti, qñ ſit per procuratorẽ, vt dictum eſt ſpeciale requiritur mandatum domini in indiuiduo, quia non probando cauſam ſuſpitionis poſſet dñs incidere in pęnam contentam in Pragmatica, nec ſufficeret mandatum cũ libera, per ea, quæ not. in l. ſi quis iniquum §. ſi pater ff. quod quiſquè iuris, ita Caualcan. deciſi. 28. nu. 108. 2. part. licet ſit ſic diſpoſitum per Pragm. quando in cauſa pupilli, mulieris, & aliorum.

Rationabiles enim cauſæ ſuſpitionis, quæ ar
88 guunt ſuſpectum Iudicem, ſunt videlicet. Prima namq; cã ſuſpitionis eſt ſi Iudex eſt dñs aduerſarij, arg. 3. q. 5. cap. accuſatores; & 11. q. 3. cap. quatuor, & cap. inſinuante de officio deleg. Secunda ſi Iudex eſſet vaſſallus vnius partis, arg 1. 22. q. 5. c. de formas Tertia ſi eſſet conſanguineus, & nota ꝙ Iudex non debet ius dicere in cã ſuorum, facit text. in c. poſtremo vbi Doct. de appell. & 3. q. 7. c. ſua ver. cognitores; & vſq; ad quẽ gradum conſanguinitatis cadat hæc ſuſpitio, gl. in c. poſtremo in ver. ibi ſuccederet vr concludere, ꝙ vſq; ad illum gradum poſſit Iudex recuſari, vſq; ad quẽ admittitur ſucceſſio ab inteſtato, dicit tñ ibi Abb. quod ſucceſſio datur vſque ad decimum gradũ, tã inter agnatos, quã cognatos, tex. eſt cum gl. inſt. de ſucceſſ. cogn. in ſi. ſed quoad dictũ gl. dicit Abb. eſſe conſiderandum vtrum ſit de eadẽ domo, ſeu ſtirpe, maſculina, & ſm̃ hoc iudicabitur ſuſpectus, vel ne, & in hoc conſideranda eſt conſuetudo Regionis, nam in aliquibus locis affectio conſanguinitatis, & affinitatis extenditur, quaſi in infinitum, in aliquibus vſq; ad certum gradum tm̃. cum ergo rõne affectionis dumtaxat conſanguineus repellatur, debemus conſiderare, an duret affectio, vnde ceſſante conſuetudine, procedit dictum gl. ꝙ vſque ad ſeptimum gradũ, ſcilicet inter agna-

tos, ex quo vsq; ad illum gradum ab intestato daꝰ successio, sed in his, qui sunt de stirpe masculina, admittitur recusatio indifferenter. nam videmus quod sola origo eiusdem loci præstat iustam causam recusandi Iudicem cap. accedens el 2. vt lite non contest. fortius idem dicendum in his, q. sunt de eadem stirpe masculina, nam propter idem cognomen semper durat affectio inter eos. Et prædicta sunt intelligenda, qñ vni parti esset coniunctus, sed si vtriq. parti est cõsanguineus, quia par affectionis causa suspitionem remouet, dũ modò sm Abba. ibi nu. 5. sit vtriq; parti eodem, seu pari gradu consanguinitatis, quia tunc est par affectio secus verò vbi vni attineret in primo gradu, puta quia frater, alteri in quarto, vel vlteriori gradu, tunc enim non est par affectio circa fratrem, quæ circa aliam remotiorem, nam oẽs homines sunt consanguinei, cũ descenderint ab Adã, vt legitur & not. in l. vt vim ff. de iust. & iure, sed rõne proximitatis præsumitur maior affectio, quid de consanguineo consanguinei, Card. & Imol. in d. cap. insinuante de offic. del. & c. postremo de app.

Et hæc si est consanguineus, qui agit, secus si conuentus, ita probat text. in l. lex cor. in princ. versi. (ei qui agit) ff. de iniur. & facit regula Bart. in l. de pupillo §. seruo ff. de nou. oper. nunc. Et si contentiosa est iurisdictio, non voluntaria l. si cõsul. ff. de adoptio. ideò Sacerdos potest absoluere propriam concubinam, secundum Arer. post glo. in cap. omnes 13. q. 1. Etiam si non opponatur à parte, cum iusta sit suspitio iuris, quia consanguineus partis est Iudex est ipso iure nulla sententia per ipsum lata, secundum Ant. de Butr. in cap. di-
89 lecti de appellat. & Bald. in l. eos 2. colu. C. de appellat. dixit quod sententia lata per Iudicem suspectum suspitione iuris est ipso iure nulla, etiam si per partem non fuerit recusatus, quid dicimus in Iudice affine, an vt suspectus recusetur, Roma. in cõsi. 68. quod erit suspectus, vt in dd. iuribus, &
C l. qui iurisdictio. ff. de iurisd. omn. iud. (C) Quid si Iudex est consanguineus impetrantis, causa tñ non est propriè impetrantis, sed Ecclesiæ suæ, nũquid possit recusari, vt suspectus per aduersam partem, Specu. tenet quod non in tit. de susp. §. superest ver. quid si Prælatus, Abba. vero in d. c. postremo nu. 6. tenet contrarium, & licet Prælatus
90 possit esse Iudex in causa Ecclesiæ suæ 2. q. 7. c. 1. tamen recusari poterit, vt suspectus, nam si consanguineus præsumit habere affectionem ad cãm rõne sanguinis, fortiùs ipse Prælatus videt habere maiorem affectionem, tum quia est spõsus, vel filius Ecclesiæ, tũ quia honor, aut emolumentum consequutiuè ipsum attingit, & hoc procedere vbi commodum veniret Episcopo applicandum principaliter, vel in cõsequentiam, alias posset in causa Ecclesiæ esse Iudex Abba. in cap. venerabili in fine de cens. & intellige secundũ not. per eund. Abb. in cap. ad audient. à nu. 9. cum sequ. de appellat. vt licet possit esse Iudex salua tamen recu-
D satione, (D) respectu verò exteri delinquentis in territorio Episcopi, q. licet respectu delicti, & dãni dati sortiatur forum in illo territorio, vbi delictum est patratum, non tamen efficitur per illud delictum subditus Episcopo loci delicti, & rei, & ideo non potest, vt pars extraiudicialiter excommunicare non subditum delinquentem in sua
91 diœcesi, & impedientem vti sua iurisdictione, & visitatione, nec iudicialiter, quia nõ potest esse Iudex in causa propria in d. cap. venerabi'i Innoc. & Doct. vndè damnum dans potest accusari de dãno dato in loco delicti, & in loco etiam sui domicilij, ita Caualc. dec. 18. n. 46. & 39. in 1. par. & decisi. 4. nu. 47. 2. part. sed an consanguineus in causa Ecclesiæ consanguinei possit recusari text. & glo. in d. cap. postremo in ver. & Iudicem, & cap. infames §. cognitio circa fin. 4. quæst. 7. & Doct. in cap. cum contingat de foro compet. Quid aũt si filius, vel alter consanguineus, vel commensalis Iudicis fuit Aduocatus in illa causa, an recusabitur, vt suspectus in illa causa, dic qđ non, ita Philipp. Franc. in cap. postremo column. 2. ver. in gloss. in ver. aduocati de appellatio. hodiè qualiter procedat ex dispositione Nouell. Pragm. inferius declarabo.

Quarta est causa suspitionis si Iudex, qui iudi-
92 cauit fuerit effectus Iudex appellationis, vel eidem fuerit commissa causa appellationis, secundum Bal. in l. eos C. de appell. & Phil. Franc. in d. cap. postremo colum. 10. ver. 29.
93 Quinta est causa si ipsemet fuit per prius Aduocatus in illa causa cap. postremo de appellat. & gl. in cap. causam quæ de offi. deleg. Secus tamen est quãdo fuit Aduocatus in alia causa penitus separata, quia tunc non poterit recusari Phil. Fran. in d. cap. postremo colum. 1. Quid si fuit consultus, tãquam Aduocatus in illa causa, dic quod si propalauit votum suum est suspectus in illa causa, sin autem non propalauit votum suum, sed tñ fuit consultus non redditur suspectus, secundum Phil. in d. cap. postremo col. 7. ver. 7. & Doct. in l. prætor ff. de iurisd. omn. iudicum.
94 Sexta est suspitionis causa si Iudex litigat in alia simili causa, nam clarum est, quod non iudicabit, nisi prout vellet iudicari in causa sua, glo. est not. in cap. cum super Abbat. de offi. deleg. in sexto, Ant. de But. in cap. causam matrim. de offi. deleg. & Panor. in cap. causam quæ el 2. de iud. & ibi declarat per exempla, quãdo causa dicatur similis, vel si Iudex fuit testis in eadẽ causa, in qua modo vult iudicare l. fin. ff. de test. Spec. in tit. de Iudic. deleg. §. superest ver. item si fuit testis, vel si fuit in simili causa per prius Arbiter, & iudicauit, ac laudauit nõ poterit postmodum esse Iudex in alia simili causa, quia præsumẽdum est, quod iudicauerat, ac laudauerat in illa causa Capy. decis. 146. & 147. & Fran. Aret. in consi. 29. col. penul. & sic fuit iudicatũ in causa illorũ de Carola cũ illo de Carbone, in causa affictus molendini Castri Stabiæ, referente D. Theod. Act. Galterio existẽte prius Cõmiss. D. Carolo Fenice, qui se suspectum reddidit ob id, & stãte prædicta suspitione,
E fuit commissa D. Theodoro. (E)

Septima est causa, si pars est nimis amica Iu-
95 dici, & familiaris, & non omnis amicitia repellit Iudicem, sed maxima ff. de verbor. signific. l. latè §. amicos, & in cap. insinuante, & ibi Doct. de officio deleg. sicut non omnes inimicitiæ repellunt testem, nisi maximæ c. licet heli, & cap. per tuas de simon. & gloss. in cap. accedens el 2. vt lite non contestat.

Octaua

Octaua est cā pp inimicitias l. si patitur ff.de lib. cā, & nedū inimicus, sed ēt oēs, qui sunt de eadem domo, vel parentela, & non solum verus inimic' sed ēt præsumptus pōt recusari, sm̄ gl. io c.audi ianus 63.dist. q̄ si aliquis me nō salutat pōt recusari, quia p̄sumitur inimicus, & sic vt præsumptus inimicus recusari pōt, imò qui iustā cām inimicādi hēt pōt recusari, quia censetur inimicus presūptus, ita Inn. in c.1.& A. de re iudi. in tm̄ q̄ Bar. in l.i. in fi. ff. de his quib. vt indignis dixit q̄ ēt si ignorat commissam esse cām inimicitiæ, adhuc potest vt suspectus repelli.

97 Vnde si pars recusans hēt aliquā cām cū Iudice tanquā cū priuato, vt quia litigat cū eo in alia cā, ex tali litigio causatur quędā inimicitia, q̄ est sufficiens ad Iudicē recusandū, Abb. in c.cū super in 3.not.de off.del. ita ēt suspectus si fuit minatus alteri parti, q̄ ei noceret, sm̄ Abb. in d.c.cū super col.1.& sic sufficit ēt q̄ non sit capitalis, & nō tm̄ qn̄ ipse est inimicus partis, sm̄ Phil. in d.c.postremo col.9.vers.32. Sed ēt qn̄ Iudex est consanguineus inimici alterius partis, Abb. in d.c.accedēs in 7.not.vt lite non contest.& Bal. in l.qm̄ liberi C.de test. vbi dicit q̄ qui copulat parentelā, vel amicitiā cū inimico meo, dr̄ meus inimicus, quia censetur esse eiusdē intentionis, idem tenet Fely. in d.c.accedens col. 1. imò qn̄ Iudex est subditus inimici mei contendentis mecum, quia timore superioris sui posset à recto tramite deuiare, ita Abb. in d.c.accedens el 2.col.1. vers. quarta causa, vt lite non contest.& Phil. io c.postremo colu.7.ver.13. & 15. de appell.

Et non solum qn̄ Iudex de p̄nti est inimicus al-
98 terius partis, sed etiam de preterito fuit inimicus, modo iā est reconciliatus, q̄ pōt tanquam, vt suspectos recusari, sm̄ Phil. in d.cap.postremo col.9. versi.35. inimicus enim reconciliatus, adhuc remanet suspectus, & etiam à testimonio repellitur secundum Abb.col.3. de accus.

Et non tm̄ consanguineus inimici mei potest, vt suspectus recusari, sed etiam si esset domesticus, vel amicus inimici, repelli posset, vt suspect', Bar. in l.sciendum §.1.ff.de leg.1. quia etiam amicus, vel domesticus inimici repellitur à testimonio c.repellantur, & c.cum oporteat de accus.

Nona est causa suspitionis si Iudex sit imperi-
99 tus iuris, ideò si causæ subtiles committuntur grossis Doctoribus est iusta causa, propter quam possunt, vt suspecti recusari, sm̄ Bal. in l.fin. in 16. quæst. C.de hæred.inst.& Iaso. in l.apertissimi ver. secunda causa, C.de iudic.

Decima est causa, qn̄ Iudex est nimium seuerus, Bald. in l.1.ff.de his, qui sunt sui, vel alien. iur. vel si animosè procedit, & iniustè, & extraiudicialiter, secundum Abb. in cap.conquęren.e col.2.de restit.spoliat.

Vndecima est causa si est indiscretus, quia potest
100 sicut iniustus recusari cap.ad nostram de prob. & ibi Bald.

Duodecima recusationis iusta causa est, si Iudex est ingratus, text. est in §. sancimus in auth.de exhib.reis, Canonist in c.postremò de appell. Redditur etiam suspectus Iudex, qn̄ ab eius sententia est appellatum, quia partē grauauit, nā appellatione pendente redditur suspectus appellanti, tam in illa causa, quam in omni alia, & recusari pōt Phil. in d.cap.postremo col.8. in fin. vers.27. de appell. Item redditur suspectus, qn̄ accepit aliquam donationem ab alia partiū, sm̄ Phil. in d.cap.postremo.

Quid si Iudex est compater partis aliqui tenue-
101 runt, q̄ redditur suspectus, prout Imol. in cap. cum speciali 8.colu.de appell. & in cap. prudentiam de off.del. Ias. in l.apertissimi 3.col.C.de iud. Dec. in d.c.cum speciali n.6.de appell. quod intellige secundum Abb. ibi, & supra in limit. seu fall. declaraui nu.85.ver.8.

Decima tertia est causa si Iudex sit socius, vel commensalis alterius partis, quia societas censetur quędam fraternitas l.verum in prin. ff.pro socio, vel si esset conterraneus alterius partis, vt quia est oriundus de eadem Ciuitate, de qua est altera pars, & hoc qn̄ sunt duo conciues, qui reperiūtur extra eorum patriam, ex quo solent se vt fratres diligere, quando sunt in remotis partibus, sed quādo sunt in eadem patria est iusta causa suspitionis in delegato, secus in ordinario, secundum Abb. in cap.accedens vt lite non contest.

Decima quarta est iusta causa si essent partialitates, seu factiones in Ciuitate, nam si delegaretur causa vni, qui esset contrariæ factionis posset, vt suspectus recusari, secundum Bald. io cap. de causa 9. colum.de offic.deleg.

Decima quinta est causa legitima si ante pro-
103 palauit votum suum, secundum Canon. io cap. irrefragabili §.excessus de offic.ordin. vbi Io. Andre. & ego habui de facto in hac Ciuitate Minori, ex quo dum officialis vellet quamdam causam expedire petebam, vt terminum ad allegandum in iure concederet, ex quo nondum eram instructus, & punctus erat iuris, qui recusauit concedere, & desiderans sic in promptu punctum secum discutere, ex quo tractabatur de nullitate sententiæ, quæ erat lata per eius prædecessorem in Ciuitate Amalfiæ, & sic extra Ciuitatem, in loco tamen iurisdictionis eiusdem officialis, dicebā nullitatem non subsistere, cum sit lata in territorio iurisdictionis suæ, & allegaui in isto particulari Hyppo. in l.fin. ff.de iurisdict. omnium iudic. num.11. & quia erat resolutus declarare sententiam nullam, & iam propalauerat votum suum declaraui, & allegaui eum suspectum ex causa prædicta, licet esset post conclusum in causa tempore prolationis decreti, ex quo de nouo emergerat suspitio, ideò admittebatur, vt supra declarauimus; qui hæc videns mutato proposito concessit terminum ad allegandum in iure, quo concesso, dum sibi ostendissem prædictas doctrinas, & alias authoritates, decreuit nullitates non subsistere, & proindè sententiam esse exequendam.

Decima sexta est causa, si Iudex occultè loqui-
104 tur cum parte, Cano. in d.cap.accedens, & Lanfran. in c.quoniam contra de prob.

Decima septima causa est, quia potest Doctor Iudex recusari, vt suspectus in causa sui ichoatis, contrarium tenet Bald. in auth. habita in octaua colu. C.ne filius pro patre, sequitur Abb. io c.V. Canonicus de off.deleg.

Nota tamen, quod si Vicarius Episcopi est suspectus, dominus, & sic Episcopus erit suspectus,

quia vnum Tribunal est cap.romana de appel.in
sextò,Saly.in l.vnica C.si quacumq; præd.potest.
Ioa.de Imol.in cap.insinuante de off.deleg.& hoc
quando causa suspitionis concernit pariter Epi-
scopum,& Vicarium, vel delegatum, sic è contra
si est suspectus Episcopus,erit similiter suspectus
Vicarius,quando causa concernit pariter vtrum-
que,vt per Phil. Franc. in cap. si contra vnum in
fine de offic.deleg.in sexto. aliàs si non concernit
pariter vtrumque,tunc suspecto Vicario,non erit
suspectus Episcopus,& è contra,sequitur de Ni-
gris in cap.Regn.prolixit.num.55.in ver. additio
noua.

Et si Iudex primæ causæ succedat loco Iudicis
appellationis in illa causa per eum iudicata tam-
quam Iudicem à quo, quod non poterit cogno-
scere amplius,tamquam Iudex ad quem.

Et si de iniquitate sententiæ cognoscere vellet,
105 Castr. in l.filius ff.de inoff. testamen. & Leos C.
de appell. Sed an fideiussor possit esse Iudex in
causa sui debitoris principalis,pro quo fideiussit,
Iason in l.si cui §.2.ff.de leg.primo, & quis possit
iudicare,& testis esse,Iaso.in l.si quis nec causam,
ff.si cert.petat.& sic erit suspectus,quia aliquo re-
spectu potest importare incommodum Iudici fi-
deiussori,in casu inopiæ dicti principalis debito-
ris,ita Phil.in d.cap.postremo column.9.versi.30.
& 31.de appell.

Redditur etiam suspectus, si ab altera partium
fuerit corruptus prece, pretio, vel si timet aduer-
sarium meum, vel si aliqua ex causa eum nimis
diligit,secundum Specul.in tit.de Iud.deleg.§.su-
perest ver.item si sit inimicus pen. col.

Decima octaua est iusta causa,quādo quis vel-
let esse Iudex in causa propria,vt l.qui iurisdictio
ni ff.de iurisdictio.omnium Iud. in tantum quod
etiam Rex,vel Imperator non debet esse Iudex in
causa propria, sed debet illam delegare, vt plenè
declarat Isern.in cap.Imperialem §. præterea col.
7. & 8.de prohib.alien.feud. per Feder.

Verum si vellet Princeps non recognoscens su
periorem esse Iudex in causa propria , quam ha-
bet cum suo subdito,posset esse Iudex,secus si ha
beret causam cū non suo subdito,ita Soc.in consi.
110.col.9. in prin.in 1.vol.

Decima nona est causa iusta suspitionis si liti-
gator impetrauit sibi Iudicē in causa sua eum,qui
erat suus dominus, quia altera pars potest cum
recusare,tex.est in cap. causam quæ de off. del.

Vigesima causa est si ipse Iudex se impetrari
procurauit,secundum Spec.in tit.de off.del. §.su-
perest ver. item si ipse.

Vigesima prima causa est,quando causa specta
106 ret aliquo respectū ad commodum, vel incom-
modum Iudicis, vt quia tenetur de euictione rei,
pro qua agitur,secundum Phil.in d. c. postramo
colum.9.

Vigesima secunda causa est, si Iudex nolit audi
re Aduocatum in causa,licet causa sit clara,potest
ex hoc recusari vt suspectus, secundum Lanfran.
in clem.sæpè in versi.de plano col.1.de verb.sign.
sic etiam omnis causa, quæ est sufficiens ad remo
uendum Procuratorem, vel Arbitrum, illa eadē
sufficit ad remouendū Iudicem, secundum Abb.
in d.cap.postremo de appell.sic etiam causæ, quæ
repellunt à testimonio,repellunt Iudicem à iudi-
cando,quia minor suspitio sufficit ad repellendū
Iudicem,tamquam suspectum,quam ad repellē-
dum testem, quia facilius est inuenire alium Iu-
dicem,quam inuenire alios testes, gloss.in c.cum
V.Canonicus in gloss.2.de off.deleg. Inno.in cap.
insinuante in gloss.1.de off.deleg.ideò causæ, quæ
repellunt testem à testimonio, multo fortius re-
pellunt Iudicem à iudicando .

Et non tantum ex causis prædictis in iure ex-
pressis potest Iudex recusari vt suspectus , sed et
107 ex alijs in iure non expressis , nam causæ iustæ
suspitionis non sunt omnes in iure expressæ,quia
non possunt de facili omnes exprimi argu.l. non
possunt ff.de leg.sed arbiter, seù Iudex arbitrabi-
tur eam iustam,vel iniustam secundum alias cau-
sis in iure expressas, vtputa si causa nunc propo-
sita est efficacior,vel similes causæ in iure expres-
sæ,nam de similibus ad similia procedendum est,
vt d.l.non possunt. Nec obstat si dicatur solum
Principem habere potestatem iura interpetrandi,
vt l.fi.C.de leg.quia illud procedit secundum In-
no.in generali interpetratione , quæ facit ius quo
ad omnes,secus in speciali, nā Iudex quo ad cau-
sam coram eo vertentem potest iura interpetra-
ri,non tamen sua interpetratio facit ius quo ad a-
lias causas,idem not.Anton. de Butr. in cap.cum
veniss.in princip.de iud.& per hoc potest allegari
text.in l. prima, C. de profess. qui in vrb. consta.
lib. 12. vbi datur Doctoribus potestas iura inter
petrandi , & hodiè in priuilegio Doctoribus sic
datur potestas,quod not.secundum Abba. in d.c.
cum speciali nu.7.de appell.

Redditur etiam hodiè suspectus Iudex in cau-
108 sa alicuius,qui præsentauerat filium iudicantis
in aliquo iure patronatus,siuè clericus,siuè laicus
fuerit,qui præsentauerat,ex dispositione Nouellæ
Pragmaticæ.

Et Iudex recusatus vt suspectus potest per ar-
bitros electos in forma iuris canonici in foro Ec-
clesiastico,& per Iudicē recognoscentem cām su-
spitionis allegatæ,iux.formā Cap.Reg.& Nouel.
Pragm.in cā ipsa suspitionis allegatæ interrogari
pro veritate dicenda circa causas illas suspitionis
allegatæ aduersus eum adductas,quia non est di-
cere ipsum Iudicem suspectum allegatum esse
Iudicem, & testem in dicta causa recusatum , sed
potius arbitrum , & officium arbitri fungi , imò
109 potius partem esse , & vti priuatus in illo actu
iudicandus est,& hoc facta electione arbitrorum
in foro Ecclesiastico , iuxta superius notata , &
proposita suspitione coram superiore in foro se-
culari , verum conclusio prædicta non militat in
causa criminosa,& non solum potest examinari,
& interrogari super suspitione,sed etiam tenetur
iurare,in tantum,quod licet huiusmodi causa su-
spitionis post conclusum in causa non admitta-
tur,nec testibus probari possit,attamen ipsius Iu-
dicis recusati iuramēto probari potest, ita Thes.
F dec.6.& Caualc.dec.28.nu.109.2.par. (F)
110 Quia ex dispositione iuris non reddebatur su-
spectus , nec recusari poterat Iudex ex eo, quod
in causa , in qua ipse iudicaturus est , Aduocatus
vnius partis est filius, vel coniunctus ipsius Iudi-
cis,secundum Phil.Franc.in cap.postremo.col.4.
ver.

ver. in gloſ. in ver. Aduocati de appell. refert, & ſequitur Mar. in ſuo Specul. in 6. par. 2. act. principali nu. 55. quod durum viſum fuit Principi, cum ratione affectionis quam gerit erga filium, & ex cauſa vtilitatis poſſet forſan aliquando bonus Iudex declinare à tramite iuris, ideò emanauit illam Nouellam Pragmaticam, qua diſponitur vt vidiſtis, quod in cauſa, in qua eſt Aduocatus patruus &c.

111 Videndum eſt primò ſi dicta Pragmatica habet locum extra Ciuitatem Neapol. & ſic per totum Regnum in omni Tribunali, & dicerem quod ſic, nam cum in alijs Ciuitatibus, & Tribunalibus non habeamus aliam ſanctioné, ſeruanda eſt iſta, cum Princeps habeat ius in Regno ſic prohibendi, & non ſe reſtrinxit ſolũ ad Tribunal Ciuit. Neap. dicẽdũ eſt habere locũ in omni loco, in omni Ciuitate, in omni Prouincia, & Caſtello, per gloſ. in c. cum Eccleſijs, & glo. in c. ſuper eo, cũ gloſ. in c. ex parte de cenſ. facit tex. in l. fin. C. de leg. & Lud. Rom. in conſ. 260. 1. col. facit bona gloſ. in proem. decr. in ver. Bononiæ, & in §. fin. inſtit. de ſatiſdat. & Caſtr. in l. 1. ff de conſt. princ. vbi Epiſtolæ Principis, & ſententiæ diffinitiuæ, vel interloquutoriæ faciunt ius quo ad omnes, licet fuerint directæ ad certas ſingulares perſonas, quando ab ipſo Principe traduntur Vniuerſitati omnium, & Cauenſ. ſuper Pragm. diſpendia litium à nu. 10. & ſic audiui fuiſſe deciſum in S. Sacr. Conſ. referente Magn. Cur. in quadam cau-

G ſa criminali, Vicedomino Actuar. (G)

112 Pragmatica iſta prohibet iudicare, & votare in cauſa ipſa, in qua eſt Aduocatus patruus Iudicis, de quo patruo intellexit Pragmatica dic, qđ de fratre patris ſui, & non matris dici poſſet, ex quo ille propriè dicitur patruus, frater enim matris auunculus nuncupatur §. tertio gradu, & §. quarto gradu in ver. auunculus inſtit. de Grad. Iaſ. & alij in l. ſi mater tua in princ. C. de ſucceſſ. edict. & verba Pragmaticæ propriè, & non impropriè intelligenda ſunt, ſecundum Bart. in l. quicquid ff. de verbor. oblig. ſic etiam de patruo magno, qui frater aui dicitur, dum Pragmatica loquitur de patruo ſimpliciter, & ſic deberet intelligi de proprio patruo, non improprio, prout verba illius intelligenda ſunt, ſecundum Bart. in d. l. quicquid aſtring. & patruus magnus non eſt propriè patruus, ſed impropriè, ſecundum Ang. Iaſ. & alios in l. ſi mater circa princip. C. de ſucceſſ. edict. nu. 8. eo magis de proprio intelligendũ eſt, cum dicta Pragmatica veniat ad correctioné iuris communis, cum iam demonſtrauimus ſupra de iure communi, ſecundum opinioné Phil. & Mar. non prohiberi iudicare in cauſa, in qua filius eſt Aduocatus, quo caſu ſtrictè interpretãda, & propriè, & non ſit extenſio, vt correctio Iuris euitentur l. præcipimus C. de appell. & ſic cum ſit poſitum illud verbum patruus in diſpoſitione odioſa, cum quilibet Iudex præſumatur bonus & vir bonus dicitur Iudex, ſecundum Abb. in cap. quintauallis nu. 38. de iureiur. cum concord. ob quod oritur præſumptio contra eos de iniquitate, meritò debet fieri in ſtrictiori ſignificatu, ex quo verbum poſitum in diſpoſitione odioſa, habens plura ſignificata, debet interpetrari in ſignificatu ſtrictiori, ſecundum Abb. in cap. ad audien. circa princ. de decim. taliter quod attenta propria ſignificatione vocabuli cum patruus magnus nõ veniat propriè appellatione patrui, meritò dici etiam poſſet auo exiſtente Iudice, eius nepotem aduocare poſſe. Sic etiam de pro nepote dubitari poſſet qui Aduocatus eſt, an ſuſpectus tunc iudicari debeat patruus in cauſa ipſa, in

113 qua pronepos ipſe patrocinium præſtat, nam vt dixi verba Pragmaticę propriè ſunt intelligẽda non impropriè, & propriè loquendo nepotis appellatione, pronepos non continetur ſecundũ Iaſ. & alios ibi per eum citatos in l. gallus §. inſtituens nu. 15. ff. de lib. & poſthum. & ſucceſſiuè nõ debet obſtare diſpoſitio dictæ Pragmat. in caſu prædicto, cum de nepote loquatur, non autem de pronepote, qua ratione attenta, etiam vbi filius fratris, & ſic nepos eſſet Aduocatus non prohiberetur iudicare, quia propriè nepos non appellatur, ſecundum Bar. in l. ſi inſtituta §. de inoff. el 2. ff. de inoff. teſt. Bald. in l. ſi dotali ff. ſolut. matrim. quia nepos propriè dicitur, qui deſcendit ex filio, nõ qui ex fratre l. iuris conſ. §. 2. gradu ff. de grad. nepos enim dicitur, quaſi natus poſt patrem, idẽ tenet Fed. de Sen. in conſ. 39. Imol in cap. non ſine de arbitr. & Bart. in cit. loc. dixit quod ſi aliquis accepit emphyteoſim pro ſe, & nepotibus, non veniunt nepotes ex fratre, allegat Dyn. in ſuo conſ. 17. incip. diligenter, ſequitur Franc. de Aret. in cap. per tuas de probat.

114 Similiter de conſobrino loquitur Pragmatica negatiuè non poſſe iudicare conſobrinum, vbi conſobrinus eſt Aduocatus, de eo enim, qui natus eſt ex ſorore matris intelligi deberet, illi enim propriè conſobrini nuncupantur, qui ex duabus ſororibus naſcuntur, & progenerantur, quaſi conſobrini §. quarto gradu inſtit. de grad. cogn. ſtante propria ſignificatione vocabuli, ſecundum quam intelligenda ſunt verba d. pragm. ſic etiam dici poſſet ſi patronus cauſæ eſſet natus ex fratre patris, quia tales patrueles nuncupantur, non conſobrini d. §. quarto gradu, cum verba Pragm. prout loquitur intelligenda ſunt, & non aliter extendenda, & interpetranda, vt ſupra. Idemque prætendi poſſet ſi eſſent deſcendentes ex fratre, & ſorore, qui amitini propriè appellantur d. §. quarto gradu, quo caſu non compræhenditur ſub vocabulo conſobrini, & licet vera ſint, quæ dicta ſunt in caſibus ſuis, attamen contrariũ videtur dicendum in caſibus de quibus agitur, nam licet Pragmatica ſimpliciter fuerit loquuta in caſibus prædictis de patruo, filio, conſobrino, & alijs, vt in ea, & quod interpetratio fuerit facta ſecundum propriam ſignificationem, tamen attenta qualitate perſonarum, ad quæ verba referuntur, recedimus in ſtatutis à proprietate vocabuli, & intelligimus etiam in caſu improprijſſimo, ita ex mente Bart. in l. 1. §. lex falcid. ff. ad l. falcid. & etiam ratione publicæ vtilitatis licet extendere ſtatutum, etiam ad caſum improprium, etiam ſi principaliter eſſet ſtatutũ ratione priuatæ vtilitatis, in cõſequentiam fauore publico, ſecundũ Iaſ. in d. l. qui ſe patris C. vnde liberi & in l. non dubium C. de legib. & ex identitate etiam rationis debet extendi ad caſum, etiã im-

pro-

proprium, nam vbi est eadem ratio, ibi debet esse
eadē iuris dispositio l. illud ff. ad leg. aquil. Et qñ
casus verus, & casus fictus æquiparantur, statutū
loqnens in casu vero, extenditur ad casū fictū, l.
1. §. honorū ff. ad Senat. cons. trebell. iam appella-
tione consobrini veniunt descendentes ex fratri-
bus, & ex sororibus; licet impropriè d. §. quarto
gradu, ex indēnitate tñ rationis extendi debet ad
vtrumq;, & statutū in vno intelligitur statutū in
alio, qñ duo procedunt sub eadē ratione l. si arro-
gator, vbi Ias. nu. 52. ff. de adopt. quæ nam maior
ratio esset in descendentibus ex sororibus, quam
ex fratribus in patruo, & patruo magno, verba. n.
alicuius dispositionis sunt amplianda, vel restrin-
genda secundū mentē ipsius, quæ mens est cōsi-
deranda ex ratione expressa, vel quæ coniectu-
rari pōt, secundū Abb. in c. 2. requiris nu. 2. de ap-
pell. ex coniecturis a. n. voluntate, & mente sta-
tuētis colligitur voluisse non tantū in casibus de-
scriptis in pragm. sed etiā in alijs tacitè cōpre-
hensis in ea, ex indemnitate rationis, & si non di-
stinctè declarauit ne esset prolixus, tñ sic colligi-
tur ex coniectura ta ipsius mente; nam si fuisset
de his interrogatus, vtiq; idē statuisset, arg. l. tale
pactū, & ibi glos. ff. de pact. & addit. ad Port. in d.
§. fin. inst. de nupt. & Bart. in l. pronunciatio ff. de
verb. signif.

Item propter cōmunē vsum loquēdi, qui præ-
fertur cuicumq; propriæ significationi, sm glo. in
l. librorū §. qd tñ cassius ff. de leg. 3. cū appellatio-
ne patrui omnes cōpræhendantur, siue ex parte
116 vxoris, siuè matris, siuè vtriusq;, omnes. n. vo-
cantur patrui, attento cōmuni vsu loquēdi, sic in
nepote. cū nepos attento dicto cōmuni vsu voce-
tur siuè ex parte filij, siuè filiæ, siuè ex parte fra-
tris, sm Io. And. in c. fundamēta de elect. in. 6. quē
refert, & sequitur Abb. in proœm. decr. n. 10. vbi is
appellatione nepotis tm cōpræhendit descendens
ex filio, vel filia, vt patet in arbore consang. & af-
finit.; tñ ex cōi vsu loquendi comprehenditur ēt
filius fratris, vel sororis, etiā in materia odiosa; &
Bar. in l. libell. §. sed si alius in fi. ff. de accus. & Abb.
in c. 2. de arbit. in prin. qd in omni materia ēt odio
sa, & pęnali semper dēt attendi cōis vsus loquēdi,
& Abb. in c. per tuas 2. col. de prob. dixit qd statutū
ēt pęnale, & odiosū intelligitur sm cōem vsum lo
quendi, facit l. anniculus ff. de ver. sign. & c. quam-
uis, vbi ēt Abb. de verb. signif. Bar. in l. labeo ff. de
supp. leg. & in d. l. librorū §. qd tñ cassius, Lud. Ro-
ma. in cons. 4. Socc. in reg. 441. fall. 8. Et prædicta
procedunt, & hēnt locum, ēt in legibus peritorū.
& alijs dispositionibus conditis à iure peritis, sm
Ant. de But. in d. prohęm. decr. & in Add. Abb. ibi
in ver. numquid taliter, qd cum dictus cōis vsus lo
quendi pferatur propriæ significationi vocabuli,
sm Abb. in d. prohęm. decret. ipsoq; attento cum
oēs vna significatione vocabuli vocentur patrui,
filij, & nepotes, ac consobrini non attento vñ pro
ueniant, maximè si hi sermones proferuntur vul-
gariter, & non literaliter, sm Alex. in cons. 5. vol. 3.
n. 5. & Abb. in c. 1. n. 37. de iud. dicendū esset ex p-
dictis nec iudicare, nec votare posse vbi tales fue-
rint Aduocati, cū par affectio sit, put in alijs, & sic
ex his videretur dicendū Pragmaticā prædictam
debere interpetrari in casibus prædictis, sm cō-
117 munē vsum loquendi, qualiter aūt probetur iste
cōis vsus loquēdi, vide in add. Abb. in d. prohem.
H decr. in vers. nūquid vsus loquendi in lit. F. (H).
118 Prohibet etiam iudicare in causa, in qua est
Aduocatus filius iudicantis; quid si est filius na-
turalis tantum Aduocatus, quia appellatione fi-
liorū simpliciter prolatorū à lege, & multo magis
à statuto non veniunt filij naturales tm, sm Ias.
in l. generaliter §. cum aūt C. de inst. & subst. nu. 4
& Bal. in l. filiū ff. de his qui sunt sui vel alieni iu-
ris, & Abb. in c. in præsentia de probat. cū de fa-
milia, seù domo. & casata patris non dicantur na-
turales, & bastardi, & statuta loquentia de illis de
domo, non cōpræhendit prædictos, sm Bart. in l.
fin. C. de verb. signif. nec de agnatis dicūtur, vt in
§. de vulgo inst. de success. cogn. & Port. & Ias. in
§. fin. inst. de nupt. sic de filio incestuoso, vel nefa-
rio, & sic ex incestis nuptijs nato, an filius deno-
minari possit, & nec ipse, nec vxor, nec vir, nec
matrimoniū denominari possunt, & in potestate
parentū non sunt, §. 1. inst. de patr. potest. nec talis
incestuosus legitimatur, legitimato matrimonio
119 per dispensationē Apostolicā, nisi & is simili-
ter specialiter legitimetur in dispensatione, vt in
cap. 1. iuncto c. tanta extra qui filij sint legitimi, &
hoc si parētes sciuerint impedimentū, sed si igno-
rauerint, vel alter ipsorū fuerit in bona fide igno-
rans impedimētū subesse, an excuset filiū sic na-
tū, vide Bart. & ibi add. in l. eum qui alias paulus
ff. de statu hom. & Aret. in §. si aduersus institut.
I de nupt. (I)
120 Et si legitimatus est, ex quo verè non est filius,
cum propriè, & non impropriè sit intelligenda
pragmatica d. l. quicquid astringend. Bart. & Ias.
in l. is qui pro emptore nu. 254. ff. de vsucap. nam
legitimatus fictione iuris dicitur legitimè natus,
sm Ias. ibi, & Bal. in l. eam quam C. de fideicōm.
& in l. gallus §. si eius ad fin. ff. de lib. & posthum.
& Angel. in §. fin. & add. ibi ad glos. in ver. Curiæ
institut. de nupt. vbi in materia statuti talis filius
L non venit. (L).

Sic etiam in fratre bastardo, seù nepote, existē-
te fratre, seù patruo Iudice in causa, in qua tales
essent Aduocati, dum appellatione fratris, & ne-
potis hi non cōprahendantur in materia statuti,
secundū Bal. in l. fratres in princ. vers. aduerte C.
de inoff. testam. & in l. fin. C. de verb. signif. & in
auth. defuncto C. ad tertull. & similiter de legiti-
mè natis ex bastardo, quia ex radice corrupta nul
la pōt esse legitima consequentia l. fin. C. de na-
tural. liber. ita Bal. in d. l. fin. & nepotum appella-
tione minime veniunt spurij, secundum Bald. in
l. si auia C. de success. edict.

Et si legitimatus est, cum legitimatus quo ad
patrem, non dicitur legitimus quo ad cognatos,
& agnatos §. filiū vero in auth. quib. mod. natura-
les efficiantur sui, & Doct. in §. fin. inst. de nupt.
& Paul. de Castr. in l. cum acutissimi C. de fidei-
commiss. vbi stante statuto, qd stantibus masculis
fœmina non succedat, non cōpræhenditur ma-
sculus legitimatus, sequitur Capyc. dec. 194. n. 6.
& Castr. in cons. 69. & Bald. in l. quisquis C. ad l.
M Iul. maiest. (M) Licet ad hanc dignitatē Doctō-
121 ratus non debeant admitti hi spurij de iure, se-
cus vero de facto, vt dicit Bart. in l. 1. nu. 18. C. de
dignit.

dignit.lib. 12. contrarium tamen est verius, nam quoties lex, vel statutũ vtitur vocabulo naturali, puta patre, matre, sorore, fratre, filijs, tunc non attendimus dispositionẽ iuris ciuilis, vt intelligatur de naturali, & legitimo, sed attendimus solam naturalitatẽ, vt cõpræhendantur hi omnes, qui non sunt legitimi de iure ciuili, auth. ex cõplexa C. de incest. nupt. ita Ias. & Port. ex mente Angel. ibi in §. 1. nu. 5. inst. de legitim. agnat. tutela, maximè si ex cõmuni vsu loquendi, vel alia statuti cõiectura colligitur, quod compræhendantur, vt Ias. & Port. in d. §. fin. instit. de nupt. ex mente Bart. in l.

N pronunciatio ff. de verb. signif. (N)

122 Si naturalis, & legitimus est Aduocatus filius, licet emãcipatus sit, & & patrociniũ præstet, prohibetur tñ votare, & iudicare pater, ex quo emãcipatus, filius adhuc est, nam iura sanguinis non mutantur §. sed & naturalia inst. de iure nat. gent. & ciuil. & Cicer. lib. 3. de Republ. legẽ naturæ cõstantẽ, & sempiternam, atq; etiã immutabilẽ appellat, & sublata est hodiè differentia emancipationis, & patriæ potestatis §. 1. in auth. de hær. ab intest. venient. quo. n. ad quid differt emancipatus à filio in potestate, maximè quo ad excludendũ beneficiũ Macedonianũ, & Nouell. Pragm. incip. per Excell. quo nam beneficio non vtitur emancipatus, si tẽpore quo erat emancipatus cõtraxit, & sic emancipatus adhuc filius nuncupatur, cum adhuc durent reliquiæ patriæ potestatis, sm̃ Ias. in l. ꝙ dicitur nu. 33. ff. de verb. oblig. tanto magis cum cõtineatur sub nomine agnatorum, & est de agnatis, & statutũ arctans agnatos ad cõpromittendũ, sub tali statuto cõpræhenduntur emancipati, sm̃ Bald. in l. qui se patris C. vnde liber. vbi Ias. & nepos natus, & conceptus post emancipationẽ filij, licet ipse non sit agnatus auo, auus est sibi, quo casu prohibetur iudicare vbi talis nepos est Aduocatus, sm̃ Ias. in d. l. qui se patris, Aret. & Port. §. testes instit. de testam. ord.

123 Et quæ dicta sunt de filio legitimo, & naturali, an militent in filio arrogato, eo quia talis arrogatus filius transit in potestatẽ patris arrogantis, & ei quo ad bona, & personã subijcitur, vt l. cum in adoptiuis §. fi. C. de adopt. propter ꝙ ea ratio militat in eo, quæ militat in patre legitimo, & naturali, eademq; iuris dispositio militare debet l. 1. §. 1. & ibi Bart. ff. de fonte, sequitur Carau. super Pragm. incip. per Excell. §. 12. nu. 75. qui loquitur in terminis illius Pragmaticæ, respectũ assensus paterni, qui requiritur in filio arrogato contrahente, meritò militare dẽt Prag. nostrę dispositio.

124 In adoptiuo autẽ extraneæ personę in adoptionem dato, quia quidquã ad patrẽ adoptiuũ, nec quoad personam, licet ab intestato iura successionis ei tribuantur, & sic iura patris naturalis minimè dissoluãtur, quia filius non est, dum ad patrem adoptiuũ nihil transeat, si verò ascẽdenti in adoptionẽ datus fuerit ex vtraq; linea, tunc & in familia, & in potestate eius transit, & militarent, quæ dicta sunt de arrogato §. ergo inst. de nupt. & §. in plurimis inst. de adopt. §. sed hodie instit. de adopt. & §. sed ea omnia inst. de hæred. quæ ab intest. defer. quia adoptio est imaginaria paternitas, & Pragmatica loquitur de actu vero, & non imaginario, cũ imitetur naturam §. minorẽ inst. de adopt. Ias. in l. filio quẽ pater nu. 13. ff. de liber. & posthum. contrariũ tñ est verius, ex quo adoptatus filius etiã ab extraneo, non solũ quo ad ius succedendi, sed etiã quo ad alia reputatur filius, vndè si statutũ loquitur de filio legitimo, cõpræhendit etiã adoptiuũ, quia est legitimus, licet non sit in potestate, etiã quantũ ad alios effectus, quã successionis, ita glos. & ibi Castr. in l. adoptiuũ ff. de in ius voc. Aldobrand. in §. sed hodie nu. 3. inst. de adopt. & sic ea ratio, quæ militat in filio arrogato respectũ nostrę Pragm. militat in huiusmodi filio adoptiuo, vt existente patre arrogante, vel adoptante Iudice, in causa in qua filius arrogatus, vel adoptatus est Aduocatus iudicare, vel votare non posse.

125 Prohibet etiã Pragmatica iudicare in causa, in qua est Aduocatus cognatus iudicãtis, quid si cõtracta sunt tñ sponsalia de futuro, vt si Aduocatus duxit in vxorẽ sororẽ Iudicis, vel vxoris Iudicis, vel è contra, non tñ perfectũ est matrimoniũ, ꝙ perficitur per verba vis, & volo l. nuptias ff. de reg. iur. an in casu prædicto prohibeatur iudicare, videtur ꝙ non, nam inter sponsos est affinitas, sed impropriè sm̃ glos. in l. seruius ff. de cõdit. caus. data caus. non seq. quia affinitas contrahitur per matrimoniũ, non per spõsalia §. si vxor tua, & ibi glos. in vers. nurus cũ Angel. ibi inst. de nupt. vbi socer non dicitur, nec gener, nec sponsa filij nurus, & sub statuto loquente de affine non cõpræhenditur sponsus, cũ in statutis verba sint propriè intelligenda l. 1. §. si is cui ff. de exerc. actio. ita Bart. in l. quod seruius ff. de condit. caus. dat. vndè cum talis Aduocatus non possit nominari affinis, neque cognatus propriè, meritò sub Pragm. loquente de cognato cõpræhendi nõ deberet, contrariũ est verius in materia text. nostræ Pragm. nam licet talis nõ dicatur propriè affinis, sed impropriè, sm̃ glos. in d. l. ꝙ seruius in ver. affinitas, tñ in materia de qua loquimur, extẽdimus dispositionẽ Pragm. etiã ad casum improprium ex identitate rationis, iux. l. illud ff. ad l. aquiliã, sic ratione paris affectionis, imo maior est affectio in eo quã in cognato, secutis nuptijs, vt experientia docet, item ex cõmuni vsu loquendi, cum omnes hi cognati vocentur, qui præfertur cuicumq; propriè significationi, sm̃ glos. in l. librorũ §. ꝙ tñ cassius ff. de leg. 3. & ex alijs adductis supra proximè in quæst. de filio naturali.

126 Et si contracta est affinitas, & per carnis copulam tñ, & sic ex illicito coitu, quæ iam cõtra-

O hitur de iure Canonico: (O) Et ex eo impeditur matrimoniũ illo iure, cũ affinitas sit proximitas personarũ ex coitu ordinato prouenı̃es omni carens parentela, ꝙ de iure ciuili secus, quò ad alios effectus, cum requiratur matrimoniũ ad illã causandam, cum sit proximitas personarũ ex coitu matrimoniali proueniens, ita glos. in §. affinitatis, & ibi Angel. & alij inst. de nupt. & non operatur in his, quæ de iure ciuili disponuntur, vel per statutũ, Hypp. sing. 254. contrariũ est verius, quia in materia matrimoniali attendimus dispositionem iuris Canonici, non autẽ ciuilis, sm̃ glos. in §. 1. in verb. ciues Romani inst. de nupt. iã ꝙ ei affinis, & sic cognatus tali iure vocatur, meritò habet locũ dispositio text. nostri, ꝙ interuenire non

possit,

possit, ad quæ faciunt, quæ dicta sunt supra de filio, & fratre naturali, cum attendamus in hac materia solam naturalitatem vt ibi.

Pone modo, q̀ dissoluatur affinitas ob mortẽ mulieris, an adhuc habeat locũ text. noster, & sic militet suspitio, & dicendũ videtur q̀ sic, quia affinitate dissoluta per mortẽ vxoris, priuilegia decrescunt, sm̃ Ias. in l. sicut aũt nu. 4. ff. de re iudic. & affinis amplius nõ nominatur, cũ morte vxoris sit dissoluta l. cui eorũ §. affinit. ff. de postul. & gl. in l. sed hoc ita in verb. succurrendũ ff. de re iudic. durat tm̃ quòad matrimoniũ impediendũ c. non dẽt de consang. & affinit. vnde dixit Bal. in l. affinitatis C. cõmunia de success. q̀ statutũ de cõpromissis cessat inter priuignũ, & nouercã mortuo patre, quia soluta est affinitas, & idẽ voluit in l. fin. C. de verb. signif. & refert Paul. de Castr. in l. rei iudicatæ §. socero ff. sol. matr. dicans, q̀ stante statuto q̀ causę cõpromittantur, nõ habet locũ in causis vertẽtibus inter generũ, & socerũ mortua vxore, sequitur Alex. in d. l. sed hoc ita, vbi dicit quod ita communiter tenetur per Doctor. quod
P cessante causa affinitatis, cessat affinitas. (P)

Ipsamq; pragm. etiã habere locũ dicimus Genero existente Aduocato in causa, in qua socer est Iudex, vel è contra, quia ex indẽnitate rõnis licet extendere Pragmaticã de vno casu ad aliũ sibi similẽ, vbi est eadẽ ratio, iuxt. l. illud ff. ad l. aquiliã,
228 quia gener loco filij est, & socer loco parẽtis, l. quia parentis ff. sol. matr. in tm̃ q̀ rõne affectionis existentia inter socerũ, & generũ, põt socer stipulari pro genero, & ei cõpetit actio, sm̃ Bal. Nouel. in tract. de dote in 4. par. nu. 8. circa med. taliter q̀ sicut suspectus redditur pater iudicãs in causa, in qua filius est Aduocatus, ita & socer respectù generi, sic refert Caualc. in dec. 28. 2. par. nu. 110. & per Pragmaticam primam sub tit. de caus. de-
Q cidendis idem disponitur. (Q)

Quid si Aduocatus est cõsanguineus in remotiori gradu nõ cõprænhenso in pragmatica, an ex hoc reddatur adhuc suspectus Iudex consanguineus in ea causa, q̀ non, ex quo Pragm. expressit certos gradus, præter eos quæstio remanet in dispositione iuris cõis tanquã casus ommissus l. commodissimè ff. de liber. & posth. quo iure tunc non datur suspectus, tex. est, & ibi glos. in c. 1. de offic. Iud. Ias. in l. solet vers. 2. limita ff. de iurisd. omn. iud. idẽ dicimus si Aduocatus in causa esset compater Iudicis, nam sicut põt esse testis pro cõpatre suo, & non repellitur, quia edictũ de testibus est prohibitoriũ certarũ personarũ, vnde oĩs persona, quæ non reperitur expressè prohibita põt testificari l. 1. cum gl. ff. de testib. Ias. in l. generaliter ff. de in ius voc. si dicimus in teste vbi tractatur de interesse principali cõpatris, multo magis vbi est tm̃ Aduocatus, & principaliter de suo nõ tractatur interesse, auth. multo magis C. de sacr. sanct. Eccl. nam Iudex sẽper præsumitur bonus, & licet Imol. in c. prudentiã de offic. deleg. & Ias. in d. l. apertissimi col. 3. in princ. contrariũ teneãt, tñ vera est prima cõclusio, q̀ hodiè nõ admittat talis recusatio de compatre, & ita seruare Curiã,
R refert Boer. in dec. 233. nu. 3. circa finem. (R)
230 Pragmatica nostra prohibet iudicare Iudicem in causis, in quibus sunt Aduocati coniuncti in gradu prout in eo, & sic loquitur de Aduocato, vndè dubitatur de procuratore si est de coniunctis, & in gradu contento in Pragm. habeat tunc locũ similiter dispositio tex. nostri, nam pragmat. loquitur de Aduocato, censetur proptereà in consequentiã permittere procuratorẽ, arg. l. cũ prætor ff. de iudic. Secundò ex differentia nominum, & titulorũ, est differentia inter Aduocatũ, & Procuratorẽ l. si idẽ C. de codicill. & quanta sit, vide glo. in l. neq; famosis C. de dignit. lib. 12. alia est differentia, quia Aduocatus tenetur iurare, sm̃ formam l. rem non nouam §. patroni C. de iudic. quãuis aliud sit in iuramẽto calumniæ c. 2. de iuramento calumn. in 6. est & alia differentia, quia procurator non põt esse minor 25. annorũ, l. minor. ff. de procur. sed bene Aduocatus, dummodo sit maior 17. annis l. 1. §. initiũ, & ibi Bar. ff. de procur. Angel. in §. fin. inst. de fiduciaria tut. itẽ quia officiũ procuratoris est vile, sed officiũ Aduocati est laudabile, & est honor, sm̃ Bar. in l. 1. §. hoc edicto ff. de postul. sic etiã, quia salariũ, q̀ recipiunt Aduocati à priuatis clientulis dicitur quasi Ca-
S strense, q̀ secus est in salario procuratoris; (S) Et licet Aduocatus dicatur etiã procurator, sm̃ Spec. in tit. de salar. §. nunc de procur. vers. sed oũquid salariũ procuratoris, q̀ intellige verũ largã tõ significatione, sm̃ Bar. in l. 2. in fin. C. mand. & aliud est esse talem, & aliud haberi pro tali, Bar. l. maritus §. 1. ff. de adult. vulgatis iur. ita Ias. in rubr. C. de procur. cum Aduocati appellatione, nõ veniat procurator, sm̃ Ias. ibi, contrariũ tñ hodie est verius ex dispositione Reg. Prag. 23. in tit. de offic. Sacr. Cons. quæ non tm̃ prohibet respectũ Iudicis, sed etiã respectũ magistri actorũ, vt non audeat esse magister actorũ in causa, in qua aliquis eius affinis vsq; ad d. tertiũ gradũ inclusiuè esset procurator, & Pragm. illa prohibet, q̀ non possit quisquam patrocinari, seù consulere publicè, vel secretè in causis, in quibus cõmissarius, seù relator causæ esset sibi consanguineus vsq; ad gradũ pdictũ sub pæna suspensionis ab officio, nisi pars nõ curaret de suspitione, sed admittit eũ in iudicãdo, cum Prag. ad eius beneficiũ fuerit emanata ne coram suspecto Iudice litiget, cui renunciare põt, iux. l. si quis in conscribendo C. de pact. verũ quia dubitabatur, si dispositio nostræ Pragm. quę loquitur de gradu ex parte agnationis, & cognationis, haberet etiã locũ in eodem gradu ex parte affinitatis, proptereà alia superuenit Pragm. qua disponitur non tm̃ esse suspectũ Iudicẽ respectũ gradus agnationis, & cognationis vsq; ad quartũ, sed etiã respectũ affinitatis, de qua supra vidim⁹.
231 Dicitur in tex. vsq; ad quartũ gradũ, pro cuius verbi declaratione, vide tex. in l. 1. ff. de grad. & inst. eod. tit. in princ. & §. primo gradu, & in §. hactenus, cum gl. ibi sub verbo generata, & Host. in summa de consang. & affinit. gradus est quædã habitudo, siuè distantia personarũ ad inuicẽ consanguinitate, & affinitate sibi coniunctarũ facta collatione ad cõmunẽ parentẽ, vel est vnius personæ distantia ad aliam in linea consanguinitatis, l. 1. & seq. §. vsq; & §. affinitatis ff. de gradibus, & ista affinitas trahit originem ex matrimonio c. non debet de consang. & affinit. & §. affinitatis inst. de nupt. vndè inter filios coniugum diuersã

ma;

matrimonij non extenditur affinitas, sm Bald. in l. affinitatis C. commun. de success. in tm quod hi non cōprehenduntur in gradu contento in text. nostro; Et ideò dicuntur affines, quia vnus tendit ad finem alterius, & à conuerso, sm Port. in d. §. affinitatis inst. de nupt. & nota ꝙ affinitatis nulli sunt gradus, glos. in l. non facile §. affines ff. de grad. ꝙ intellige propriè, impropriè vero sic, vt dicit ibi glos. & est tex. in l. Iurisconsultus in princ. eod. tit. & hoc ad similitudinem cognationis, quia quoto gradu quis est in cognatione vxori, toto erit viro affinitatis d. §. affines, Bart. in l. lex Cornelia in princ. ff. de iniur.

Est tamen sciendum, quod in affinitate sunt genera, & gradus, & quantū ad genera, olim fuerunt tria, vt etiam patet 30. q. 3. per totā, & Doct. in c. non debet de consang. & affinit. & datur hęc regula, persona addita personæ per carnis copulā mutat genus attinentiæ, sed non gradū, nam persona adiuncta sanguini alterius per copulā carnalem facit primum genus, persona verò secunda per copulam addita dictæ personæ primæ, seù facienti primum genus, facit secundum, persona verò tertia addita secundę per copulam, facit tertium genus, verbi gratia vxor fratris mei mutat genus, quia sicut frater meus attinet mihi cōsanguinitate, ita illa affinitate, sed est mihi affinis in primo genere, & in eodem gradu affinitatis est mihi, & alijs consanguineis meis, quo gradu consanguinitatis, & mihi, & meis consanguineis est frater meus, & quantum ad gradum, sciendū est quod iam patet ex prædictis quomodo computentur, tamen quantum ad primum genus dic ꝙ omnes consanguinei vxoris meæ, vel mulieris à me cognitæ sunt mihi affines in eo gradu, in quo sunt mihi consanguinei, Summa Siluestrina in verb. matrim. 8. vers. 3. cum in affinitate, in tantū quod dispositio text. nostri, quæ loquitur de suspitione respectù patris, & filij, habet etiam locū in vitrico, & priuigno, quia priuignus loco filij est, §. affinitatis inst. de nupt. & vulgo appellatur filiaster; vitricus verò patrinus, quia loco patris est, & ita residet Caualc. dec. 28. à nu. 5 10. 2. par. verum dissoluta affinitate ob mortē matris, quia sopita est affinitas, secundum Bald. in l. fin. C. de verb. signif. cessat prohibitio, & dispositio tex. nostri, quia cessante causa affinitatis, cessat affinitas, secundum glos. & ibi Alex. in l. sed hoc ita ff. de re iudic. vnde stante statuto, quod causæ compromittantur inter affines, non habet locum inter eos dissoluta affinitate, Castr. in d. l. rei iudicatæ §. socero ff solut. matrim.

Iam vidimus per sponsalia contrahi affinitatē, quid si illa sunt contracta per pueros, an eo casu sit contracta affinitas, adeò quod inter eos, & eorum affines habeat locum dispositio text. nostri, tex. in c. 5. de spons. in 6. videtur tenere quod nulla dicatur affinitas contracta inter eos, Bald. verò in l. affinitatis in princ. C. commun. de success. tenet contrarium quod sit contracta affinitas. glos. vero, & ibi Bart. in l. quod seruus ff. de condit. ob caus. tenet quod affinitas eo casu dicitur contra-

T cta impropriè, (T) & si impropriè dicitur contracta, iam diximus qualiter in materia text. nostri dispositio, quæ loquitur in casu proprio, extenditur ad improprium, illaq; seruanda est in vtroque non immerito prohibetetur si iudicare posset, vel patrocinari, cum ratione defectus ætatis difficile sit ad huiusmodi dignitatem, & statū peruenire, quia iura etiā prohibent, in qua enim ætate debet esse Iudex, Doctor, & Procurator, & similes, vide Aret. in §. fin. num. 3. & 4. instit. de fiduc. tut.

134 Isti. n. gradus agnationis, & affinitatis, debent probari specificè, cum de necessitate talis gradus probandus sit ad finem inducendi suspitionem prædictam, sm Alex. in cons. 82. vers. præterea 1. vol. an autē probetur per testes de auditu, quod sic, glos. in c. licet ex quadam de testib. & l. 2. §. idē Iabeo, & ibi Bart. ff. de aqua pluu. arcend. ꝙ verū est si personæ sunt graues, & fide dignæ, sm glos. in c. quoties de testib. sed an probetur per verba enunciatiua prolata in libello, vide in l. non epistolis, & ibi Bar. C. de probat. & quando talis gradus probari non potest directè, articuletur tamē, & probetur de quasi possessione consanguinitatis, quæ erat inter personas, de quibus agitur, glo. in l. nonnullis, & d. l. non epistolis C. de probat. & Alex. in cons. 82. vol. 1. sed an possit per famam probari talis consanguinitas, vide Phil. Corn. in

V cons. 35. 1. par. (V)

135 Quę nam fuit ratio, qua fuerunt moti statuentes ad prohibendum Iudicem iudicare in casibus in text. notatis vsq; ad quartum gradum agnationis, cognationis, & affinitatis; quia de iure communi nō potest iudicare, sed suspectus redditur in causa suorum vsque ad eum gradum cum vsque ad illum gradum detur successio ratione affectionis, & interesse iura prohibent iudicare, glos. in cap. requisisti de testib. glos. in cap. 1. 12. quæst. 3. Add. ad Abb. in c. postremo nu. 4. de appellat. & sic cum possit esse successio inter eos vsq; ad talem gradum, ratione prædicta redditur suspectus ex dispositione sāctionis prædictæ.

136 Pragmatica nostra prohibet Iudicem iudicare in casibus prædictis, vbi adsunt Aduocati, tàm ex parte agnationis, quam cognationis, & affinitatis in causa vsque ad quartum gradum, de quo gradu loquitur text. noster, cum alius sit gradus de iure Canonico, & alius de iure ciuili, nam qui sūt in quarto gradu de iure ciuili sunt in secundo de iure Canonico, secundum quam modo dispositionem, intelligere debemus text. nostrum, Abb. in cap. & si necesse da donat. inter vir. & vxor. affirmat esse iudicandum secundum dispositionē iuris Canonici, & Ioan. Andr. in Addit. Specul. in tit. de success. ab intest. §. 5. vers. & quia de gradib. dicit quod si statutum Ciuitatis pænam imponit contrahentibus matrimonium in gradu quarto, vel citeriori, intelligitur statutum de gradu, secundum Canones, non secundum leges ciuiles, ratio exempli, si in quarto gradu consanguinitatis contractum sit matrimonium, quod secundum Canones prohibetur, & non de iure ciuili; Petr. de Anch. in cons. 391. tenet contrariam opinionem, quod pœna imposita à iure ciuili non habet locum in tali matrimonio prohibito de iure Canonico, & idem tenet Cald. in cons. vlt. in tit. de consang. & affinit. quia pœna imposita à iure ciuili, intelligitur imposita contrahenti cōtra

ipsam

ipsam legem ciuilem, quæ pœnam imponit, & hoc idē sequitur Domin. de Sancto Gem. in conf. 7 t. col. fin. sed verior est opinio Abb. quam sequitur Signor. de medio in conf. 25. nam qui contrahit cōtra Canonē videtur cōtrahere cōtra ll. quæ approbant Canones, & quia Canones dicūtur ll. 3 t. dist. c. nicena, & am hanc opinionē Abb. consuluit Dec. in conf. 153. & sic in materia gradus consanguinitatis, & matrimonij intelligendū est de gradu sm Canones, quia loquitur statutū in materia, quę spectat ad Canones, & idē Dec. in l. fin. n. 7. C. vnde legitimi. & sic tex. noster dēt intelligi in materia, de qua loquitur de gradu cōputando sm Canones, nō aūt sm ll. ciuiles, & vide remissiuē Io. Bapt. de Sancto Seuer. in repet. l. oēs populi
X ff. de instit. & iure col. 9 t. vers. te. si stat. (X)
137 Quid dicendū si Aduocati ambarū partiū sūt in eodē gradu agnationis, vel affinitatis cū ipso Iudice, an tunc obstet dispositio tex. nostri, ex quo statuentes videntur moti, ne ob affectionē inter eos existentē diuertatur animus Iudicantis à tramite iuris, vnde cum in causa sint patroni causæ in pari gradu existentes, vr propterea nō esse iudicandū suspectū Iudicē in causa illa, qa par affectionis cā suspitionē remouet, & adhoc facit, q in simili notatur p DD. in l. qui iurisdictioni ff. de iurisd. omn. iud. vbi licet Iudex nō possit dicere ius in causa suorū, fallit qn esset Iudex inter duos pariter coniunctos, quia par affectio omnē suspitionē tollit l. nō solū §. denuo, & ibi not. Bar. ff. de rit. nupt. glos. in c. Deus 2. q. t. secus puto vbi vni attineret in primo gradu, puta quia frater, alteri in quarto, vel tertio gradu, tunc. n. non est par affectio circa fratrem, quę est circa aliū remotiorē, arg. c. literas de præsumpt. & c. accedēs el primo, in princ. vt lite non contest. nam licet omnes homines sint consanguinei attendo primo stipite, sed ratione proximitatis præsumitur maior affectio, ita Abb. in cap. postremo num. 5. de appell.
A cum concord. (A)

Redditur adhuc suspectus Iudex à quo si iudicauerit in causa à qua fuerit appellatū, & Iudex ad quem sit de cōtentis in gradu prohibito, vt in text. nostro, arg. à maioritate rationū, iuxta auth. multo magis C. de sacrosanct. Eccl. nam si prohibetē iudicare in causa, in qua eius Aduocatus vnus de contentis in text. multo magis est cognoscere de causa appellationis in qua Iudicauerat consanguineus in tertio, vel in quarto gradu existens, nam vltra q arguatur imperitia iudicātis, ob reuocationem sententiæ, iux. l. 1. ff. de appell. oritur adhuc damnū ipsi Iudici à quo, cū in syndicatu teneatur reddere rōnem sententię prędictæ malē latæ, iux. not. per Par. de Put. in tract. syn. in verb. appellatio in princ. & Franc. Pand. in tract. synd. q. 53. vnde rectē infertur ipsū Iudicē, ad quem in ipsa causa appellationis esse suspectū, sic etiam si in prima instātia fuerit Aduocatus de cōtentis in tex. nostro, ex ratione de qua dictū extitit in prima instantia, cum diuersa ratio assignari non possit, cum durent reliquiæ patrocinij, & vbi eadem est ratio, militare debet eadem iuris dispositio l. illud ff. ad l. aquil.

138 Et istam Iudicis recusationem, & si principalis litigator opponere non posset ratione non subsistentis causæ, posset tñ tertius cōparens in iudicio pro suo interesse illā opponere ex persona sua in quacumq; parte iudicij ex causa iā iusta, & à iure concessa inter ipsū, & Iudicē concurrentē, prout cœteras posset exceptiones opponere, vt in c. cū super, & ibi Doct. de offic. deleg. Affl. in decis. 15. nu. 3. Vantius in tract. de nullit. in ver. quis possit
B dicere de nullitate fol. 29. nu. 20. (B) Quas alias exceptiones poterit opponere, & in qua parte iudicij, declarāt Doct. prædicti in locis prædictis, & inter cæteras, an iste talis tertius possit pro suo interesse impedire exequutionē sentētiæ transactæ in rem iudicatam prolatæ in causa assistentiæ, & actione hypotecaria, opponēs se tali exequutioni dicēdo pignus esse sibi prius obligatū, & dicimus quod non supersedebitur in exequutione, sed fiet venditio, & de pretio satisfiet primo creditori, & residuū cōuertetur in causā iudicati satisfaciēdo secundo creditori, l. à diuo Pio §. sed & illud, & ibi not. Bart. Castr. & alij ff de re iudic. Negusant. in tract. de pignor. in 6. par. 1. memb. nu. 3. q est notandū sm eum, quia aliās citra exequutionē rei iudicatæ non posset fieri venditio pignoris ad instantiā secundi creditoris inuito primo, nisi prius dimisso primo creditore per oblationē, vel solutionē, & si aliter fieret poterit emptor cōueniri hypotecaria à primo creditore, vt l. t. ibi Bart. & Saly. ff. de distract. pignor. & Negusant. in cit. loc. & ita ego habui de facto, in cæteris verō casibus tertius se opponens quando impediat exequutionem sententiæ, prout in materia proprietatis, vel possessionis, cæterisq; alijs, vide Bar. & Ias. latē in d. l. à diuo Pio in §. super rebus, & Papiens. in tit. de forma execut. sent. diffinitiuæ in ver. sapiens nu. 16. quando tamen se opponit in iudicio lite pendente, an audiatur in terminis, in quibus causa reperitur, vltra Bar. in l. si pro lusorio §. 1. ff. de appellat. vide Affl. in dec. 15. & nota, quod differt comparere in iudicio ad adiuuandum litigatorē, vel pro suo tantum interesse ad infringendum iura alterius competitoris, quo casu quando facit differre tunc iudicium adhuc vt per neutrum possit ferri sententia, nisi iure vtriusq; discusso, Alex. in l. à quo ff. de rei vendic. Vrsill. in decis. 235. & in materia d. l. à quo, vide Ias. in d. §. super rebus, vbi benē post Innoc. in cap. veniens el
C secundo de testib. (C)

FINIS.

LAVS DEO, BEATISSIMÆQ; VIRGINI MARIÆ.

Imprimatur. Alexander Episcopus Carin. & Vicar. Gener. Neap.
Curtius Palumbus Canonicus deputatus vidit.
M. Cornelius Tiroboscus Prædicatorum Ord. Cur. Theol.